



**Doctrinae Jesuitarum praecipua capita : a doctis quibusdam theologis (quorum libri sequente pagina continentur) retexta, solidis rationibus testimoniisque sacrarum scripturarum & doctorum veteris Ecclesiae confutata.**

<https://hdl.handle.net/1874/416850>



LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF CHICAGO  
1850  
1851  
1852  
1853  
1854  
1855  
1856  
1857  
1858  
1859  
1860  
1861  
1862  
1863  
1864  
1865  
1866  
1867  
1868  
1869  
1870  
1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1880  
1881  
1882  
1883  
1884  
1885  
1886  
1887  
1888  
1889  
1890  
1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900

**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

RARIORA

E. oct.


83



3  
†

де јеринѣ  
и ѿ та инѣ







**V**  
**33 nob 2**

peculante q. e. i. cuius. an. suscepcione per h. videtur solui qd. dicitur qua. que  
bantur si ep. de p. s. i. canoma. eligat. alium. autem. recipiant. litteras. p. q.  
bus. restituitis. de p. s. i. ar. e. p. r. o. r. e. s. t. i. t. u. i. o. v. i. i. q. u. i. l. t. e. u. l. t. e. r. e. m. a. n. p. n.  
l. v. n. a. i. t. e. p. t. e. n. i. n. t. e. r. e. t. a. l. a. r. d. v. i. q. i. e. o. s. p. t. e. d. e. a. r. l. v. i. t. e. r. e. u. n. i. c. e. x. t. i. m.  
m. i. s. s. a. C. d. e. u. m. p. n. i. z. e. l. i. g. e. p. o. s. s. u. n. t. n. i. s. i. d. i. c. a. t. u. r. i. l. i. t. e. r. a. d. o. m. i. n. i. p. p. s. u. r. i. a. t.  
7. e. i. t. e. o. c. e. t. p. q. u. i. a. c. a. n. c. t. i. s. p. r. e. c. e. n. s. a. t. u. r. s. i. c. p. z. q. u. o. d. m. e. t. r. o. p. o. l. i. t. a. n. u. s. n. o. p. t.  
t. a. m. a. l. l. e. g. i. t. i. m. o. d. i. s. p. e. n. s. a. t. u. r. e. t.  
q. u. o. d. u. l. l. u. m. s. i. b. i. p. r. e. c. i. p. i. p. r. e.  
n. a. r. d. i. t. e. c. o. r. p. o. r. e. i. n. i. a. t. u.  
d. e. t. i. a.

83

Theologia  
Octavo n. 83.

**C**um uicetj propuina  
no. quod licet dntem  
sic me amomcos et quidi  
agatit qna alios ubi dicit  
et caplm ubi ematoz ps 7 p  
sunt oshatit pwaratoz et et  
ulle dicitur capli pwaratoz et  
istitucio ralem pwaratoz  
pwaratoz et 83m uoueo b

canuus imtam et iamc. Ant  
no modiam. wigoz nich caplo  
eis nec pena i flugimus expssam  
amone supra dicit nec proline  
vgimus ignozanciam quam alle  
gant. Et qmuis post cassacione  
huiusmodi nobis fuit supplicat  
quoy ubi ouuau studiquora

quod  
p. p. c.  
7. i. e. s.  
t. u. r. e. l.  
n. o. u. u.  
a. u. t. e. r.  
c. a. n. o.  
r. e. x. p.  
f. i. a. s.  
a. u. t. h.  
i. p. p. o. s. i. t.  
f. a. c. t. o.  
m. o. r. t.  
u. i. u. i. t.

Ch  
DOCTRINÆ  
I E S V I T I C A E  
P R A E C I P V A  
C A P I T A .

Tomus sextus.

SCRIPTA QVÆDAM CONTI-  
nens, in quibus tum ex Scripto Dei ver-  
bo, tum ex Orthodoxæ Antiquitatis ca-  
tholico cōsensu, nonnulli Doctrinæ Chri-  
stianæ articuli à Iesuitarum corruptelis  
vindicanur.

*Ex dono Buzschi*



R V P E L L Æ .  
A P V D T H E O P H I L V M R E G I V M .  

---

M . D . L X X X V I I I .



1. IO. SERRANI, QUARTI AN-  
ti-Iesuitæ, siue de vera veræ Ecclesiæ autoritate, ad-  
uersus Ioannis Hayi monachi-Iesuitæ commenta  
& conuicia, Responsonis posterior pars.

2. Gratiani Anti-Iesuitæ, pars altera: Id est, Canonum  
ex veterum Theologorum scriptis à Gratiano in  
illud volumen (quod Decretum appellatur) conge-  
storum, & doctrinæ Iesuiticæ, ex variis istius nupe-  
ræ sectæ Matæologorum scriptis exceptæ, COLLA-  
TIO, In qua præcipuè de Christi præsentia in Eu-  
charistiæ Sacramento, & de carnis Christi mandu-  
catione agitur.



TYPOGRAPHVS  
CHRISTIANO LE-  
ctori, Salutem.

**P**RIORIBVS Tomis semel & ite-  
rum consiliū mei rationes tibi aperuisse  
existimo, quas repetere non fert animus.  
In presentia subicere pauca quadam  
visum est. Quum tandem, Dei beneficio,  
ad manus meas peruenisset Ioannis Serrani ad Hayi  
Scoti Apostata & Iesuitarum Turnoniorum professoris  
cōiuitia & commenta responsionis pars posterior, in qua  
de vere Ecclesie autoritate agitur, utilem hanc & ac-  
curatā de rebus grauissimis disputationem, in qua Scri-  
pturæ canonica & veterum Theologorum innumera  
pene testimonia erudite admodum explanantur, & à  
fallacijs Iesuiticis vindicantur, prelo quamprimū com-  
misi, ut integra Serrani responsione (cuius priorē partē  
quartus tomus continet) fruereris. Quoniam verò, in-  
dicem rerum in hanc responsionis postremā partem cō-  
ficere immēsi fuisset laboris, præcipuorum capitum sum-  
mam, sequentibus hanc præfatiunculam paginis descri-  
psimus, ut breue hoc specimen operis præstantiam oculis  
tuis exhibens te ad illius diligētē meditationem ma-  
gis ac magis alliciat. Adiunximus præterea, Gratiani  
anti-Iesuite partem alteram, in qua quum præscripta  
de Eucharistiæ Sacramento capita absolueret autor co-

P R Æ F A T I O .

guaret, temporis angustia pressus, de presentia & manducatione carnis Christi disputationes exegit, reliquas de communionem & sacrificio, tertia parte, si Deus dederit, persecuturus. Quemadmodum autem, tum in Anglia, tum in Germania excitavit Dominus pios & doctissimos viros quorum scriptis Iesuitica secta præstigias apertè detexit: ita confidimus Gallicas Ecclesias Antichristi furius hodie vexatas, fideles non paucos Christi servos nihilominus alere, quorum studium alta vulnera Iesuitica secta erroribus insipientur, donec tandem appareat Dominus Iesus Christus, omnium dissidiorum Iudex, qui oris sui Spiritu hominem sceleratum, filium inquam illum perditionis, conficiet & illustri suo adventu abolabit. Iesuita equidem, in Germania præsertim, quantum possunt ruentem Babylonem fulciunt, veritatemque celestem miris artibus oppugnant: sed vano conatu. Quotiescunque enim omnipotenti Deo visum fuerit istis Antichristi mancipiis ferreos hominum gladios, militum exercitus, & carnalem illam pompam qua sola teguntur, è manibus & cervicibus excutere, Sophismata tot disputationibus & libris aspersa in fumum proculdubio evanescent. Quid enim potest vitreum mædaciū adversus solidam Dei veritatem? Dum vero huius beneficii spe certa sustentamur, operà nostrà ad sincere fidei confirmationem animæque tuæ consolationem ac ædificationem, Christiane Lector fruerè, & Vale.

S E R I E S





SERIES PRÆCIPUORVM

Capitulum quæ posterior pars Responsionis

Ioannis Serrani ad Hayium

complectitur.

- Summa & œconomia huius tertiæ Partis pagina 3  
Primariæ quæstionis firmamentum è superiori demon-  
stratione natum. 8  
Veram Ecclesiam verbo Dei, vt fundamento suo inni-  
ti:ac proinde & Verbum esse priùs Ecclesia, & o-  
mnem Ecclesiæ autoritatem Verbo Dei definiri. 8  
Επιστολῶν siue Digressio, pro defensione communium  
harum notionum, fundamētum esse prius ædificio:  
& mensuram mensurato esse priorem: aduersus α-  
φιλοσόφους Hayi obtrectationes. 12  
Generalis descriptio quæstionis de Ecclesiæ auto-  
ritate. 21  
Testimonia antiquitatis. Primùm testimonium, è Tertu-  
lib. 4. aduersus Marcionem. 23  
Secundum testimonium ex eodem Tertulliano, lib. de  
præscript. aduersus hæret. 27  
Superioris doctrinæ illustratio, facta Verbi Dei cum  
Ecclesia Catholica comparatione. 28  
Illustrissimi testimonij, quo Ecclesiæ cum Verbo com-  
paratæ autoritas explicatur, vera & genuina inter-  
pretatio, aduersus Hayi obtrectationes. 1. Cor. 3. 10.  
Secundum gratiam Dei quæ data est mihi &c. 32  
Primum absurdum ab Hayo excogitatum: Si ex illius  
Analogiæ regula doctrinæ considerentur, aperiri o-  
mnibus erroribus fenestram. 51  
Secundum Hayi absurdum: Ex hac Analogia hære-  
ses refelli non posse. 57  
Tertium Hayi absurdum: Superuacaneos fore docto-  
r. iij.

A R G V M E N T V M.

- rum virorum in Scripturam commentarios, si veritas ex hac Analogia iudicetur. 58
- Plena ad primariam quæstionem responsio, è superiori doctrina nascens. 60
- Cauilli Hayani post rei primariæ cladem præter rem effusi. 63
- Responsionis Orthodoxæ ab Haiò frustra oppugnata, Summa, De vera veræ Ecclesiæ autoritate. 71
- Exemplorum quæ ad Quæstionem primariam illustrandam attuleram, & ab Hayo fusè oppugnantur, Illustratio & Defensio. 73
- Primum exemplum. Quomodo in Papatu conseruetur fundamentum Ecclesiæ. 75
- Secundum exemplum. Vniuersalis Episcopi principatum vel primatum, quem Pontifex Romanus in Ecclesiam Catholicam affectat, esse paleam siue stipulam fundamento superstructam. 81
- De loco Matth. xvi. nominatissimo, Tu es Petrus & super hanc Petram, &c. 82
- Augustini de Petro testimonium defenditur. 109
- Axiomatis Christiani, Christum Ecclesiæ suæ vnicum esse caput, Haiò oppugnatio & Serrani deffensio. 119
- Tertium exemplum. Imagines Sanctis consecrari, illorum ossa reliquiâsque adorari, esse paleam siue stipulam aureo fundamêto superstructam, quam ignis comburet. 126
- Superioris responsionis ἐπιχειρηματικά, id est vberior accuratiórque explicatio, eâque duplex. Prima quidem κατανόησις, ostendens qualis & quanta sit illa Ecclesiæ autoritas, Verbo Dei à nobis definita: altera ἀποκρίσις, ea diluens quæ & vniuersæ huic veritati solent opponi, & propriè in his Iesuitarum assertionibus obiciuntur.
- Pars prima. Qualis & quanta sit Ecclesiæ autoritas. 137

ARGUMENTVM.

E' <i>Ἐξηγήσεις</i> , id est, illustrationis ad primariam quaestionem instituta,	
Pars secunda. Complectens refutationem eorum rerum quæ à veritatis aduersariis huic doctrinae opponitur vniuersè primùm à Pontificiis, singulatim verò à Iesuitis in his Turnoniis assertionibus. Ita secundæ huius partis <i>ἀνασχευαστικὴ ἑξηγήσεις</i> particulae sunt duæ, Generalis, vna: Particularis, altera.	170
Oeconomia huius primæ particulae <i>ἀνασχευαστικῆς</i> . E scriptura. Epatribus. Hayanae digressiones ad rem primariam eludendam intrita.	171
Prima Hayi digressio.	172
Primum Hayi argumentum.	175
Secundum Hayi argumentum.	184
<i>Ἀντεπιχείρημα</i> siue Obuersio superiorum argumentorum.	186
Testimoniorum quæ à Pontificiis obiiciuntur, vera & germana expositio, aduersus Hayi Iesuitæ calumnias. De loco Ioannis xxii. 25. Sunt & alia quæ fecit Iesus, quæ si scribantur sigillatim, ne mundum &c.	193
Secunda Hayi digressio qua instituit probare, His extremis temporibus non modò inutilem esse Scripturam, sed planè perniciosam: ac proinde ab Ecclesia exterminandam.	208
De loco Ieremiæ cap. xxx. Hoc erit foedus &c.	208
De duobus Tertulliani testimoniis.	221
De secundo loco Tertulli. ex eodem libro,	224
De loco Augustini è libro de fide symbolo, ca. ix.	225
Demonstratio E. Ioannis testimonio in vtranque partem conformata.	237
Locus de traditionibus,	238
Argumentum pontificiorum.	241
Traditionum discrimina.	243



PRÆCIPVA

Responſio ad ſingulas Hayi excepciones huic doctri- næ oppoſitas.	245
Argumentum variis Scripturæ & Antiquitatis testi- moniiſ munitum,	275
Hayi excepciones.	277
Digreſſio ex Hayi exceptione nata, Quomodo dicatur Chriſtus aliquid ignorare.	283
Scripturæ testimonia ab Hayo oppugnata, à Serrano propugnata, De Chriſti dicto, In vanum me colunt, docètes doctrinas, mādاتا hominū, Matthæi x v. 292	295
De testimonio Iſaiæ, Ad legem & ad testimonium.	299
De loco Apoſtoli 1. Corinth. 4. 6.	302
De loco ad Coloffæos, 2. 23.	313
Antiquitatis testimonia ab Hayo vellicata, à Serrano deſenſa.	313
De loco Chryſoſtomi, Homi. 4. in 2. caput 2. ad Theſſa. epiſt.	314
De loco Tertull. In lib. de corona Militis.	317
De tribus Cypriani locis, in quibus explicatur diſcri- men bonæ & malæ conſuetudinis.	319
Noua Hayi argumenta pro Traditionibus non ſcri- ptis, & ad ea Serrani Reſponſio.	320
Primum argumentum.	321
Secundum argumentum.	322
Tertium argumentum.	324
Quartum Hayi argumentum.	328
Demonſtratio refellens Hayanæ argumentationis va- nitatem de Scripturæ incertitudine.	332
Demonſtratio Categoricalis, de Scripturæ certitudi- ne.	334
Quintum argumentum.	
A' <i>ναοκευνη</i> , id eſt, refutationis pars altera. Peculiarem reſponſionem complectens ad ſingula incommoda quæ in Ieſuitarum Turnoniorum aſſertionibus ſa- næ doctrinæ obiiciuntur.	337
Primum	

C A P I T A.


- Primum absurdum Iesuitarum, Si omnes res fidei ad Verbum scriptum reuocentur, Ecclesiæ autoritas eleuatur atque pessumdat. Summa responsio. Quum Scriptura ad omnes vitæ Christianæ partes valeat, solâque sit & certa fidei regula, omnino Ecclesia ex ea iudicans, certam efficacemque obtinet auctoritatem, filiis suis instruendis, hostibus destruendis. 338
- Testimonium Augustini de Analogiæ vi & vsu: ex lib. 2. de doctrina Christiana, capite 6. 364
- Scripturæ vsus alter, Vt firmamentum est fidei nostræ, ita experimen tum. 366
- Secundum absurdum Iesuitarum. Impiorum hominum qui Scripturis omnibus fidem derogant, insolentia comprimi non potest sine auctoritate Traditionum non-scriptarum: ac proinde Verbum Scriptum non satis valet nisi Verbi non-scripti adiumento fulciatur. Summa responsio. Vt Scriptura planè utilis est ad doctrinam, ita ad redargutionem: ac proinde omnes errores aduersus veritatem nati è Scriptura deprehendi & refelli debent & possunt. 379
- De nominatissimo Augustini loco, Ego Euangelio nõ crederem, nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoueret auctoritas. Contra Epistolam fundamenti, ca. quinto. 409
- Primariæ quæstionis 'De veræ Ecclesiæ auctoritate, vltima adiudicatio. 421
- Ex aduersarij verbis suo tamen more dolis & iocis veritatem ludificare molientis. 421
- Tertium absurdum Iesuitarum. Si res omnes ad scriptum Dei Verbum reuocantur, solâque illius auctoritate fides nostra innititur, fore cogamur repudiare pleraque fidei dogmata: sicuti pædobaptismum & perpetuam Deiparæ virginitatem. Summa re-

ARGUMENTVM.

- sponſio. Omnia ad ſalutem neceſſaria in Verbo  
 Dei ſcripto perfectè comprehenduntur, vt nihil  
 nobis deſit ad fidem noſtram perfectè ſtabilièdam,  
 Certè & pædobaptiſmus & perpetua Deiparæ vir-  
 ginitas è Scriptura probatur. 435
- De Pædo Baptiſmo. 437
- Primum argumentum. De Chriſti oraculo, Sinite par-  
 uulos venire ad me quia talium eſt regnum cœlo-  
 rum. Mat. 19. 441
- Secundum argumentum. Ex Apoſtoli teſtimonio, Li-  
 beri fidelium ſunt ſancti. I. Corinth. 7. 14. 445
- Tertium argumentum. Ab analogia Circumciſionis  
 & Baptiſmi. 449
- Quartum argumentum. Ab exemplo Apoſtolorū. 459
- Perpetuam deiparæ virginis virginitatem Scripturæ  
 teſtimoniis comprobari. 461
- Novæ Hayi Exceptiones quibus inſtituit probare,  
 Imbecillam & mancam eſſe Scripturam: & ad illas  
 Reſponſio Ser rani.
- Prima Exceptio. Vnicum Baptiſmum minimè iteran-  
 dum, è Scriptura minimè probari. 482
- Secunda Exceptio. Infantes Baptiſmi ſacramento ini-  
 tiatos, in Chriſtianis numerandos eſſe, è Scriptura  
 non probari. 484
- Tertia Exceptio, Henochi & Eliæ vitam & reditum  
 Scriptura non probari. 488
- Quarta Exceptio, Patrem eſſe ingenitum, Scriptura  
 non probari. 490
- Quinta Exceptio, Filiū eſſe Patri *ὁμοῦσιον* Scriptura mi-  
 nimè probari. 402
- Sexta Exceptio, Spiritum ſanctum eſſe Deum. Seri-  
 ptura non probari. 492
- Septima Exceptio, Quomodo probetur. In Chriſto  
 duas eſſe naturas, operationes & voluntates 433
- Octava Exceptio, In Deo tres eſſe perſonas. Scriptura  
 non

A R G V M E N T V M.

non probari.	494
Nona Exceptio, Spiritum sanctū à Patre & Filio procedere, Scriptura non probari.	495
Decima Exceptio, Figuram quam Communicationem proprietatum vocant, fuisse à Patribus inuentam sine Scriptura.	497
Vndecima Exceptio, Dominicæ diei usum Scriptura non probari.	498
Duodecima Exceptio, E Scriptura probari non posse, Hominem sola fide iustitiam imputatiuam consequi.	499
Decima tertia Exceptio, E Scriptura probari non posse, Neminem mortalium posse omnibus Dei mandatis parere.	501
Decima quarta Exceptio, E Scriptura probari non posse, omnia quæ ab hominibus fiunt, peccata esse.	502
Decima quinta Exceptio, E scriptura probari non posse, Hominis voluntatem non esse liberam.	502
Hayanæ argumentationis Paradoxum siue Blasphemia.	505
Absterfio calumniarum quibus Iesuitæ periurij notâ Ecclesiis nostris inurere conantur, quasi Scripturam falsis interpretationibus deprauent.	506
Primus locus. Gen. 4.7. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.	507
Secundus locus. Non omnes capiunt verbum istud. Matth. 19. 11.	512
Tertius locus. Annumeratus est duodecim Apostolis. Act. Apost. 1. 26.	516
Quartus locus. Non derelinques &c. Act. 2. 27.	517
Quintus locus Ioan 3. 5.	522
Sextus locus. De ordine functionum Ecclesiasticarum. Ephes. 4. 12. & 1. Cor. 12. 28.	526
Ad importunam Hayi censuram, De distinctione librorum Canonicorum & Apocryphorum.	528
Conclusio vniuersæ disputationis.	539



LECTORI, TYPOGRA-  
PHVS SALVTEM.

**Q**VVM aliquot pagellæ vocarent,  
& d. 10. Serranus longissimo iti-  
neris interuallo à nobis abesset, di-  
cta quædam Augustini ex Epistolis 118. &  
119. ad Dardanum, quidam Theologiæ Au-  
diosus hîc apponenda curavit. Hæc igitur  
Augustinus.

*Primum tenere te volo, quod est huius disputationis  
caput, Dominum nostrum Iesum Christum leni iugo  
suo nos subdidisse, & sarcina leui.*

*Illæ quæ non scriptæ sed traditæ custodimus, quæ qui-  
dem toto terrarum orbe obseruantur, ab ipsis Apo-  
stolis vel plenariis conciliis commendatæ & statuta, ut  
dies festi in Christi memoriâ retinentur ac celebrantur.*

*Aliæ quæ per loca terrarum regionèsque variantur,  
ut ieiunia, eucharistiæ perceptio variis diebus, & cate-  
ra huiusmodi, liberas habent obseruationes.*

*Quod neque contra fidem neque contra bonos mores  
inurgitur, indifferenter est habendum, & pro eorum in-  
ter quos vivitur societate habendum est.*

*Quod instituitur præter consuetudinem, ut quasi ob-  
servatio Sacramenti sit approbare non possum, etiam si  
multa*

multa huiusmodi propter nonnullarum vel sanctarum  
vel turbulentarum personarum scandala deuitanda li-  
berius improbare non audeo.

Sed hoc nimis doleo, quia multa que in diuinis li-  
bris saluberrima precepta sunt minus curantur, & tam  
multis presumptionibus sic plena sunt omnia, ut grauius  
corripiatur qui per octauas suas terram nudo pede teti-  
gerit, quam qui mentem vinolentia sepelierit.

Omnia itaque talia, que neque sanctarum scriptu-  
rarum autoritatibus continentur, nec in conciliis Epi-  
scoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuer-  
se Ecclesie roborata sunt: sed diuersorum locorum di-  
uersis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix  
aut omnino nunquam inueniri possint cause quas in eis  
instituentis homines secuti sunt: vbi facultas tribuitur,  
sine vlla dubitatione refecanda existimo.


Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo  
contra fidem sint, ipsam tamen religionem, quam pau-  
cissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis  
misericordia Dei esse liberam voluit, feruilibus oneri-  
bus premunt: ut tolerabilior sit conditio Iudeorum, qui  
etiamsi tempus libertatis non agnouerint, legalibus ta-  
men sarcinis, non humanis presumptionibus, sub-  
iciebantur.

Sed Ecclesia Dei, inter multam paleam mul-  
ta constituta, multa tolerat: & tamen que sunt  
contra fidem vel bonam vitam, non approbat, nec  
nec facit.



A D I E S V I T A S,  
Admonitio.

**V**T facilius mitescatis, & non inimi-  
co animo vobis que pernicioso no-  
bis aduersumini, quouis iudice nos  
impetrare à vobis oportet, vt ex vtràque  
parte omnis arrogantia deponatur. Nemo  
nostrum dicat iam se inuenisse veritatem:  
sic eam queramus quasi ab vtrisque nescia-  
tur. Ita enim diligenter & cōcorditer quæri  
poterit, si nulla temeraria præsumptione  
inuenta & cognita esse credatur. Aut si &  
hoc à vobis impetrare nō possumus, saltem  
illud concedite, vt vos tanquam incognitos  
nunc primū audiamus, nunc primū di-  
scutiamus. Iustum esse putamus illud postu-  
latum, hac sanè lege seruata, vt vobiscum  
nec oremus, nec conuenticula celebremus,  
nec Iesuiticum nomen accipiamus, si non  
nobis de omnibus rebus ad salutem animæ  
pertinentibus sine vlla caligine rationem  
perspicuam dederitis.





THE HISTORY OF THE  
CITY OF BOSTON  
FROM 1630 TO 1800

The history of the city of Boston from 1630 to 1800 is a story of growth, struggle, and triumph. It begins with the arrival of the Puritans in 1630, who sought a place where they could practice their faith freely. They found it in Boston, and over the years the city grew from a small settlement into a major center of commerce and industry. The city's leaders were often men of vision and courage, who guided the city through difficult times. One such leader was John Hancock, whose signature on the Declaration of Independence is a symbol of the city's role in the American Revolution. The city's history is also marked by its role in the abolitionist movement, as many of its citizens were among the first to demand an end to slavery. Today, Boston is a city of many faces, with a rich cultural heritage and a vibrant economy. Its history is a testament to the power of human spirit and the ability of a community to overcome adversity.

P R I M A E Q V A E-  
stionis tertia pars.

DE VERA VERÆ  
*Ecclesie autoritate.*

Q V I P R I N C E P S E S T  
& primarius institutæ Quæstio-  
nis finis.



2  
E A R V M R E R V M Q V A E  
in hac tertia prima Quaestione  
parte tractantur,

ORDO & CATALOGVS.

Summa & oeconomia disputationis.

Quaestione firmamentum.

Eiusdem descriptio vniuersa.

Descriptio illius illustratio.

Plana ad ipsam quaestionem R E-  
S P O N S I O.

Illius responsionis accuratior explica-  
tio: eaque duplex. Prima, docet  
quænam sit Ecclesiae autoritas. Se-  
cunda, refellit ea quæ cum vniuer-  
se à Pontificiis, tum singulatim à Ie-  
suitis Tirroniis huic doctrinae op-  
ponuntur.

Locus de Traditionibus.

Ad novas Iesuitarum exceptiones Re-  
sponsio.

Absterio nouarum calumniarum qui-  
bus Iesuite nos traducunt tanquam  
corruptores Scripturae.

Conclusio vniuersae disputationis.

S V M M A



S V M M A E T O E -  
C O N O M I A H V I V S  
tertiæ Partis.

**R**ECTE dictum fuisse veteribus,  
Hæreticorum nullam esse fron-  
tem: & in multiloquio non deef-  
se peccatum, omnes quidem Ie-  
suitarum dissertationes abundè  
demonstrant: at inter primos non tacebitur  
Hayus meus vbique audax & loquax: in hac ve-  
rò vltima disputationis huiusce parte sic collu-  
ctatus, vt omnes hæreticorum frontes linguas-  
que in se vnum conuertisse videatur. Ita nimi-  
rum res per se veras suâque luce manifestas in-  
uoluit, contorquet, negat. ita dum se teneri  
sentit, per varios peregrinorum sermonum cu-  
niculos & anfractus fugam mōlitur. Multilo-  
quio igitur Hayano factum est, vt hæc disputa-  
tio præter animum meum excreuerit: dum ego  
illius lego vestigia omnesque rimas per quas  
ille emanans non se desertorem sed me deser-  
tum esse vult intelligi. Me tamen dedisse ope-  
ram ne multiloquium obesset veritati, è re ipsa  
iudicatos arbitror eruditos, qui animaduer-  
tent res mihi ab Hayo obiectas paucioribus ex-  
plicari non potuisse. Nec verò rerum illarum  
varietatem, quarum tractandarum occasionem  
mihi obiecit Hayus, ingratham inutilèque Le-

Stori fore puto, illas enim conatus sum propriis locis sic designare, vt ad vsum præstò essent legentibus Idcirco vniuersæ disputationis Summam conatus sum sic breuiter repræsentare.

VT PRIMO Commentario veram Ecclesiã ab ementita secreueram, & secundo veram veris suis notis definieram; ita proximum erat vt hoc tertio commentario veræ illius & Catholicæ Ecclesiæ autoritatem demonstrarem; eoque ordine vt rerum inter se connexarum ἀλλήλων & series perspiceretur. Et quum Ecclesia ædificetur super fundamento Prophetarum & Apostolorum, consequens erat Verbum Dei esse prius Ecclesia, atque ad eò omnem Ecclesiæ autoritatem Verbo Dei inniti. Vbi igitur desierat posterior disputatio, inde commodum petebatur à me primordium, cõmunẽsque hæ nationes huic veritati prælucebant, *Fundamentum esse prius ædificio, & Mensuram mensurato priorem.*

Quum autem rectè docendi leges præscribãt, vt res ipsa primum indicetur vniuersè: deinde accuratiùs vberiusque explicetur: idcirco his principiis primariam Quæstionem de auctoritate Ecclesiæ, vniuersè describo.

Et quoniã tota in eo est contouersia, Verum sit prius Ecclesia Verbum, an Verbo Ecclesia: i- deo vtriusque comparationem instituo.

HIS ITA constitutis plenam adiungo Quæstionis primariæ RESPONSIONEM.

Quid hinc meus Hayus? Quum videt se teneri, neque vim præsentem luculentæ veritatis eludi villo modo posse, ad vernaculas artes se conuertit. De re quidem primaria merù silentium: at ne tacendo victus esse videatur, animosè obloquitur: & re ipsa prætermissa, ordinem meum & verba mea carpit, exempla quæ ad rem illu-  
stran-

strandam attuleram, verbosè tradit & sugillat:  
denique,

*Quà data porta ruit, & longo turbine perflat.*

AT EGO inde Responſionem illam meam accuratiùs illuſtro: primùm, docendo conſentanea: deinde, reſellendo diſſentanea: ex legibus Demonſtrationis, quæ rei iudicatæ ἐπιχειροῦται vult adhiberi, & κατὰ δόξαν docendo, & κατὰ δόξαν reſellendo.

PRIMA igitur pars explicationis huiuſce mex, in eo eſt vt doceat, Quænam illa ſit Eccleſiæ autoritas, quam à nobis contemni aduerſarij criminantur, Eccleſiæ nomine, larvam Eccleſiæ, id eſt Papatum, introducentes.

SECUNDA verò pars, primùm reſellit ea quæ à Pontificiis vniuerſè obiiici ſolent ad eludendam Scripturæ autoritatem, cui omnis Eccleſiæ autoritas innititur: deinde, ea quæ à Ieſuitis Turnoniis (in illis aſſertionibus è quibus diſputationis occaſio nata eſt) ſingulatim opponuntur.

Quandoquidem autem è Scriptura & Patribus Hayus opponebat Traditiones non-ſcriptas nouis machinis munitas; ideò oſtendi vberius quod in priori libello meo obiter & ſtriſtim notaui, Quænam ſint Traditiones Apoſtolicæ, & quænam Apoſtaticæ: vt illas recipiamus, has repudiemus. Hinc natus eſt locus DE TRADITIONIBVS.

Exinde Hayus longum ſermonem propagat. Turnoniæ aſſertiones tertium incommodum nobis oppoſuerant, *Si fidei res omnes ad ſcriptum Dei verbum reuocentur, fore vt pleraque fidei dogmata cogamur repudiare.* Duo autem dogmata notaui quæ Scripturæ teſtimonijs probari non poſſe aſſerebant, Infantum baptiſmum, & perpetuam Deiparæ virginitatem. Hæc ego ſcriptura pro-

bari ostenderam in priori libello meo: at hîc nouis viribus insurgit Hayus, nouos cuneos, nouas exceptiones opponit quibus Iesuiticum axioma tantum testumque tueatur, Mancam & imperfectam esse Scripturam, & Verbi non-scripti illius suis adiumentis supplementum indigere, Quindecim enim profert religionis Christianæ capita, quæ negat Scripturæ testimoniis probari posse: vt, In vna Dei essentia tres esse personas, Patrem esse ingenitum Filium Patri consubstantialem, Spiritum sanctum esse verum Deum, & à Patre & Filio procedere: In Christo duas esse naturas, duas operationes, duas voluntates: Hominem sola fide iustificari, & cætera fidei nostræ præcipua capita: quæ si non probantur in Scriptura, & sine Scriptura probantur, quidnam erit aliud fides nostra quàm larua & cothurnus?

Itaque vt illic silentio, ita hic blasphemia causam prodit meus aduersarius: vt è gemina veritatis victoria geminus quoque Triumphus Veritati decernatur, *Aporius* & *Quadrages*: quum illic obmutescat ipse: hîc blasphemet, vt absurdissimo portento Iesuitica scena explodatur atque exhibiletur.

Profligata igitur causa, desinit in diras & conuitia Hayus, nos sacrilegij & plagij accusans, prolatis aliquot locis, quos à nostris hominibus perperam expositos fuisse ait.

At ego vera germanaque illorum locorum sententia demonstrata, & ab illius criminationibus vindicata, ita clausulam impono vniuersæ disputationi: Quum probatum abundè fuerit, Scripturam esse certam & solam fidei regulam, illaque Ecclesiam fundari & ædificari: consequens esse, Omnem veræ Ecclesiæ autoritatem Verbo Dei definiri, vt illius sit custos, heres & interpret Ecclesia,

clesia, Scripturam è Scripturis intelligens & exponens, columna & firmamentum Veritatis, eorum mater quorum Deus est pater: ac proinde extra quod nõ est salus, quippe quæ solam Sponsi sui Iesu Christi vnici Seruatoris vocem audiat & sequatur, Peregrini commenta refugiat atque detestetur.

QVOD ERAT DEMON-


STRANDVM.

Hic verò pij & veritatis amantes ( & ij maxime qui Iesuitas nondum norunt: ) perspicient, quantis strophis Mendacium conetur illudere Veritati: quibus cõthurnis theatrũ petat Sophistice, in quas se facies transformet vt fallat, quas rimas quæritat vt in dolo deprehensa elabatur: quibus denique viribus victrix Veritas vbique triumphet, multiplicem enim lectionis huius vtilitatem voluptatẽque prolixitatis tædium lenituram spero.





8



PRIMARIÆ QVÆSTIONIS

FIRMAMENTVM E SV-  
periori Demonstratione  
natum.

*Veram Ecclesiam verbo Dei, ut fundamen-  
to suo inniti: ac proinde & Verbum esse  
prius Ecclesia, & omnem Ecclesia auto-  
ritatem Verbo Dei definiri.*

---

H A Y V S.

*Haecenus in quaestione constituenda tuo iudi-  
cio, Minister, desudasti, hoc enim significas illo  
tuo, Substrato disputationis fundamento.  
Si autem quod ex eo consequitur perspicuum est,  
ut ais, cur non disputandi hoc loco finem facis?  
Perspicua vis (ut suspicor) obscurare, & lucem re-  
bus per se claris, verborum tuorum inuolucris &  
ambagibus adimere, quò facilius lectorem cir-  
cumueniri possit. Pag. 91.*

---

S E R R A N V S.

*QVVM* veram Ecclesiam suis verè propriis-  
que notis definiuerim, & eam à Synagogæ ve-  
stræ insidiis vindicari: significavi me substrato  
fundamento in eo iam esse ut ostendam, quid  
nam ex illis principiis consequatur. Quid igitur  
tibi videtur mirum, me huic firmamento super-  
struere

Ordinis ra-  
tio reddi-  
tur aduer-  
sus Hayi  
vellicatio-  
nes.

struere necessaria? id est quæ ad vniuersæ Quæ-  
 stionis principem primariumque finem perti-  
 nent, vt nimirum intelligatur quænam? qualis &  
 quanta sit illius Catholicæ Ecclesiæ autoritas?  
 Perinde enim facis ac si architectum increpares  
 qui substrato fundamento parietes, fenestras, ia-  
 nuas, cæterâsque ædificij partes necessarias ex-  
 edificaret. Quorsum verò, homo prudentissimè,  
 substernitur fundamentum ædificio, nisi vt om-  
 nes ædificij partes superstruantur? leci ego ha-  
 ctenus fundamentum Quæstioni: nunc ipsam à  
 me explicandam esse, & à rerum quidem posita-  
 rum consensu, nemo non videt, præter te *σοφισ-  
 τὸν* & tenebricosum hominem, qui tamen audes  
 Veritatis lucem tenebras appellare.

## H A Y V S.

Egregia est hæc tua philosophandi ratio, ò no-  
 ue *Dædale*, Ideòne concludes Deum ante dedisse  
 Verbum scriptum, quàm Ecclesiâ edificaret? No-  
 li leges Deo imponere: noli eius vim imbecillita-  
 tis humana regula metiri, Primum Ecclesiæ funda-  
 mentum est, Agnus ille, quem D. Ioan. ab origine  
 mundi occisum esse scripsit. Et quia voluisti nos  
 arguta scilicet quæstione irretire, à te vicissim  
 quero, vtrum sit prius fundamentum terra, an vni-  
 uersa terra moles. Si prius fundamentum esse di-  
 xeris, doce nos quòdnam sit hoc fundamentum  
 quod ante terram extitit, Nam fundamentum si  
 terram habere negaueris, Scriptura testimonio cõ-  
 uinceris. Vidésne fundamentum non debere ne-  
 cessariò antecedere illud cuius est fundamentum?  
 Mensura non est prior semper tempore: nam tem-

*psm est mensura motus, licet tēpus motū non antecedit, si Aristoteli fides habeatur. Caterum τὸ ὑστέρων non est proprie mensuratum, sed mensurabile. Disce à Grammaticis latine & non barbarè loqui: putes ad populum nunc garrere quod gallice dicitur causer. Pag. 91. 92.*

## SERRANVS.

Christus  
& Verbū  
Christi,  
quomodo  
vocentur  
fundamen-  
tum Eccle-  
siae.

Argumentationis meæ ratio perspicua est, & hætenus tam sollicitè inculcata, vt mirum esse deberet te negare res è superioris doctrinæ assensu prorsus ratas atque confessas, nisi esses Iesuita, id est nisi tuum esset de rebus omnibus sensu etiam & experientia cuiuslibet exploratis controuertere. Hætenus ostendi Verbum Dei esse primariam Ecclesiae notam: & quatenus illud Paulus appellarit fundamentum Ecclesiae, quatenus etiam Christum eodem nomine insignierit. Eademne igitur rem centies repetam, vt ieiuno Iesuitæ stomacho gratificer, qui rerum inops eodem semper cothurno ludit? Atqui omnes norunt ex superioribus non hæc esse contraria: Christum esse Ecclesiae fundamentum, & Verbum Christi idem esse fundamentum Ecclesiae. Rationem iam reddideram his verbis, *Quod neque christus à suo Verbo, neque Verbum à Christo seimigi separari velle modo possit.* Sed quid attinet idem tam sæpe inculcare? Probauit Hayum sceleratè confundere Λόγον illum Patri *ὁμοούσιον*, Filium Dei, verum & æternum Deum, cum externo verbo suo, per quod Filius Dei sese patefecit generi humano. Hic verò idem miserè inculcanti cur plura respondeam?

Hayana  
ζηγαντομα-  
χία.

At Hayanae subtilitatis filum persequamur.

Quum

Quum vrgetur vi luculentæ veritatis & certo rationis iudicio, vt in rebus desperatis fieri solet, Deum è machina deuocat, ad illius Omnipotentiam ementito planè nomine confugiens: deinde Homonymiam illam de Verbo antequam scriberetur millies iam excantatam reponit: deniq; argumentum meum vt euertat, ipsam Naturam euertere conatur.

Quomodo Deus vtatur Verbo suo ad hominum salutem.

Dum constitutas à Deo leges affero, leges minime impono Deo, eiusque vim omnipotentem humanæ imbecillitatis regula non metior: eas, inquam, ipsas leges quas constat Deum ad Ecclesiæ suæ ædificationem Verbo suo constituisse, tantum ostendo. Euangelium, quo ædificatur Ecclesia, est potentia Dei ad salutem generis humani, quæ illustrius efficaciusque etiam emicat in redemptione Ecclesiæ quàm in creatione & gubernatione Mundi, Deus autem (inquit Iacobus) nos progeniuit sermone Veritatis proque beneplacito voluntatis suæ nos elegit antè iacta mundi fundamenta, & prædestinauit quos adoptaret in Filio: & statò à se tempore nos vocat per sermonem Veritatis, id est per Euangelium salutis nostræ. Cur igitur, magne Theologie, potentiam Dei à Dei voluntate discerpis & voluntatem Dei ex Dei verbo non intelligis?

Izcohi 1.  
18.

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

Si Agnus ille què D. Ioan. ab origine mudi occisum esse scripsit, est primum (vt rectè ais) Ecclesiæ fundamentum, cur non rectè concludam verbum scriptum esse Ecclesiæ fundamentum? Te tu ipsum confodi telo non sentis? Ais enim D. Ioannem scripsisse de æterno Agno eiusque sacrificio. Te scriptum Verbum agnoscere non sentis. Si sine Verbo suo intelligi Christus non potest, ecquod aliud Verbum imaginari potes quàm Prophetarum & Apostolorum scripturas,

- exipſius etiam Agni ore notatas? aiebat enim  
 Ioan. 5. 39. Agnus, *Scrutamini ſcripturas. illa enim ſunt quæ teſtifi-*  
*cantur de me.* Idem vero poſt reſurrectionem, exor-  
 ſus à Moſe & omnib. Prophetis interpretabatur  
 illis in omnib. ſcripturis quæ de ipſo ſcripta erāt.  
 Ioan. 8. 47. *Maioribus autem veſtris edicit. Sermonem patris*  
*mei non habetis in vobis manentem. Qui ex Deo eſt,*  
*verba Dei audit. propterea vos non auditis. quia ex Deo*  
*non eſtis.*

Idem & voce & ſcripto datum eſt Eccleſiæ,  
 Verbum Dei. Antequam enim ſcriberetur,  
 (quemadmodum miſſes inculcaui) Patres tra-  
 debāt filiis doctrinam quam vel ipſi à Deo, vel  
 à Patribus acceperant. Poſtquam autem moſes,  
 Dei mandato, *ταυτο δὲ λέγει* doctrinam de ſalu-  
 te æterna mandauit literis, eandem Prophetæ ex-  
 poſuerunt Eccleſiæ, quæ ſacrum illud voluntatis  
 diuinæ depoſitum diligenter conſeruauit. Inde  
 ille, *Non ſi fecit omni nationi: ut ei ſe Deus notum fa-*  
*ciat &c.* Vna igitur eadēque De veritas & non-  
 ſcripta & ſcripta vni Eccleſiæ patefacta eſt ad ip-  
 ſius ſalutē: vt ſaſtidioſa ſit tua idē ad nauſeam in-  
 culcantis repetitio. Idem verbum Patres voce,  
 eodem ſcripto liberi ipſorum acceperant ab eo-  
 dem Deo in eadem Eccleſia. Vt igitur repetitio-  
 ne illa nihil importunius: ita homonymia nihil  
 impudentius excogitari poſſe nemo non videt.  
 Quæſi duplex ſit verbum Dei, duplex Eccleſia!  
 Apage has ſacrilegas voces Ieſuitarum ſcholis  
 bene dignas: Proximum tamen eſt vt Hayani  
 argumenti vim acumēque expendam.

*Επιεισόδιον* ſiue Digreſſio, pro defenſione  
 communium harum notionum, *Fun-*  
*damentum eſſe prius ad iſtitio: &*  
*menſu-*

*mensuram mensurato esse priorem: ad-*  
*uersus ἀφιλσοφους* Hayi obtrectatio-  
 nes.

DIXERAM ego fundamentum esse prius suo  
 edificio, & Mensuram mensurato esse priorem.  
 Ut veritatem Ecclesie Hayus euerteret, has  
 quoque communes notiones, sempiternas Na-  
 turæ leges, euertere conatur. Rogat me pri-  
 mum, existimène terram habere fundamen-  
 tum: mihiq; si id negem, è Scriptura actio-  
 nem minatur. Commoda sollicitudo Scripturam  
 obtendit Scripturæ hostis. At quis nostrum id  
 negavit vnquam? Nouimus terram firmissimo ni-  
 ti fundamento. Tibi igitur volens fingis insom-  
 nia. At vt Terræ fundamētum agnosco, ita tuum  
 argumentum aio carere fundamento, dum Ter-  
 ræ fundamentum ἀφιλσοφους quærit. Tu qui in  
 disputationis primordio exquisitam quandam  
 Physices cognitionem ostentabas, mihiq; eo  
 nomine acerbissima quæque minitabare, mi-  
 ram profectò nunc prodis Physices cognitio-  
 nem.

Mirificè  
 Iesuitarū  
 in rebus  
 etiam phī  
 losophicis  
 cognitio-  
 nē ex hoc  
 loco Le-  
 ctor per-  
 spiciat.

Naturæ Opificem cum Natura cōfundis: quod  
 summum esse scelus agnouit etiam Plato, Natu-  
 ræ luce. At nos è meliori feliciorique Physica  
 intelligimus per fidem, Verbo Dei mundum fuis-  
 se constructum. Profanum est & impium, huma-  
 nis commentis Deum subiicere. Epicureum est,  
 quærere quas vectes, quæ ferramenta, quas ma-  
 chinas Deus in tanti operis molitione adhibue-  
 rit: quum λέγει θεοποιησθαι τὸ πᾶν ὑσίουται, id est res o-  
 mnes extiterint suam essentiam consequutæ à  
 Sermonem illo Opifice: quemadmodum vere au-  
 teis verbis agnouit Academia. Neque enim Na-  
 turæ

In Phile-  
 bo.

Mundi  
 creatio.

Proclus in  
 Timæum.

Naturæ  
 opifex à

Natura di-  
stinguen-  
dus.

tura seipsam creauit sed à Deo creata, constitu-  
tum à Deo Opifice suo ordinem constanter cõ-  
seruat. Distinguenda igitur à te erat, Artium De-  
cane, Natura quã à Deo crearetur, à seipsa, post-  
quam à Deo creata est. quam nimirum certis le-  
gibus firmatam tot sæcula constantem viderunt,  
vt ait Propheta. Naturam Deus suo Verbo crea-  
uit, & vt eam in tempore crearet, tempus primũ  
creauit, & lucem antè Solem: vt & Naturã vni-  
uersã, & propria temporis, Solisque in ipso Na-  
tura theatro Opifex agnosceretur. At in Natura  
certas ipse leges constituit, quas conseruat, &  
quas nos quoque vult intueri, vt in illis quicquid  
de ipso cognosci potest, intelligamus.

Hac substrata distinctione, dico planè esse à-  
φίλοσοφον & inscitum, quærere, Quòdnam funda-  
mentum Deus terræ substrauerit: quum Deus ser-  
mone suo potenti terram condiderit, neque vult  
nos de se cogitare tanquam de Opifice homine  
sed piò & reuerenter adorare æterni sui Verbi  
planè diuinam efficaciam quæ verè physico a-  
xiomate illo significatur, DIXIT & FACTA SUNT.

Causa opifex à causis naturalibus sic distin-  
guenda est, vt quum Naturæ leges certas ratas-  
que Princeps causa constituerit, ipsa ab omni  
necessitatè liberrima agat quicquid velit. Im-  
pium denique est ea peruestigare quæ Deus vult  
nos nescire quorum cognitionem ipse sibi refer-  
uat, vt planè admirabilem ipsius potentiam &  
sapientiam in rebus à se creatis contemplemur.  
Itaque de hoc ipso arcano (de quo nunc sermo  
est institutus) Iobus cõcionatur *Nudus est infernus  
coram illo, & nõ est operimentũ perditioni.* Infernũ siue  
sepulchrũ (Ἅδης siue ἄδου) vocat ima terræ loca  
siue penetralia, quæ sunt hominibus incognita  
Deo verò nuda & aperta. Perditionem ideo vo-  
cat,

De terra  
fundamẽ  
to, vera  
Physices  
doctrina.

Iob 26. 6.  
& apud  
eundem  
38. 4. Vbi  
nam erat  
quũdã su-

cat, quia animalia putrescunt & corrumpuntur in terræ visceribus. Sic fundamentum illud terræ describit: at admirabilem Dei potentiam in eo stabiliendo vult nos admirari, quum ait Deum suspendisse terram super nihilum. Ecquibus enim, Hay, columnis innititur Terra? Tu scilicet Naturæ genius de terræ fundamento sic loqueris, tanquam ex vltima abyſſo nuper egressus, ad hæc supera loca conscenderis, vt nouum Phyces a-croama hominibus explicares. At tu potiùs quò veritati responses, noua commenta iocabundus ingeris, vt palàm sit te in illorum hominum esse numero de quibus Scriptura, *Isti quæ non nouerunt, ea conuictis incessunt: quæ verò physicè siue naturaliter norunt, vt animalia rationis expertia, in iis corrumpuntur.* Impiè curiosa & profana quæstio, Vtrum terræ fundamentum sit priùs creatum quàm ipsa terræ moles. Deum credimus Verbo suo terram vniuersam creasse, neque architectorum in morem fundamentum substrauisse, cui deinde reliquam terræ molem supermoliretur. Insana est & non-ferenda mortali homini hac de re indagatio. Nimirum, vt rectè ait ille, hæc mortali sunt imperiua, Deo Opifici cognita.

*Αὐτὸν γὰρ ἡ πᾶσα θεμελίωσεν τὸν οὐρανόν,*  
*καὶ ἐπ' αὐτὸν οἰκον ἔδειξαν αἰετῆστοιο θαλάσσης.*

Quòd si iuuat in magno Vniuersi corpore terram animantium omnium sedem & quasi parentem distinctiùs conuerti, quàm multa sunt & vtilia & iucunda, in quibus admirabilem Terræ structuram contemplemur! Certè quoniam graui omnia suo pte ( vt inquit Philosophus ) nutu & pondere ad pares angulos in mediū Vniuersi feruntur: telluri in qua summa inest grauitas, hic naturalis situs est vt medium eundemque imum in Vniuersi corpore locum sit sortita: vel vt ma-

Diony-  
 sius de si-  
 tu orbis.  
 Terræ si-  
 tus in cer-  
 tro Vni-  
 uersi.  
 Aristide  
 Mundorad  
 Alex. &  
 lib. 4. de  
 celo cap.  
 45.



Plato in  
Timæo. luit Academia, quoniam quod solidum & æqui-  
libratum est in medio Vniuersi loco, ad nullam  
extremorum partem, propter perfectâ ipsorum  
similitudinem potest declinare: Terra undiquaq:  
æquilibris paribûsque ponderibus in Vniuersi  
medio examinata, quum cœlo undiquaque sibi  
simili circumuectatæ, nullo opus habet fulcro  
quo regatur, sed æquilibrio se suo sustentans, in  
ipso Vniuersi cardine stat immota, in nullam  
partem declinans:

Ouidius  
in Meta-  
morph. *Ponderibus librata suis,*  
vt inquit ille,  
vel vt diuus poëta canit,

— *Stat nullo mobilis æuo*  
Psalm. 103 *Terra super solidæ nitens fundamina molis,*  
*Pollenti stabilita manu.* —

Atque hæc quidem de Terræ fundamēto melior  
philosophia docet, Hay, iubētque vt eius situm  
admirabilem contemplemur, quem Opificis pro-  
uidentia sic aptauit, vt commodæ animantibus  
sedes tutâque hospitia præbeantur. Terra enim,  
vt grauissima, infimum Vniuersi locum tenet, vñ  
Naturæ & legibus, proximum, Aqua: ac proinde  
omnem terræ superficiem circumprehensare at-  
que inuoluere debuerat. Opificis tamen Dei nu-  
mine & prouidentia effectum est, vt Aqua certis  
in locis terræ cedat, terra verò ab aqua euoluta  
atque explicata, extet sicca:

Ouid. idē  
in meta-  
morph.

— *terra obruta quondam*  
*Fluctibus, vt fuso super ardua culmina velo:*  
vt ait Propheta: & ex eadem Naturæ luce, ethni-  
cus poëta,

*Densior his tellus, elementaque grandia traxit,*  
*Et pressa est grauitate sui: circumfluit humor*  
*Vltima possedit, solidumque coercuit orbem.*

Verùm de his hæctenus, vt & alia in hoc argu-  
mento

gumento Physico præclara acroamata prætermittam, quum non sint nostri instituti, sunt tamè digna nobilium ingeniorum consideratione, vt non esset opus ineruditum Sophistam non ineptis modò & ridiculè curiosis, sed prophanis etiam & blasphemis quæstionibus extra rem eugari: nisi vt in eo genere audacem & vecordem imperitiam suam ostentaret. Illi igitur sic in summa respondeo:

Quum argumentum tuum, Hay, non tam ratione refelli, quàm cerebrum pharmaco emendari debeat, manet firmum hoc Axioma, sua luce manifestum, ipsiusque sensus iudicio verissimum, Fundamentum tota ædificij mole prius esse. Quin tu igitur potius amentiam tuam sentis, quum fundamentum ædium in tectis quæras, & sempiternas Naturæ leges, luculentæque veritatis auctoritatem euertere moliaris? Atque hoc quidem de primo insanæ tuæ Physices idolo: de secundo videamus.

ESTO (inquis) *mensura sit mensurato prior, non tamen semper tempore, nam tempus est mensura motus, licet tempus motum non antecedeat, si Aristoteli fides habeatur.* Si Aristotelis fides habeatur, Aristotelee Theologe, Mundus est æternus, & grauius hallucinatus est Moses qui Dei mandato creationem Mundi Ecclesiæ credendam literis mandauit. At si Deo ipsi de seipso per Scripturam testificantem fides habeatur, antè omnem Mundi motum, antè Cœlum, antè Solem, creatum est tempus à Deo, vt vniuersam naturam, ipsius motus principium, in tempore crearet. Tempus igitur omnem motum antecessit, si Ecclesiæ physicam audimus: si Aristotelis genium, nunquam incipit tempus quum illius iudicio Mundus semper extiterit: imo (vt insipientis sapientiæ *acutata* &

Responso  
de terræ  
fundamē-  
to.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

& deliria ostendamus ) Nullum est tempus in Mundo, si illi credimus. Qui enim res æternas tempus complectatur earumque rationem metiatur: aut quomodo res æternæ erunt in tempore? Si Mundus est æternus, ipsaque adeò Natura æterna, quomodo ipsa erit principium motus: aut quænam erit vis temporis in Natura? Frustra igitur de tempore agit Aristoteles in Mundo æterno, sibi que adeò aduersatur, at longius præuaricatur Hayus, Aristotelem Verbo Dei & certis Naturæ legibus opponens. Verùm Aristoteles quoque Iesuitam refellat. Docet Aristoteles tantam esse temporis & motus inter se cognationem, vt licet Tempus non sit motus, sine motu tamen esse non possit: vt enim motus quum fit, dicitur esse, cuius tamen partes non permanent: sic Tempus est quum fluit, cuius pars præterita amplius non est, futura nondum est. Ita perspicuum est nihil aliud esse Tempus quàm notationem prioris & posterioris in successione Motus, vt sint idem & Tempus & Motus, ratione tantùm distinguantur. Si igitur tunc habemus cognitionem Temporis, quum Motum ipsum priore & posteriore, distinguimus, qui nõ sit verum, *Mensuram esse priorem mensurato*, quum non possit animo concipi Motus illa successio, nisi Tempus ipsum animo prius concipiamus? At magni est momenti in rebus ordinis notatio, quam animus noster describit atque definit. Idcirco querit Philosophus, Sublatone animo motum numerante, & in eo partes priores à posterioribus distinguente, tempus esse possit. Certè qui illum rerum ordinem è Natura tollit, Naturam ipsam tollere videtur, hominemque adeò spoliare animo, qui sine contemplatione nullus est, & sine rerum ordine non contemplatur. Abi igitur, &

ipsa

ipsa naturæ fundamenta, si potes, conuelle, vt veritatem validiùs labefactes. Prioris tamen & posterioris ordinem non magis de rebus, quàm vel res ipsas de Natura, vel Naturam ipsam tolles: ac proinde ratum manebit Axioma, *Mensuram semper & necessariò prius quidpiam esse quàm ipsum mensuratum.*

MIHI verò, erudite Lector, hæc præter & rem, & animi mei sententiam philosophanti veniam te dare æquum est: quum ad huc digressiones cogat me aduersarius meus, è rebus his tantillis maximum, si tacerem, triumphum haud dubiè captaturus.

At in grammaticis me carpit Hayus: Quòd *μετρον*, mensuratum verterim, quum sit mensurabile. Cedo verò, erudite Cratyle, cur est mensurabile, nisi vt mensuretur: & quomodò mensuratur, nisi quia est mensurabile? Certè *μετρον* vertunt mensuratum, vel dimensum, linguæ Græcæ peritissimi: & philosophicum est vocabulum inter doctos vsitatum propter rotundiorem *μετρον*, nam Mensuratum mensuræ magis respondet quàm Mensurabile, quod tamen minime repudiamus: ac vtriusque inter eruditos vsus est, At quòd vocem *Causari* qua sum vsus, barbaram esse ais, pro me excipit bonus Latinitatis autor,

Tricæ  
Hayanz.

*Stultus vtrunque locum immeritum causatur iniquè,*

*In causa est animus, qui se non effugit vnquam.*

Hoc de tua apostasia dictum putato, quæ te vagum emensorem huc illuc propellit. Conscientiæ autem labes, longè periculosus est barbarismus: quanquam in hac etiam futili reprehensione cerebrum tuum barbarizare, non me, & iocos tuos esse carduos: perspicuum est.

## H A Y V S.

*Non moramur tuam repudiationem. In Synagoga Caluini multa probabimus esse mysteria non scripta, cum Verbo scripto planè pugnantiâ. Turca idem quod te dicit: nam Ecclesiam Dei aspernatur, & fidei nostræ decreta funditus repudiat, Tum erat certis rationibus ex Verbo scripto petitis, Christianam doctrinam refutare: nã tibi simpliciter asserenti & nihil probanti nõ magis quàm Turcæ credendum putamus. Pag. 92.*

## S E R R A N V S.

Ordinis  
ratio defen-  
ditur.

Sciens volens præuaricaris, Hay, id fingens nescire quod omnib. est, notũ Ecquis, n. ignorat me duobus commentariis superiorib. ita versatum, vt vel refellendo vel docendo, rationes adhibuerim & è Scripturæ & è Verustatis monumentis. Non enim simpliciter negavi Papatum esse Ecclesiam Catholicam, sed & vestras rationes abrogavi, & nostras obrogavi, rebus omnibus diligenter examinatis. Neque Ecclesiam solo nomine exhibui, sed rationum momenta ad trutinam expendi, vt suis propriisq̃ue notis definita ab omnibus intelligeretur. Ecqua igitur, Hay, fronte dicis me Turcarum in morem & vestra commenta simpliciter negare, & doctrinam nostram simpliciter obtrudere? Nihil habebas maius, quod opponeres veritati.

## H A Y V S.

*Hactenus igitur nihil est actum, quum tamen  
initio*

initio tui scripti, primam nostram *Quæstionem* te accurate explicasse, non obscure sis professus. At forte singularum *Assertionum* nostrarum capita te negabis exposuisse: quum tamen non tantum capita, sed & verba prime *Quæstionis* te voluisse enuoluere, inficiari non possis. Pag. 92.

## SERRANVS.

Non ascripsi me *Quæstionem* explicasse, sed firmamentum subtrauisse ad eam explicandam: quum & talsam Ecclesiam amouerim, veram representarim. Hinc strata via est ad instituta *Quæstionis* explicationem. Ordo quoque è rebus ipsis est, & ex lege  $\chi\tau\pi\alpha\rho\delta\varsigma$  cum illis *συναξάνδης* & consentaneas quum enim docuerim, Verbum Dei esse Ecclesie fundamentum, & constat fundamentum esse prius ædificio, è probatæ doctrinæ assensu occurrit prima *Quæstionis* explicatio: quam mox describam vt vberior accuratiorque deinde adiungatur.

GENERALIS DESCRIPTIO  
QUESTIONIS  
de Ecclesie autoritate.

ECCLESIA CATHOLICA Ver. I.

bo Dei scripto innixa, est columna & firmamentum Veritatis, id est custos & interpret eius doctrina quam credit, qua edificatur, qua conseruatur, cuius ductu & auspicio ad felicitatem suam aspirat.

2. *Ut extra Ecclesiam non est salus, ita neque extra Ecclesiam est Veritas, neque vlla est salutaris Veritas præter Verbum Dei scriptum, quo nimirum Ecclesia edificatur: sicuti è doctrinæ à nobis hæcenus explicatae inuolozia perspicuum est.*
3. *Itaque vna eadèmq; est Verbi & Ecclesie Dei autoritas, sicuti vnus est Deus, vtriusque autor & dominus. vt enim in Verbo suo loquitur, ita propter Ecclesiam loquitur, quam progeniuit sermone veritatis, eamque colligit & conseruat per Euangelium.*

Est igitur necesse, ad hoc vt Ecclesie autoritas rectè intelligatur, illam è substratæ doctrinæ principiis cum Verbo Dei comparari: vt gradus illi, de quibus maximè instituta quæstio est de Ecclesia, perspiciantur: quod proxima tractationis huiusce parte fiet. Ad hanc autem doctrinam probandam in priori libello meo (vt constat) adhibita à nobis erant nonnulla Scripturæ testimonia, ad quæ nihil Hayus: & ea luculenta vocat, licet lutulento animo minetur se posthac effecturum vt tenebricosa videantur. Quidnam acturus sit, suo loco viderimus: hoc certè silentium, victoriam veritatis esse nemo non videt. At Antiquitatis à me allata testimonia quomodo oppugnet, explorandum est.

**TESTIMONIA ANTI-**  
**quitatis à me allata oppugnat Hayus:**  
 ego illa defendo.

Primùm

Primùm testimonium, è *Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem*, In summa si constat id verius quod prius &c.

## H A Y V S.

*Tertullianus his verbis (que tu corrupiè ex tuorum scriptis desumpisti) pro Traditionibus non-scriptis contra te testimonium dicit. Si enim constat, id esse ab Apostolis traditum quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum: Christianum de non-scripto Dei Verbo dogma, cum in Romana Ecclesia (quam Apostolorum esse, testimonio Tertulliani supra probauimus) sacrosanctum sit, ab Apostolis erit traditum. Id prius, inquit Tertullianus, quod & ab initio: ab initio, quod ab Apostolis.*

## S E R R A N V S.

Sisyphæum, Hay, saxum voluis, neque proficis hilum. est enim crassa principij petitio, quum de tua illa Romana Ecclesia tantopere & tam multum inter nos sit hætenus disceptatum. Nunc verò homo dicat solertissimus, & Antiquitatis exquisitissimus indagator; diuinasti Tertullianum loqui de Romana hac vestra Ecclesia, quam euicimus esse Antichristi prostibulum; vt eadem etiam opera de illius non-scriptis traditionibus loqueretur, & coniecisti me ex nostrorum scriptis hæc desumpsisse, & Tertulliani opera nondum legisse. Equidem Tertulliani co-

Mani-  
festus abu-  
sus testi-  
moni; Ter-  
tullianci.



dicem à te non accipiam commodatò : sed ex eo qui iam pridem meus est, ostendam te præuaricari. Hoc enim Tertulliani consilium esse, & hanc esse testimonii à me citati sententiam, ex ipsius verbis perspicuum est.

Iactabat Marcion nouum quoddam Euangelium suum, quod Euangelij à Tiberianis vsque ad Antoniniana tempora euersi, emendationem appellabat. Respondet Tertullianus, verissimum esse Marcionem qui sic semper emendet Euangelium dum vitiat, quum aliter euangelizaret quàm Apostoli: ad quorum scripta sic recurrendum sit, vt ab Apostolicis Ecclesiis conseruarentur. *Id enim esse verius quod prius, id prius quod & ab initio, ab initio quod ab Apostolis.* Apostolica enim doctrina est *autònticos* veritas, quum Apostoli sint veritatis notarij & scribæ omni exceptione maiores. Ait verò, *Id pariter constaturum ab Apostolis esse traditum quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum. Quomodo, Videamus (inquit) quod lac à Paulo Corinthij hauserint, ad quam regulam Galatæ sint recorrekti, quid legunt Philippenses, Thessalonicenses, Ephesij, quid etiam Romani de proximo sonent, quibus Euangelium & Petrus & Paulus sanguine suo obsignatum reliquerunt. &c.* Non vides disertis Tertulliani verbis hanc controuersiam dirimi? Quomodo enim de Apostolica doctrina iudicabimus, nisi ex Apostolicis scripturis. Ecquas verò Apostolicas Ecclesias fuisse constituemus, nisi eas in quibus Apostoli docuerint, vel quæ aliorum etiam opera doctrinam Apostolorum sunt amplexæ. Illa verò doctrina ecquænam alia est quàm quæ Apostolorum literis continetur? Verè igitur Antiquitatis autographum Scriptura sacra definit Tertullianus, vetatque ne quis hos veteres terminos moueat, iubetque vt quum de veritate controuertitur, ad hoc recurramus.

Vera anti-  
quitatis  
exploran-  
da ratio,  
à Tertul-  
liano.

-olinda  
-no-ent  
-illu-  
-est-  
-iustitia

ramus. Ecquid verò aliud, æquissime Hay, nos docemus? quum enim neque Verbum ab Ecclesia, neque Ecclesia à Verbo seiungi possit, duo erant nobis probanda testimonio Antiquitatis, quæ Scripturæ oraculis iam probaueramus: Veritatis nimirum depositum Ecclesiæ dari: & Veritatē contineri scriptis Apostolorum. Ecquis autem nō videt Tertulliano testimonio id maximè elucere?

Iam verè Hayi argumentum in Hayum retorquetur. *Quum Christianum, inquit, de Verbo non-scripto dogma in Ecclesia Romana sit sacrosanctum, ab Apostolis erit traditum. Cur ita? Si constat id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum, quum Ecclesia Romana sit Apostolorum.* Respondeo, Non modò nullum esse argumentum Hayi, (quum principium importunè repetat) sed omnino facere contra Hayum. Primum à degeneribus Romanis ad primos Romanos pronocabo, de proximo sonantes, quibus Evangelium Petrus & Paulus sanguine suo signatum reliquerunt. Quòd si tam posteram quàm aduleteram (vt Tertulliani verbis utar) Romæ Ecclesiam <sup>cc</sup> perspicias, illiusque censum requiras, facilius Apostolicam requiras quàm Apostolicam, Papa <sup>cc</sup> scilicet conditore vel aliquo de Papæ examine. <sup>cc</sup> Deinde, si Apostolicæ doctrinæ instituatur examen, & ad prius vt verius recurratur: ecquodnam erit illud de non-scripto Verbo dogmā? Si id verius est quod prius est, & vera est Apostolica doctrina, vt prior atque antiquior: certè doctrina Romanæ Ecclesiæ siue Papatus, erit Apostolica & falsa, vt posterior & noua. Exempli causa. Disceptamus modò de Romanæ Ecclesiæ principatu. Antiquissimum fuisse vniuersalis Episcopi nomen, & à Constantino Magno Romanæ Ecclesiæ tributam audent Pontificis mancipia di-

Hayi argu-  
mentū in  
Hayū re-  
torquetur

Regula  
exploran-  
da anti-  
quitatis.

Exempla  
regulæ, &  
re ipsa pe-  
titæ.

citare, contra omnem omnium historiarum fidem. Clamat enim historia, falsam esse temporum indicationem, & ad Phocam amandat Pontificem: quum id Phocas non Constantinus fecerit. At ne in re exigua tempus teramus, de horum Imperatorum temporibus minimè moueamus controuersiam, sed redeamus ad ipsorum Apostolorum tempora, Constantini & Phocæ temporibus sine dubio antiquiora. Nunquid Petrus se vniuersalem Apostolum aut Episcopum appellauit vnquam, aut Apostolorum quisquam? Petrus se compresbyterum vocat, Papa, se omnes iudicaturum ostendit à nemine iudicandum: Petrus, se summo Pastori rationem vitæ redditurum profitetur. Papa, se in omnem Ecclesiam Catholicam principatum obtinere affirmat. Petrus, nefas esse testatur quemquam dominari in cleris Domini? Disceptatur quando inceperint imagines collocari in templis Christianorum (ne à nostris exemplis abscedamus.) Ego affirmo sexcentos annos elapsos fuisse à Christo nato postquam imagines locum habuerint in templis Christianorum. Ridet meus Hayus, historix Ecclesiasticæ peritissimus, & mihi crimen impingit *à visapnotas*. De aliquot annorum lustris minimè disceptemus. Ad Apostolorum tempora redeamus. Nam erit quisquam tam perfictæ frontis vt affirmet imagines ab Apostolis Ecclesiæ propositas fuisse vnquam? Sic de nouo Transubstantiationis commento constituendum, de Purgatorio, de cæteris denique nouis degenerum Romanorum institutis: quæ si ad autographa veritatis Apostolicæ reuocentur, ipsorum falsitas apparèbit.

Sit hæc igitur Responsionis meæ summa, Si id prius est, quod ab Apostolis est traditum: & id ab Apostolis traditum est quod apud Apostolicas

cas Ecclesias fuit sacrosanctum: illud autem fuit quod Apostoli literis mandarunt: omnino concidit vniuersa Papatus doctrina, illudque cum primis de non-scripto Verbo dogma, quod Scripturæ penitus repugnat, ac proinde carcinoma est Apostolicæ doctrinæ non Apostolica veritas, sed Apostolica vanitas.

Secundum testimonium ex eodem Tertulliano, lib. de præscript. aduersus hæret. *Constat omnem doctrinam quæ cum illis Ecclesiis Apostolicis, matricibus & originalibus fidei conspiret, &c.*

---

H A Y V S.

*Proiectam audaciam tuam satis mirari nequeo, quod illud quo maxime eueritur errorum vestrorum fundamentum, quasi pro vobis faceret, usurpaueris. &c. Pag. 94.*

---

S E R R A N V S.

Ego verò non miror te & impudenter & procaciter loqui, quum te Iesuitam norim. Loquitur Tertullianus de Ecclesia Catholica & Apostolica. Tu verò bellus homo post tam longam disquisitionem nobis obrudis Romam degenerem, quasi iam à te falli possimus. Rectè autem Tertullianus veræ doctrinæ à falsa diiudicandæ rationem ex eo tradit, quòd Ecclesiæ Apostolicæ

*Quomodo Tertul*

si. vocatit  
Ecclesias  
Apostoli-  
cas, *matr-*  
*ices & origi-*  
*nalìa fi-*  
*dei.*

sint Matrices siue Originalia fidei: eodem plan-  
modo quo Apostolus Ecclesiam vocat domum  
Dei, columnam & stabilimentum veritatis, cu-  
nimirum concedita sint eloquia Dei tanquam  
sacram depositam. Quatenus igitur sanam doctri-  
nam amplectuntur, *Matrices & Originalia fidei*, vo-  
cantur Ecclesiæ. Ecquæ verò sana sit doctrina,  
nisi quam ab Apostolis scriptam Ecclesiæ Apo-  
stolicæ asservarunt? Mortuis quippe Apostolis Ec-  
clesiæ non potuerant ipsorum doctrinam custo-  
dire, nisi literarum monumentis commendatam.  
Itaque quænam doctrina in primis Ecclesiæ Ro-  
mânæ temporibus sonaret, & quomodo illius fi-  
des per vniuersum terrarum orbem prædicaretur,  
ex epistola ad Romanos iudicari debet, &  
regula à Tertulliano præscripta. Quum autem  
doctrina ei contraria quæ in illa Epistola lucu-  
lenter explicatur de fidei iustificatione, nunc in  
Ecclesia Romana doceatur, æquis ex eadem re-  
gula non statuat de mendacio eam esse præjudi-  
candam, illamque adeò Ecclesiam non esse Apo-  
stolicam, sed Apostaticam, vt idem loquitur Ter-  
tullianus?

**SVPERIORIS DOCTRINÆ**  
*illustratio, facta Verbi Dei cum Ecclesia*  
*Catholica comparatione.*

SERRANVS.

Instituta Quæstionis firmamentum ostendi:  
ipsam Quæstionem vniuersis indicavi: scripturæ  
& antiquitatis testimonia adhibui. Proximum  
est vt eandem doctrinam à me potius indicatam  
quam demonstratam illustrem accuratiori expli-  
cacio-

Ordinis  
notatio,

carione, iis gradibus vberius expositis, quibus & Verbi Dei & Ecclesie dignitas autoritasque definitur, sic enim tutissimum iter sterneretur ad plenam Responsonem Quæstionis illius. Hæc erit ordinis nostri notatio, propter importuni aduersarij iniquitatem hoc loco opportuna & necessaria.

## H I A Y V S.

*Si autoritates inter se comparantur, scripsisses orationis tue sententiam intellexissem. Nunc verò quid velit tuum enigma lectori diuinandum reliquisti. Optime es in Aristotelea philosophia versatus, qui non dum disputationem tuam rectè inscribere didicisti. Fortassis Venalem Verbi & Ecclesie autoritatem esse putasti, siquidem ea, tuo iudicio comparatur.*

## S E R R A N V S.

Sicuti vnum Deum, ita vnum illius Verbum vnâque Ecclesiam agnoscimus, ac proinde vnicam & Verbi & Ecclesie autoritatem, cuius autor est Deus. Idcirco dixi Verbi & Ecclesie autoritatem non autoritates comparari, quum non quærarur multiplex ne sit illa autoritas, quæ vnica est: sed quosue gradus in ea obseruare debeamus, id est an Ecclesia præcedat Verbum an sequatur. Vos ergo quibus sunt plura numina & commenta, istas multiplices Autoritates prolixè seruatote.

Vna autoritas verbi & Ecclesie.

Nos verò non didicimus ab Aristotele rerum

nostrarum, id est Theologicarum, inscriptionem non magis quam res ipsas: & te increpat Aristoteles *εις ἀλλοθρόον μὲν βάνοντα*, dum ipsum adoptas iudicem in rebus peregrinis, rerumque genera putidè commisces. Præsit ille suo Peripatosisuos sine Aristotele iudices, suas res sine Aristotelis præceptis habet Ecclesia.

Ineptiæ  
Iesuiticæ  
sive Haya  
næ.

Bellè autem redis ad tuos iocos, Iesuitico sanè ingenio apprime dignos, quod quum lucro delectetur, ambiguo vocabulo proritatum est vt de venali Ecclesia cogitaret. At *Comparandi* vox hic non est ambigua auribus Christianis, pro *Conferre*: nō enim agitur de vestra Ecclesia in qua omnia prostant venalia, & pecunia comparantur sed de verè Catholica Ecclesia quæ vestras nundinas & merces toto pectore execratur. Tu verò, cordate lector, histrionis mei & te & me nugacissimis vellicationibus occupantis, dementiam æquo animo pateris?

---

 H A Y V S.

*Paulatim efficere conaberis Ecclesiam ex domina servam, nam hoc non obscure præ se fert illa tua præclara oratio pro arbitrato suo interpretari, quasi Ecclesia posset in Scripturarum interpretatione labi & errare. &c. Pag. 95. Cætera enim è plaustro Hayano.*

---

 S E R R A N V S.

Iocatur, nugatur, effugia quæritat, non argumentatur Hayus, neque quicquam dicit quod pertineat ad institutum sermonem. Urget te,  
Hay,

Hay, vis Veritatis, cur non Veritati cedis? Dum tergiuerſaris, non vides te palantem à Veritate victum eſſe conſiteri? Quid enim hoc ad rem? *Me ex Domina ſeruum facere Eccleſiam.* Agnoſcit Sponſum ſuum Eccleſia, paret voci Sponſi ſui, non *αὐθιγείας δεῖς*: non eſt procax & petulca meritrix, vt pro arbitratu ſuo imperitet: Non errat, quandiu obtemperat Verbo Dei, id eſt Sponſi ſui voci. Quid ais, Lector? Vis à me repeti omnem eam diſputationis partem quæ oſtendit hætenus, Verbum Dei eſſe primariam Eccleſiæ notam? Eò tamen me reuocat aduerſarius meus. ac certè dum repetit principium, cuniculos perri-matur per quos irreat,

*Κυκλῶδες, ἀμφιτέρωδες ἀλώμενοι.*

Verùm tranſacta iam res eſt non debet infinita eſſe controuerſia. Vitiliigatori igitur ſilentium indicat Prætor, iubeatque de re ipſa dicere.

Fugas Ieſuiticas  
hæc ani-  
maduer-  
tat lector.

Nullam quærimus verbis noſtris fidem, niſi afferamus autoritatem Scripturæ, Hoc probum eſſe veſtrum conſtat.

Rectè autem GRADVS dixi, in vnus eiufdémque autoritatis comparatione, in quo quæritur non variarum (vt tu inſcitè ais) autoritatum diuerſitas, ſed vnus autoritatis diſtinctio.

Hæc à codice Haya  
no ſunt re-  
cognoſcē-  
do.

Neque ego eloquentiam venor, rem ipſam quæro, rei naturam inueſtigo. Illis ipſis verbis vtor quibus vos aduerſarij noſtri vtimini, quibus omnes Scholæ veſtræ perſonant. Siquid in his durum, impoliturum, barbarum eſt, totum veſtrum eſt. Non quæro hæc Ciceronianas lautitias: quâuis cum delicatulo Ieſuita mihi rem eſſe intelligam. Aduerſarij mei ſententia ſais verbis erat à me notanda. *Determinationes* Eccleſiæ, vernaculum eſſe vobis Sophiſtis vocabulum, tu Sophiſta, & Sophiſtarum fideiſſor ignoras, vt mihi hoc no-



Delicatu-  
li Iesuita  
non pos-  
sunt pati  
Scholasti-  
corum ser-  
monem.

mine confles apud Ciceronem inuidiam? Otio-  
sanè & charta abundas hæc λεπτολογῶν. Primaria  
quæstionis statum rectiùs commodiùsque expen-  
disses; *Verumne sit pendere Verbum ab Ecclesie deter-  
minatione, necne*: quemadmodum tui præceptores  
loquuntur: Hoc verò nunc accuratiùs explore-  
mus, prætermisissis verborum tricis, quibus tu im-  
pensiùs delectaris.

## ILLVS TRISSIMI TESTI-

monij, quo Ecclesie cum Verbo com-  
paratæ autoritas explicatur, vera &  
genuina interpretatio, aduersus  
Hayi obtreccationes. I. Cor. 3. 10. *Se-  
cundum gratiam Dei quæ data est mihi  
&c.*

### SERRANVS

Ordinis  
indicatio.

Quum de nobilissimi loci quo hæc con-  
trouersia dirimitur, vera germanaque interpre-  
tatione agatur, quam omnibus machinis oppu-  
gnat Hayus: iuuerit initio perspicuè ostendere,  
quidnam ego institutam probare ex illo testimonio  
deinde, interpretationi meæ cui innititur mea  
argumentatio quidnam opponat Hayus: deniq;  
quidnam ego illius exceptionibus respondeam.

Finis &  
œcono-  
mia argu-  
mentatio  
nis ex hoc  
testimo-  
nio peti-  
ta.

INSTITVTVM mihi est probare ex hoc Pauli  
testimonio, id quod maximè pertinet ad Quæ-  
stionem primariam, nimirum, Ecclesiam fundari  
& ædificari Verbo Dei: ac proinde illius autori-  
tatem ab huius autoritate pendere. Si enim Ver-  
bum Dei est fundamentum Ecclesie, è communi  
notione elucet, & priùs antiquiùsque esse Ver-  
bum

bum Ecclesiæ: & priorem esse illius auctoritatem, quum omnis Ecclesiæ auctoritas Verbo Dei planè innitatur: atque ex vi consequentis, Verbi Dei auctoritatem non pendere ab Ecclesiæ iudicio & auctoritate, sicuti docent Iesuitæ. Ita nostrâ sententiam de Ecclesiæ auctoritate esse veram, Iesuitarum contrâ falsam: quum ex luce Naturæ, eiusdem rei affirmatio & negatio vera eodem modo esse non possit: hic autem idem de eodem dici perspicuum sit.

MEAM autem affirmationem sic probo ex hoc testimonio. Paulus omni exceptione maior testis, affirmat se Verbi Dei prædicatione posuisse fundamentum Ecclesiæ, Iesum Christum: illòque ipso Dei Verbo vniuersum Ecclesiæ ædificium rectè constitui. Ait enim Paulus se vt peritum architectum, hoc Ecclesiæ fundamentum substrauisse. Quàm ratione, nisi docendo Euangelium: sicuti alibi disertè ait, super Prophetarum & Apostolorum doctrina ædificari Ecclesiam. Voce autem & scripto eandem doctrinam Ecclesiæ proposuisse Prophetas & Apostolos perspicuum est, & Christum doctrinæ suæ finem principem primariûmque habuisse. Rectè igitur FUNDAMENTI nomen & Christo & Verbo Dei tribuitur: illi quidem, proprie & per se: huic autem, vt instrumento. Est enim Christus Ecclesiæ suæ caput & anima: Euangelium autem est potentia Dei ad salutem cuius credenti. Ita variè quidem, sed tamen verè & distinctè eadem Fundamenti appellatione & Christus & Verbum Christi insigniuntur ex vsitato Scripturæ more.

Hæc est summa meæ Interpretationis *ἐκτακτικῶς* & *ἀνακτακτικῶς* explicatæ, sicuti ex libello meo apparet. Quidnam verò ad hæc Hayus excipiat, videamus.

## H A Y V S.

Dic oro in quo *V*erbo scripto cognouit *D. Petrus* Christum Dominum quum eum confiteretur esse filium Dei uini? *V*bi scripta erant uerba illa Domini ad Paulum, Ego sum Iesus quem tu persequeris, quibus Paulus Christum Dominum cognouit? Dic etiam in quo *V*erbo scripto Pater Filium nouit? In quo *V*erbo ante omnem scripturam Abrahamus Christi diem uidit. & si Iesus Christus, non nisi in *V*erbo suo scripto rectè cognosci potest, nulli omnino Christiani rectam erant cognitionem Christi Domini consecuti antequam Euangelium scriberetur. Pag. 96.

## S E R R A N V S.

Hayanum  
tra. c. d. 109  
 de Verbo  
 Dei ante-  
 quam scri-  
 beretur,  
 sepius qui-  
 dem excā-  
 ratum, at  
 hæc fue-  
 rūt neces-  
 sario in-  
 culcanda,  
 ne è silen-  
 zio Iesui-  
 træ trium-  
 phum ca-  
 ptarent.

Tu verò, Hay, dic sodes, censésne Veteris testamenti Scripturam extitisse, antequam Petrus esset natus? Illæ verò veteres Scripturæ ad quem finem reuocabant Ecclesiam Dei: nisi ad Christum Filium Dei? Illum credebat Petrus venturum ex Prophetarum oraculis: postquam venit Spiritus virtute illustratus, præsentem conspicatur & confitetur Filium Dei, quem à Scripturæ testimoniis iam credebat suo tempore affuturum. Scripturæ igitur auspicio Petrus ad Christum accessit, quas de seipso testatas fuisse ait difertè Christus. Peccas hic igitur crassa & flagitiosa ignorantia, quasi negares Prophetarum scripturam (ut ait Petrus) prisæ Ecclesiæ ut lucernam illuxisse, quæ ad Christum iter commonstraret Patribus.

Quòd

Quod de Christo bis ais, est geminatum argumentum non modò insignis imperitiæ, sed vercordis & blasphemæ audaciæ tuæ. Siccine infanis, Sophistarum importunissime, vt arbitreris Filium Dei monumentis quibusdam indignis literarum, quibus & seipsum & Patrem cognosceret? Christus quidem, æterna Dei sapientia, adhibuit luculenter Prophetarum testimonia non quod ipse illis adiuventis indigeret: sed vt tutum & Patris & sui rectè cognoscendi iter nobis commonstraret: quemadmodum disertè mandauit, *Scrutamini Scripturas*. Illud tamen ipsum quod affers in veteribus Scripturis inuenitur.

*Videbunt quem transfixerunt. & Conuicia eorum qui con- Zach 12. 10  
uitantur tibi, inci derunt in me.* quod de Christo rectè Plal. 69. 10  
interpretatur Apostolus, & disertè monuit id Rom. 15. 3.  
antè scriptum esse ad nostram doctrinam. Quod enim suis membris fit, sibi Christus deputat: cuiusmodi est & illud, *Quem probris affecisti, & cui con- Eiaix 37.  
uitatus es, & contra quem exaltasti vocem tuam, & ele- 23.  
uasti in excelsum oculos tuos? Contra Sanctum Israhel.  
Per manum Seruorum tuorum probris affecisti Domi-  
num.* &c. Ille enim Dominus Ecclesiæ suæ *ὁμοει-  
ξων* & *ὁμοειξος* ( vt inquit Chrysostomus )  
est Deus manifestatus in carne, Christus, Ecclesiæ  
sue caput. Nihil igitur noui Paulo dicit Christus:  
sed id ipsum dicit quod à Scripturis Paulus me-  
minisse poterat iam olim à Deo Patribus fuisse  
significatum: vt non iam cum homine tantùm  
sed cum Deo ipso, id est *θεῶν ἰσῶπῳ*, rem esse in-  
telligeret: quemadmodum etiam fecit Christi  
Spiritu edoctus.

Quæris postea, in quo verbo ante omnem scri-  
pturam Abrahamus Christi diem viderit: Respon-  
deo, In illo ipso Verbo quod postea scriptum est.  
licet enim & variis vicibus & variis modis Deus

Patres sit alloquutus, & sine scripto & scripto, eundem tamen Deum semper fuisse loquutum testatur Apostolus ut quidem variis strophis hic te sophisticè illudere hæcenus demonstrauerim: *Homonymia*, quasi diceremus sola Scriptura Ecclesiam inniti: quum dicamus Scriptura sacra *θεογραφουμένη* eam stabiliri: quum non idcirco tantum sit vera quia scripta est, sed idcirco scripta sit ut constet eam esse veram, neque humanis commentis conspurcetur. *Diuisione*, quia tempora discerpis. Fuit tempus quum Deus sine scripto Patres alloquebatur: venit tempus quum voluit doctrinam illam suam *καταγραφουμένην* literis consignari. Eadem illa doctrina à priscis Patribus conseruata, scriptorum monumentis commendata est, ne dubitaremus quænam fuerit Patrum fides in Christum quem futurum credebant, & quem nos venisse credimus. In eodem igitur illo Verbo Abrahamus vidit diem Domini: quod Verbum postea scripto consignatum est, ne à Diabolis corrumperetur. Verbum Domini factum est Abrahamo, *In semine tuo benedicentur omnes Gentes*: quod semen de Christo interpretatur Apostolus. Illud ipsum Verbum scripto postea mandatum est, non enim aliud quidpiam credit Abrahamus, quàm quod scriptum fuit à Mose.

Falleris denique, Hay, & fallere conaris virioso consequenti & quidem variè. Si enim *Euangelij* nomine, solennè illà Christi suo tempore patrefacti doctrinam intelligis, (sicuti *κατ' ἐξοχην* Scriptura appellatur) es blasphemus, qui sanctos Patres & ante legem & sub lege arceas à Christi Euangelio. Si *Euangelij* nomine, vniuersam salutis doctrinam quæ Patribus etiam innotuit per eundem Christum Ecclesie perpetuum redemptorem: plandè

planè infanis, ἀσολογίῳ & planè ridicula exceptione, non enim consequitur, Priscos illos Patres antequàm Euangelium scriberetur, non potuisse ad ipsi rectam Christi cognitionè: quum eodè veritatis Verbo à Deo progigneretur, & in Christo & per Christum, sicuti modò ostendi. Imo aduersus tuum vertiginosum caput retorqueretur argumentum. Qui enim salutaris doctrina fuisset scripta, nisi extitisset? Omnino falsi reus esset is notarius qui rem quæ non extaret, literis consignaret. idcirco enim pacta-conuenta scribuntur vt de ipsorum veritate constet. Apage igitur tuas illas Καθολόγους & planè rancidas crambas millies recoctas & repositas. Plura autem suis locis hæc de re annotata à me, qui volet, recognoscito: at hæc & me quidem perinuito,  
 ἀρετὴ κόρη.

## H A Y V S.

*A logicis discite, obsecro, Minister, quid sit per se & uniuocè dici. nam suscepta scribendi breuitas, me omnes tuos loquendi modos singulatim examinare non permittit. Pag. 96.*

## S E R R A N V S.

A logicis id didici, Iesuita: & illis dicendi generibus me rectè vsum fuisse eruditi vident, vt nulla mihi sit defensione opus. Te certè sensus breuitas & demens multiloquium, quiduis effutire iubet, & ineptissimis nugis chartam disperdere. Et tibi tamen sic Suffenus es vt vastam hæc & hiulcam loquacitatem, scribendi breuitatem  
 Nugæ sophisticæ.  
 c. iij.

voces.

Iam verò, in prioris libelli mei editione hoc in loco hæc verba desiderantur, *Per idem Verbum: vt sic restituatur locus, Verbum illud dicitur fundamentum Ecclesie, vt & eiusdem edificande ratio tota atque molitio, a chitectorum opera & ministerio, per illud Verbum absolvitur.* Est enim sensus, Ecclesiam per Verbum Dei fundari & ædificari totam: quem admodum docet Apostolus, *Θεμελίον τῆς οἰκίας, ἅλλος ὁ ἐπιποικοδουῶν.* Ædificatur autem Ecclesia hominum ministerio Verbum Dei prædicantium. Hócine typographicum mendum tanti erat vt tot fulminibus intonaret Hayus?

## HAYVS.

*Si Operis illius nomine, molitionem Ecclesie intelligis, concedimus facile Deum esse causam principem & τελειοποιόν, hoc est, perficientem, aut, ad finem opus perducentem, & non solum (vt tu vertis) efficientem, &c. Pag. 96.*

## SERRANVS.

ILLVD ipsum intelligo: neque quicquam aliud ex meis verbis elici potest. Ecclesia enim singulare est Dei opus in redemptione generis humani. Tuum igitur assensum accipio: at non te pudet in rebus etiam Dei canina procacitate ludere? Sed de verbis primùm dicamus quæ tu impudenter vellicas. Accusas me quòd Causam τελειοποιόν efficientem vocauerim quum perficientem debuissèm.

Duplex est causa efficiens, Interna vna: Externa, alte-

na, altera. Interna quidem quæ in ipsa materia vim habet agendi, licet non sit pars substantiæ. Externa verò, quæ planè est extra materiam. Causa efficiens de scriptio. Hanc causam rerum omnium Opificem agnoscit Academia, omnis boni causam in Natura: &, vt Platonis verbis vtat, *δημιουργόν* siue *δημιουργούσαν*, *αὐτῶσαν* & *αὐταεὶ*, quæ & per se est & per se sempiterna est: non modò *ἀμέθετος ἰσίας* & *ἄσκηνα ἰσίας*, creatis essentiis minimè permixta, & supra omnem essentiam excellens: sed ipsa *ἄρχιζόντων ἰσοποιός*, omnium essentiarum creatrix & effectrix, cuius vi nimirum omnes res sua forma definitæ reuera existent. Quam vim omnipotentem causæ Opificis idem ait esse *ἀρχιζόν* *πρωτοεργόν*, *τελεσιεργόν*, id est creare & efficere res, rerum initia, media, finésque efficaciter gubernare vt perfectionem suam sortiantur. Non potuit dici ab homine Ethnico augustius illustriúsve quicquã. At nobis quidni liceat in Ecclesia, quæ Primæ illius Causæ maximã (vt loquitur Plato) disciplinã felicius sortita est, propria illa vocabula ad meliorem cognitionem reuocare? Scriptura appellat Christum *ἀρχιζόν* salutis nostræ, eadèmq; ait, Deum nos conseruare vsque ad finem inculpãtos, in diem Domini nostri Iesu Christi. Ita *τελεσιεργόν* appellat, quum Dominus dei suis velle & perficere. Omnino Deus noster in Christo salutis nostræ causa, & *πρωτοεργεὶ* in Ecclesia, & *τελεσιεργεὶ*, est enim verus architectus Ecclesiæ: etiam si seruatorum suorum, vt architectorum, opera vtatur ad Ecclesiæ suæ ædificationem.

At mira est Grammaticæ tuæ, mi Aristarche, subtilitas! Quidnam est ad finem perducere, nisi efficere: & efficiens causa, nõne est perficiens? Idcirco efficientem causam Periparatus, *ἐτελέχεται*: Academia, *τελεσιεργόν* appellauit: quòd ef-



ficiat, perficiat, ad finem perducatur. Quæ omnia  
*quævis* dicuntur. Sed tibi solenne est iudifica-  
 ri veritatem.

## H A Y V S.

*Ecclesia nequit ante architectos suppeditare  
 quam ipsa extiterit. Quare cupimus ut nobis ex-  
 planes, quid significet illa orationis tua pars,  
 Dum ipsa ædificatur.* Pag. 96.

## S E R R A N V S.

Conferua-  
 tur & pro  
 pagatur  
 Ecclesia  
 eodē Ver-  
 bo quo fū-  
 datur.

Ostendo ordinem causarum in Ecclesiæ ædifi-  
 catione. In causarum *ovvotixiq* & serie qui ponit  
 primam, non tollit secundas. Deus operatur om-  
 nia in omnibus: Ille igitur propriè fundamen-  
 tum ponit Ecclesiæ, fundamento illi superstruit  
 & ædificat Ecclesiam. Hominum tamen non  
 Angelorum opera & ministerio vitur, ad Eccle-  
 siam siue fundandam siue extruendam. Ex ipsis  
 hominibus eos excitat quos tanti operis archi-  
 tectos fabrósque aptat, & ornat necessariis do-  
 nis ad tantum opus efficiendum. Ecclesia igitur  
 ad se conseruandam ædificandamque è semina-  
 rio suo depromit Pastores & Doctores, à quibus  
 ædificatur. Hæc vis est eius ordinis quem Deus,  
 princeps causa, constituit in Ecclesia. Planam per  
 spicuamque hanc esse verborum meorum sen-  
 tentiam Lector eruditus videt. Loquutus e-  
 ram de Deo prima causa ædificij huius sacri: con-  
 sequenter loquor de secundis & ordinariis cau-  
 sis, quibus Ecclesiæ salus continetur. Hoc est  
 quod aio, *Ecclesiam architectos illos suppeditare, dum i-  
 ipsa*

*ipsa edificatur.*

At nequit Ecclesia (inquit Hayus) ante architectos suppeditare quàm ipsa extiterit. Est fallacia Divisionis: ita enim agit Hayus ac si secundarum causarum positione prima tolleretur, & primæ positione, secundæ tollerentur: quum tamen præclare omnes suo ordine & modo ponantur. Prima quidem non modò secundas ordine antecedit, sed & eas ponit & efficaces reddit. Deus igitur volens progenit nos sermone veritatis, Ecclesiam suam post hominis lapsum collegit voce suavissimæ illius promissionis, *Semen mulieris caput serpentis conteret.* Primos parentes docuit & legem & Evangelium, ut de peccato, & peccati remedio cogitarent. Sic liberos Patres suos idem docuerunt eamque doctrinam sacrificiis obsignarunt. Propagata est illorum soboles, crevit Ecclesia: in qua nunquam defuerunt qui primæ illam illam primorum parentum à Deo acceptum doctrinam hominibus annuntiarent. Sic Ecclesiæ incunabula, incrementa, omnemque illam veritatis dispensationem, de qua loquitur Apostolus, distinctis temporum cancellis distinguere debemus, ut necessarium hunc causarum ordinem, in quo describendo versatur Apostolus, intelligamus.

Ait enim SECUNDVM GRATIAM DEI, ut primam illam & verè efficientem causam designet. UT PERITVS ARCHITECTVS fundamentum posuit: &, Alius super ædificat: ut instrumentorum quibus Deus vsus est ad Ecclesiæ suæ ædificationem, seriem ordinemque commonstret. Constituta igitur est primùm omnium à Deo. Ecclesia. Deinde, pro variis ætatum suarum circumstantiis suppeditavit sibi architectos à quibus ipsa ædificaretur. id est, Deus excitavit seruos suos

ex eorum hominum numero è quibus ipse Ecclesiam suam collegerat: illorumque opera vsus est ad Ecclesiam suam sana doctrina instituendam. Hoc singulare est hominum *à Ioua* & priuilegium, vt homines ab hominibus doceantur. Hæcine tam obscura & tenebricosa mysteria, Oedipo indigent an sano & sobrio animo, Iesuita, qui frustra mortuum ab inferis excitari quæris, qui Mosem, Prophetas, Apostolos, Christum denique habes læculentæ huius veritatis præcones.

## H A Y V S.

*Nil nisi aurum loqueris, noue Chrysologe. Si Prophetas aliquos nominasses, facilius de orationis tue sententia iudicium tulissemus.* Pag. 97.

## S E R R A N V S.

Sunt hæc Danielis Prophetæ verba, Eloquentia Iehouæ magis desiderabilia quam aurum & argentum multum, id est aurum copiosissimum & purgatissimum. Ibi enim de doctrina loquitur Propheta, Eadem figura quod de auro dicitur, argento & lapidibus pretiosis accommodatur. Vt, Eloquentia Iehouæ, eloquia munda, argentum excoctum, defecatum septemplex. & Ieremias, Argentum tuum versum est in scorias, & Argentum reprobatum vocate eos. & Esaias, Ecce ego collocabo cum ornamento lapides pretiosos, & fundabo te sappiris, & disponam pyropo specularia tua, & portas tuas carbunculo, atque omnes terminos tuos lapidibus delectantibus. De doctrina enim se loqui, testatur ibidem Propheta: Et omnes filij tui edocti erunt

*Auri appellatio, pro sana doctrina.*

à Iehoua. Christus autem Prophetarum princeps, salutarem doctrinam appellat margaritas. In Apocalypsi quoque extat graphica Ecclesiæ descriptio auro, argento, omnibusque pretiosorum lapidum generibus constructa. Quid multa? Prophetarum sermonem nescis, Iesuita, quem imitatus Paulus sanam doctrinam aurum, argentum, pretiosos lapides appellauit, vt rerum maximarum augustissimarumque pretium & dignitatem luculento dicendi genere repræsentaret.

Atqui erat illud de medio peticum. Pulchra enim & pretiosa omnes nationes aurea appellant. Cicero. Aurea sunt hæc, cum bonis bene agier oportet, & sine fraudatione. Horatius. Aureum quisquis mediocritatem diligit. & Aurea sculta, aurei mores, aurea Respubl. aurei homines, tria sunt aatribus Latinis. Græci verò,

χρυσίον ἀσπίδα χρύσειον μερόπων ἀνδρώπων  
 & ὁ δὲ χρυσὸς λαμπρὸν πῦρ ἔστι διασπέρπει  
 μέγανον ἔξοχα πλάττει.

Inde illa, χρυσὸν ἡδὴ, χρυσοῖ ἀνδρες χρυσοῖ φίλια, χρυσὴ πόλις, &c. id genus. Effet ergo permirum vos Iesuitas, (qui hoc vno excellit, omniumque Monachorum genera longis parasangis post vos relinquitis, quod auri cumulos egglomeretis, sicuti è vestris reditibus paucos intra annos congestis palam est) Simile ab auro peticum minimè intelligere: nisi auri illius Ecclesiæ proprij cognitionem auri Babylonici amor abripuisset.

## H A Y V S.

O præclarum Apostoli interpretem! O acumen Peripatetico dignum! Examen ignis (de quo loquitur Apostolus) est vestra ratio exploranda.

materiarum, Quis nisi stipes orationem nostram probabit. Imo plane stipes erit. Nos ubi de purgatorio igne disputandum erit, quem ignem hoc loco intelligat Apostolus, explicabimus. Qualia sunt vestra opera, ignis ille perpetuus, nisi respexeritis, probabit. Pag. 97. 98. & c. totis.

## SERRANVS.

Disputata planè atque contraria compingis, Apostolum & Peripatum. In veritate explicanda acumen in Peripato non quaero: à quo quum vos Iesuita toti pendeatis, non mirum est vos de Apostolorum doctrina peripateticè agere.

At de Igne, quem tantopere extinctum cupis videamus. Ecquis primo etiam obtutu non videt totam hanc orationem esse figuratam, & de communi Prophetarum sermone conformatam? Propheta enim ignis appellacione, intelligunt probationem, siue manifestationem alicuius rei: ut, *Probasti eorum, visitasti nocte, igni examinasti me: id est explorasti meam conscientiam &*, *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti.* Malachias autem, *Ipse tanquam ignis conflans & horitib fullonum; & sedebit consuas & emendans argentum. purgabit enim filios Leui, & conflabitque eos sicuti aurum & argentum.* Ita Dominus Apostolos suos ad solennem Euangelij prædicationem inauguravit linguarum symbolo instar ignis dispersitarum, ut prædicationis vim efficacitatemque repræsentaret. Igitur è Scripturæ idiotissimo Apostolus Ignis appellacione, significauit rationem examinandæ doctrinæ, rectumque examinis illius iudicium. Analogiæ ratio perspicua est. Ignis enim proprium est illustrare,

Ignis pro  
experimē  
to & pro-  
batione.  
Psal 17 66  
Malach. 2.

strare, purgare, comburere. Ita per Verbum Dei veritas à mendacio distinguitur, vt illa ab omnium errorum præstigiis euoluta, illustratur: hoc verò destruat. Eorum igitur qui in Ecclesia docent, dicta & scripta sic examinari debent ad illam Verbi Dei amussim (quod sola est *avto'mos* veritas, ac proinde fidei & certitudinis regula sempiterna) vt si cum illo consenserint, vera & canonica iudicentur: sin dissenserint, falsa & adulterina. Hæc nimirum est sententia verborum Apostoli, quam quum in libello meo iam explicarim, nihil est quod actum agam. *Diem* igitur & *Ignem* vocat & examinis rationem, & examinis exitum, vtrunque dicendi genus è Propheta mutuatus Apostolus. De igne diximus: de Die hæc sunt diserta verba eòdem in loco, *Quis ferre poterit diem aduentus eius?* Oro studiosum lectorem vt huius loci interpretationem à me in priori disputatione enucleatiùs explicatam recognoscat & cum aduersarij mei sannis conferat. Vult imperiosus Magister vt credamus Apostolum de Igne purgatorio hæc certò constituisse: & me idcirco appellat stipitem. Omnino quia sentit vir prouidus in dies magis ac magis Ignem illum purgatorium extingui ligni penuria, idcirco de ligno sufficiendo cogitat: eòsq; qui Purgatorium illum non credunt stipites appellat, & de perpetuo illo igne (nisi respuerimus) minatur. De tuo igitur illo Purgatorio Hay, (quandoquidem ita vis) aliiàs: at tu, miser Apostata, quousque tandem abutere Dei patientia, hisque anilibus nugis viros cordatos moueri existimabis?

Quòd autem pag. tota commentum illud de Verbo Dei antequàm scriberetur putidè inculcas, indignum est noua responsione.

*Occidit miseros crambe repetita magistros.*

*Diem pro  
opportu-  
no proba-  
tionis il-  
lius tem-  
pore.*

*Nugæ  
Hayanz.*

## HAYVS.

*Adeo es in oratione tua varius vt nullum neque principium neque finem eloquentia tue deserte reperire valeam. Pag. 99.*

## SERRANVS.

Exemplū  
Iesuiticę  
loquacita-  
tis ad elu-  
dendā ve-  
ritatem.

Vniuersum quidem hoc theatrum, Iesuita vnitatis plenū est, hic tamē proprie locus insigne est exemplum Iesuiticę vācordiæ cum summa impudentia coniuncta. non exscribam locum, quam charta rebus melioribus debeat sed ipsa Hayi temerē palantis legam vestigia: nequid tantorum mysteriorum Hayano cothurno dignum elabatur.

Primum Thraso prolixē conuitiatur. Me vārium vocat: quum tamen simplicitati meę infidetur, & neget solem lucere meridie: ecquid enim certius à me dici potuerat & *δογματικώτερον*, quū hanc doctrinam certis thesibus quanta potui simplicitate, repræsentarim? Ait se nullum neque principium neque finem eloquentiæ mee reperire valere. Atqui non sentit se id affirmare quod volebat negare? Certē primum omnium caput suum quærere debebat: nam orationis quæ principium & finem nemo non videt.

Deinde, maioribus me copiis adoritur ampullatus Thraso, Græcorum equitum cuneum aduersus me immittens, id est Græca Scripturæ testimonia: se idcirco id facere testatur vt mihi *ἀνορθώσῃ* aliquid rependat meus nimirum simia. Ingenuē quoq; fatetur se præter morem suum citare Scripturam. Nos Hayo id condonamus, hac tamen lege

lege vt hereditatis nostræ, id est, Scripturæ, fines  
constanter tueamur Verùm de re.

Testimonium autem illorum finem sic Hayus  
exponit: *vt legitimam (inquit) Doctorum nostrorum vo-  
cationem confirmet: nouam verò Sectæ nostræ Ministro-  
rum & extraordinariam introductionem euertant.*

Respondeo, Hayum dum res alias agit, nullo  
modo id attendere de quo sermo noster est insti-  
tutus: de doctrina enim agitur, non de personis.  
Deinde petere crassè principium, dū Doctorum  
suorum legitimam vocationem commendat,  
quos viri boni habent pro latronibus & Pseudo-  
prophetis.

Primi quidem Ecclesiæ architecti fundamen-  
tum posuerunt: Doctores superstruxerunt. Quū  
autē varij variis & ætatibus & nationibus in am-  
plo illo Ecclesiæ Catholicæ latifundio succeffe-  
runt Doctores Apostolis, videndum est etiam atq;  
etiam quidnam fundamento ab Apostolis iacto  
illi superstruxerint. Dicebam igitur eorum opus  
probarum iri qui Apostolicæ doctrinæ Apostoli-  
eam doctrinam induxerint, id est & substantiam  
doctrinæ & conuenientem ei aptamque metho-  
dum. Duo enim à Paulo requiruntur, Res ipsa, &  
Methodus rei accommodata. De modo autem i-  
plo docendi siue applicatione doctrinæ idcirco  
egi accuratiùs, quoniam plurimum interest, sa-  
nam doctrinam recto modo & ordine proponi.  
Id verò sermonis nostri ratio & prolata à me te-  
stimonij circumstantia propriè efflagitabat. Pau-  
lus enim reprehendit phaleratos Corinthiorum  
concionatores, non quòd falsam doctrinam pro-  
ponerent, sed quòd sanam doctrinam non sano  
modo tractarent, splendidiore & picturatori ser-  
mone qui Euangelij simplicitatem dedecebat.

De Eccle-  
siæ Docto-  
rū, qui A-  
postolis  
succeffe-  
runt, ope-  
ra & mi-  
nisterio.

Doctrinæ  
agcōno-

Debet nimirum sana doctrina suis principiis tra-



datio è  
Scriptura.

Etari, & suo modo explicari. Illud est quod è Petro dixi, *Veritatem ex veritate docere*: & ex Paulo, *Ὁρθοτοιμεῖν τὸν λόγον*, & *exemplar sanorum sermonum adhibere*. Vtrunque vellicat Hayus.

Petrus vult Ecclesiæ doctorem sic loqui, vt Scripturæ oracula loquantur: est enim vera simplexque horum verborum hæc sententia, *Εἰ πῆ λαλεῖ*, si quis loquitur *ὡς λόγια*, vt eloquia. Hoc cene non est, Hay, illud tuum ad verbum quod vrges? sed illud sanè vt incepisti, interpretemur. *Si quis loquitur*, certè syntaxis postulat vt adiungatur aliquid vsitatissima *ἐκλεῖψῆι*, nimirum, *loquatur*: & vt eloquia, supple, *loquuntur*: vt sit plena oratio, *Εἰ πῆ λαλεῖ, λαλεῖτω ὡς λόγια λαλῶσι*: *Si quis loquitur, loquitur vt eloquia loquuntur*. Eloquiorum autem appellatione, Scripturam Petrus intelligit: vt sit sensus, Verbum Dei in Ecclesia sic proponi à Doctoribus debere vt consentaneum est Verbo Dei, & in re ipsa & in ipso docendi modo: sicuti Chrysostomus interpretatur, *Τὸ πῆς ἀληθείας ἐξ ἀληθείας μεταχειρίζεσθαι*, id est *Veritatem ex veritate tractare*. Abi igitur, erudite Cato, & Apostolum & Doctorem emendato.

*Ὁρθοτοιμεῖν* autem *τὸν λόγον*, Paulo est, recto & consentaneo modo & ordine salutarem doctrinam proponere in Ecclesia, eamque rebus & personis accommodare: sicuti dicimus, *Détailler les affaires à propos, & le détail des affaires*, eadem figura E Pauli autem schola, *Ὁικονομεῖν τὸν λόγον, μετὰ ῥυθμίζεν, σα & ὡρῶν*, id est *dispensare, accommodare, applicare* Ecclesiæ necessitatibus, ait Vetusitas erudita.

Veterem porrò interpretationem, Iesuita, minimè aspernor, sed cum doctissimis quibusque arbitror multis in locis eum opus habuisse emendatione, qua in re fidelem vtilémque operam præstitit.

præstitisse Theodorum Bezam omnes omnium  
 nationum eruditi arbitrantur. Illius ego inter-  
 pretationem, quicquid crepes, amplector & se-  
 quor: Hic verò commodius & verius interpre-  
 tatus est, *Ἐπιτύπωσις*, *Exemplar*, quàm *Formam*, id  
 est *ὑποτύπωσις*. Exemplaris enim vocabulum id me-  
 lius exprimit, ut instituti operis ratio illu-  
 strius repræsentetur. Horat.

Exemplar  
 sanorum  
 sermonum.

*Vtile proponit nobis exemplar Vlysses.*

Nec te pudet, racemator, Græcarum vocum im-  
 portuna vsurpatione fumos captare eruditionis?  
 Si te alienis oculis videres, quàm perspiceres A-  
 postolicum *συνόψιν*. tibi non quadrare, sed po-  
 tius hoc vetus verbum *Ἐπιτύπωσις* ἰδίως *ἔστι*!  
 Tibi igitur sape, dum eruditi è tuis verbis de tuo  
 cerebro iudicabunt. At iam te ipsum audiamus.

---

#### H A Y V S.

*Tandem post longos anfractus, commenta tua  
 nobis degustanda proponis. Scripti enim Verbi a-  
 nalogiam existimas patefacere, quid à Doctõribus  
 fundamentum, puta Christum Dominum, retinen-  
 tibus veri aut falsi dicatur. Pag. 99.*

---

#### S E R R A N V S.

Longos libelli mei anfractus, Iesuita, quî cri-  
 minaris: quum angustias breuitatè meam  
 tam sæpe iustas? At tuum est inconstantem  
 esse. Certè postulabat hic locus ut his quæ ad  
 quæstionis firmamentum pertinent, explicatis,  
 ratio ostenderetur qua Doctõrum Ecclesiastico-  
 d. j.

rum dicta & scripta debeant examinari.

Hoc ego notaueram non obscure: quemadmodum videre est. Illud verò crasse dissimulans, doctrinæ explicationē quam certis articulis distincteram, ut scopulum auersaris, nouisque commentis quæritat effugia, negans Analogiam fidei quæ præscripsit Apostolus, rectam esse & idoneam rationem explorandæ veritatis. Tria autem absurda mihi opponit.

Primum, *Omnibus erroribus fenestram aperiri:*

Secundum, *Hæreses refelli non posse:*

Tertium, *Inutiles fore omnium Interpretum cōmentarios,* si Analogiæ illius ratio adhibeatur. Hæc totius paginæ summa est: sed antequam ad hæc respondeam, explicandum mihi est quidnam Analogiæ vocabulo intelligam: deinde, quænam sit orationis meæ sententia: denique, quænam usus doctrinæ huius ab hoc testimonio nascentis.

De Analogia eiusq. usu.

ANALOGIAM in scientiis & artibus humanis, rerum est proportio siue comparatio: quum id nimirum quod dubium est cum eo quod certum est atque indubitatum, comparatur, ut ignota & incerta per nota & certa intelligantur. Verùm ANALOGIAM FIDEI luculento dicendi genere appellauit Apostolus, proportionem & consensum sacræ doctrinæ: quod *αὐτόπιστον* indubitataque doctrinæ, principiis omnia ex illa propagata *ἀναλόγως* & consentienter respondeant.

Hoc autem volo, meæque orationis est hæc sententia. Veritatis illius sempiternæ (quam Apostolus *Fidem* vocat) hanc esse *συναλήθειαν* & proportionem: Substerni vera & immediata principia, ut maximam augustissimamque scientiam decet: ex illis principis veras certasque demonstrationes constare Theologiæ. Hæc autem omnia in Scriptura perfectissimè contineri) quatum

tum quidem in hominem mortalem in hac vita mortali salutaris doctrinæ cognitio cadere potest quum illa sit sola & perfecta fidei regula, equis sanus neget?

Vfus igitur doctrinæ ex hoc testimonio nascentis, hic est. Quum indubitata sit Scripturæ veritas, illiusque rata sint & sua luce nota principia: consentaneum esse ut ex illorum proportione siue analogia, de Doctorum Ecclesiæ siue dictis siue scriptis iudicetur: & hætenus quidem ut si cum illa Scripturæ doctrina consentiant, verè: sin ab illis dissentiant, falsò loquutos fuisse credamus. Sic quoque de ambiguis & nobis propter nostras tenebras obscuris Scripturæ locis iudicandum, *Ut Scripturæ à Scripturis intelligantur.* id est substratis illis, de quibus modò loquebamur, principiis, locorum circumstantiæ expendantur, genuina verborum proprietates consideretur, ut germanus loci sensus eruatur atque intelligatur.

His positis Hayana absurda modo exploremus.

**PRIMUM ABSVRDVM**  
 ab Hayo excogitatum, *Si ex illius Analogiæ regula doctrinæ considerentur, aperiri omnibus erroribus fenestram.*

Ut hæc probet Hayus, non legè aut rationem affert, sed longa exempla colligit è Coenæ institutione, Electionis æternæ doctrinæ, variis denique dicendi formulis quas in Scriptura semel reperiri affirmat. Ex his exemplis magnas difficultates intrudit quas Analogiæ nostræ ope expediri posse negat.

Analogiæ  
vſus in al  
latis ab  
Hayo exē  
plis ſoftē-  
dirur.

Iniquiſſimam conditionem imponis, Hay. Vin-  
igitur vt ampliffima hæc religionis noſtræ capi-  
ta vniverſamque Scripturam perlultrem, vt per  
hos cuniculos interea elabaris? Agam ex equo &  
bono. In his omnibus quæ mihi propoſuiſti, ſe-  
quar ſine errore Analogiæ illius Apoſtolicæ du-  
ctum atque auſpiciū: Ponam *αὐτόματα* & rata fi-  
dei principia de ſacræ Cœna Domini: Locos Scri-  
pturæ hac de re comparabo: Neceſſarias conclu-  
ſiones ex illis principiis naſcentes conſiderabo.  
*Αὐτάτα* & abſurda, quæ ex peruerſis interpreta-  
tionibus eruuntur, obrogabo.

Nec verò clames me per generalia moliri fu-  
gam, ad ſingulares tuas exceptiones quam bre-  
uiſſimè potero, reſpondebo, neque enim æquum  
eſt me vt tuæ importunæ loquacitati gratificer,  
*ἄπειρος διορυστήν*, id eſt peregrinis digreſſionibus  
præter rem effuſis eruditi Lectoris tempora mo-  
rari. Et rei & lectoris à me habenda ratio eſt.

AD veram ſacræ Cœnæ explicationem ſic A-  
nalogia iter ſternit. Principia hæc ſunt *αὐτόματα*  
& omnibus nota: Ieſum Chriſtum vt in Ver-  
bo, ita in Sacramentis exhiberi: Sacramenta eſſe  
promiſſionum Dei in Chriſto ſignacula, ac pro-  
inde & ipſius & omnium eius beneficiorum ob-  
ſides atque teſſeras: In Sacramentis duo eſſe con-  
ſideranda, Rem & Signa. Vſum ſacramenti ex  
Chriſti institutione definiendum eſſe &c. Hæc  
ſunt rata omniū conſenſu axiomata,

In *πρωτῷ* igitur illius, *HOC EST CORPUS  
MEVM*, genuina ſententia eruenda, alij Scripturæ  
loci in quibus agitur de Sacramentis, comparan-  
di ſunt, vt *Petra verò erat Chriſtus. & Immolate Peſach  
ſiue tranſitum*, id eſt agnum &c. Hæc formulæ Sacra-  
mentales ſunt veræ, & ex Sacramentorum natu-  
ra & regula intelligendæ, Nō ſigna nuda & ina-  
nia

nia, sed res ipsas in ipsis signis reuera offerri à Deo, & à credentibus reuera recipi spiritualiter & per fidem: secundum dicta, *Panis què frangimus, nonne est communio corporis Christi? & Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Necessarias igitur conclusiones ex illorum principiorum analogia locorumque collatione eliciam: In Cœnæ sacramento Christum nobis reuera exhiberi, & à credentibus reuera percipi per fidem: ac proinde veras esse illas formulas Sacramentales. Ex quibus efficitur absurdissimum esse, Panem transubstantiari in corpus Christi, quod natum est, crucifixum, mortuum, resuscitatum: sicuti & absurdissimum esset. Petram esse Christum, & Transmutatum esse agnum. Deinde crescent absurda ex principiorum assensu, Corporis Christi veritatem euerti: Sacramentum aboleri quum nulla sint signa, si vera sit Transubstantiationis doctrina. &c. De primo igitur exemplo hæc pauca, & quidem ἐν πρώτῳ, uti res non suo loco tractata postulabat.

DE SECUNDO exemplo ex eadem analogia respondebo: Eum qui æternæ electioni hominem quemuis impedimentum afferre possit contendit, hoc Christi Domini testimonio abutentem, *Nonne ego vos duodecim elegi, & unus è vobis Diabolus est,* grauissimè errare. est enim sempiternum Veritatis ἀξίωμα, Voluntatem Dei esse immutabilem.

Certè Apostolorum hæc sunt verba, *Dona & vocatio Dei sunt ἀμεταμέλητα*, id est, huiusmodi ut eorum Deum pœnitere non possit. & *Deus immutabilitatem consilij sui volens ostendere. τὸ ἀμετάθετον τῆς θελήσεως αὐτοῦ.* & *Apud eum non est transmutatio, aut conuersionis obumbratio. παρὰ ἃ οὐκ ἔστι ἄλλαξις ἢ τροπὴς σκοπίας:* ne taceam tui Bileam, Iesuita, inter tuos maiores nominatissimi apophthegma, *Non est homo*

R 5. 11. 19.  
Heb. 17.

Num. 21

Deus ut mentiatur: & filius hominis, ut pœniteat eum: ipse dixit, & non faciet? loquutus est, & non præstabit illud? Quum igitur certissimum sit illud veritatis principium, eique cætera de æterna & immutabili Dei electione dicta, quæ tu citas, conueniant: omnino consentaneum est vt illud de Iudæ proditoris electione dictum ex sempiterni illius principij constantia interpretemur. Electionis autem vocabulum *πρόσμων* & multiplex esse, perspicuum est: & è loci circumstantia quidnam hîc significet, nemo sanus dubitare potest. Elegit enim Deus ab æterno quos in Filio adoptet Filioque donet vitæ æternæ heredes. Eligit quoque ad munera publica siue politicæ siue Ecclesiæ, etiam profligatos homines ad hereditatem illam nequaquam pertinentes. Sic elegit Saulem, hominem reprobum, & præfecit ciuili administrationi Israelis: sic Iudam proditorem ad Verbum prædicandum & edenda miracula. *Eligendi* autem vocabulum in illo Christi dicto propriè restringi ad ministerium illud Ecclesiasticum quo functus est Iudas, è cæterorum Scripturæ locorum collatione & principiorum assensu omnibus sobriis elucet. Petrus nimirum de Iuda loquens ait, *Annueratum fuisse cum Apostolis, partemque ministerij fuisse sortitum.* sunt enim hæc illius verba. Elegit igitur duodecim Apostolos Christus ad ministerium Ecclesiæ, è quibus vnus erat diabolus, communi quidem ministerio vtès in domo Dei, at non priuilegium habens adoptionis, quod immutabile esse è principiis notum est. Multa siquidem sunt vasa in domo Dei, alia ad decus, alia ad dedecus. Quòd si qui videantur ad tempus ad æternam ipsius electionem pertinere, ex ipsa defectioe perspicuum est: illos non fuisse electos vt essent filij: quia ad finem vsque haud dubiè

biè perseuerassent: secundum dicta, *Solidum Dei* stat fundamentum, habens sigillum hoc, *Novit Dominus qui sint sui. & E nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum: sed hoc factum est ut patesceret non omnes esse ex nobis.* Verùm hac de re, maxima quidem illa & copiosissima, hæc satis ad institutum sermonem.

SINGULARES quoque dicendi formulæ quæ in Scriptura inveniuntur, ex hac veritatis Analogia rectè explicari possunt. *Consepeliri enim nos cum Christo per Baptismum in mortem*, sic dixit Apostolus ut seipsum eodem in loco interpreteretur. Docet enim nos eadem Christi virtute sanctificari qua iustificamur. Plenam autem integramque iustificationem nos quidem Christo consequi docet, quæ quidem nobis verè imputetur, at in nobis inchoari suis gradibus sanctificationem. Tres autem illius sanctificationis partes luculenter describit, mortem, sepulturam, resurrectionem Christi, quæ in nobis ipsius beneficio inseruntur, cuius sigillum & pignus sit Baptismus.

Hæc autem Analogiæ illius vi sic explicantur. Mortis, sepulturæ & resurrectionis distincta Christi beneficia, & Scriptura accuratissimè describit, & Antiquitas sanctè agnoscit, veluti Apostolica doctrinæ certa axiomata. Extat enim Evangelistarum disertæ narrationes, & Symbolorum assensiones: *Mortuus, sepultus est, tertio die resurrexit.* Beneficiū certè iustificationis & sanctificationis perpetuo inter se vinculo coherere, & vtrunque manare à Christo, docet Paulus ibidem, *Mortuum quidem Christum esse pro nobis, & sepultum, ut ipsius mors nobis imputetur in remissionem peccatorum: eundem quoque resurrexisse, secundum videlicet Adamum, ut cum ipso resurgamus.* Verùm hæc nostra esse imputatione, ut solidum saluti nostræ



fundamentum substernatur, ac proinde vera & solida sit iustificatio nostra ex illa imputatione nascentes. At licet in nobis remaneant tristissimæ peccati reliquiæ, Christum tamē, virtute Spiritus sancti sui, instaurare in nobis imaginem Dei, & seipsum nobis exhibere *εἰκοναίον* & exemplar suæ illius sanctificationis sicuti enim mortuus est, sic in nobis veterem Adamum, id est nativi peccati reliquias in nobis mortificat. Sicuti sepultus est, ut & se verè pro nobis mortuum esse testaretur & mortem in palatio suo, sepulcro nimirum se adortum demonstraret: & sic cum illo consepelitur: quandiu enim sumus in hac vita inter has carnis mortiferas reliquias cum peccato colluctamur, ut in nobis sensim peccatum perdometur atque profligetur. Hoc modo nos ait, *Consepeliri cum Christo per Baptismum*: quia hæc virtus domitrix peccati, est è Christo & per Christū, eamque ex ipsius sepultura haurimus: quum nostra causa in sepulcro mortis vincula diruperit. *Per Baptismum*, quia Baptismus est efficax sigillum pignusque illius virtutis Christi in nobis. Rem enim, ex Dei instituto, cum signo coniungit: quemadmodum quum ait, Nos Christum induere per Baptismum. Hoccine igitur Hay, non est *αυαλόγως* loqui? Meliorè certè horum dicēdi generum interpretem quærere non debemus quàm ipsum Paulum in eo ipso loco: disertè enim ait se ita representare voluisse *Vita novitatem*: & Petrum, qui Baptismi vim efficaciamque eodem planè modo describit, quemadmodum ex locorum collatione recognoscet eruditus Lector, cui hæc nostra indicatio satis erit.

Quorsum autem, magne Theologe, hæc formulæ in Scriptura vsitate, & Paulò potissimùm familiares, *Crucifigi, consepeliri, resurgere cū Christo, Baptizari*

in ipſus mortē ſeu pro mortuis: Crucifigere corpus peccati, Reſurgere in nouam vitam, Veterem hominem corrumpere, Mortificari, Viuificari & conſimiles, tibi ſunt ſingulares & peregrinæ, vtpote in Scriptura frequentiffimæ? Sic quoque legem peccati, pro tyrannide peccati, legem mentis pro imperio rationis regeneratæ, dixit Apoſtolus, viſitato Hebræis ſuis more. Poſitis autem religionis Chriſtianæ principiis, Analogiæ face vt cætera dicendi generalis aliis incognita, illuſtratur hoc quoque cæteris hominibus obſcurum dicendi genus: quia ſcimus in nobis habitare natiuam peccati luem quæ impotenter dominatur in carne noſtra, niſi Spiritus ſancti vi coerceatur atque perdometur. Verùm pro loci circumſtantia & inſtituta huc ſatis: vt eluceat te hoc abſurdum abſurdè excogitaſſe.

Secundum Hayi abſurdum:

*Ex hac Analogia hæreſes refelli non poſſe.*

Triumphaturos de me ais hæreticos, ſi non aliunde quàm ex Verbi analogia, contra ipſorum tela præſidium petam. Optimè nimirum orthodoxo mihi hæreticos opponis, iubésque de illis refellendis me ſeriò cogitare. Verùm qui ego victoriam de illis non ſperem, quum eadem arma illis opponam, quibus Chriſtus Sathanam hæreticorum patrem peruicit, Scripturam nimirum quam illum eadem abutentem potenter refutauit. Arianis igitur in VNIVS voce inſanientibus ex Analogiæ Apoſtolicæ regula ſic reſpondebo.

PATER & FILIVS ſunt vnum, quia ſunt *ſubſtantia* illorum *ſubſtantia*, id eſt & vnus eſſentiæ &

in vna essentia verè & per se subsistentes personæ. At vnum est Filius Dei cum Ecclesia, quia seipsum & sua omnia ei donat: vt fideles verè cum ipso infiti, non minus cum ipso coalescant & vniantur, ac vnius corporis membra. In sanctæ autem Triados augusto mysterio, vera est trium personarum consubstantialium in vna essentia VNITAS: in Ecclesiæ cum Christo capite suo *συμπερολογία* & coadunatione, est VNIO. Equis igitur non perspicit, exquisite Theologe, Arianos insanire qui *ἓν Ἔσσηντιε διuινæ* confundunt cum *ἓν Ἦν Ecclesiæ* in Christo capite suo vnitæ? Hoc enim mysterium Apostolicæ analogiæ vi sic potest explicari. Ad secundum igitur idolum tuum hæc pauca: iam de tertio pauciora.

### Tertium Hayi absurdum,

*Superuacaneos fore doctorem virorum in  
Scripturam commentarios, si veritas ex  
hac Analogia iudicetur.*

Respondeo, esse stropham *ὁμοιοχημοσύνης*. Perinde enim est ac si quis affirmaret frustra accendi candelam, vel lucem quæ ex vna candela in aliam incenditur, nouam esse lucem. Commentarij doctorum virorum in Scripturam, nihil sunt aliud quam Scripturæ per Scripturam illustratio. Nihil quidem de suo inducunt Doctores orthodoxi, sed quod nobis est, non Scripturæ sed nostra imbecillitate, *δισεργησίδου* siue *δυσόνητον*, id est intellectu explicatūque difficile, disertius exponunt, facta locorum comparatione, adhibitæque Veritatis luce: Sic Apostoli legis & Prophetarum doctrinam sunt interpretati. Habes, Hay,

nisi planè habes, breuem quidem at veram solidamque responſionem ad absurdorum tuorum absurditatem, quam Apoftolicæ analogiæ ignis comburit.

## H A Y V S.

*Appositam affers de auro ab auro explorando similitudinem, apud aurifices parum usitatam. Doce queso aurifices singularem hanc explorandi aurum rationem, ne in posterum ut auri puritatem perfectam habeant, Lydiæ sine Heracli lapidis usum requirant. Pag. 101.*

## S E R R A N V S.

Rides tuo more in re seria. At neque ego sum aurifex, neque mihi aurum posco. Totum hoc auri conquirendi studium Iesuitis relinquo, ut verbaculum propriumque artificium. De auro Veritatis mihi cura & sermo est. At ut comparationis rationem meæ reddam, ecquis nescit, ineptivellicator, in Lydio sine Heralio lapide imprimi colorem auri probatissimi: ut quum de auro alio dubitatur, ad impresso incerti auri vestigio, factaque colorum contentione, de auri valore tutum iudicium fiat? Hoc autem ad doctrinarum comparationem & probationem maximè pertinere perspicuum est, quicquid ineptias. Itaque hæc sūt.

*Similia  
ab auro  
petita.*

PLENA AD PRIMARIAM  
QVÆSTIONEM RESPON-

sio, è superiori doctrina nascens.

Magnam esse Ecclesiæ Dei auctoritatem, hæctenus quidem vt Verbo Dei innitatur, vt fundamento suo & certæ veritatis regula: extra Verbum Dei, plannè nullam: ac proinde non ab Ecclesiâ Verbum (vt volunt Iesuitæ) sed à Verbo Ecclesiam, (quemadmodum nos affirmamus) omnino pendere.

*Hanc verò summam accuratiùs fusiùsque explicatam è priori libello nostro Lector recognoscat. Quàm rectè autem hanc Hayus vellicet, iam animaduertat.*

---

HAYVS.

*Nemo pius & eruditus te tam peregrouita non mirabitur, Minister, quum in tuis Sacerdotis verbosus sis & insolens: ubi verò ad rem ventum est, exilis & ieiunus existas. Memineris Entelli & Daretis. &c. Pag. 101,*

---

SERRANVS.

Pij igitur & eruditi de me & de te, Iesuita, iudicanto: & à rebus quidem ipsis examen instituant. De ordine quidem ipso (quum me ordinis violati primùm infimiles) dicam primùm: dein

deinde de re ipsa.

Me in rerú apparatu verbosum & insolentem: Ordinis ratio redditur ad-  
 in rebus ipsis exilem & ieiunum esse criminariis. nerfus im-  
 Bona verba, quæso, mi Aristarche! Mihine in Ec- portunas  
 clesie simplicitate instituto Iesuita verbosam in- Hayi vel-  
 solentiam iure obiiciet? Cedo verò hæc per- licatio-  
 turbati ordinis crimina candidè examinemus. nes.

De verbosa prolixitate primùm videamus. In principiorum apparatu sex folia: in rei ipsius primaria tractatione decem folia adhibui. Hócine est in his verbosum, in hac exilem & ieiunum exiisse? Ex ipsa rei simplicissima iudicatione apparet crassissima calumnia, ipso etiam sensu communi teste. Ecquid verò híc insolens, & præter certas sempiternasque bene differendi leges à me commissum est?

Extat summa lex ab Academia & Peripato promulgata, *Omnem doctrinam & disciplinam quæ a ratiocinatione constet, ex rerum antegressarum cognitione fieri: & conclusionem è rebus positis necessario nasci.* Analyt. post. i. lib. cap. i. & Top. i. lib. i. cap. Ecquis nescit è duabus notionibus conclusionem vnam, veluti foetum, existere? Plus igitur verborum in rei apparatu quàm in rei tractatione, adhiberi Natura voluit, quemadmodum Academia & Peripatus retulerunt. Ecquid igitur híc à me peccatum est, aut insolenter factum aduersus bene differendi leges? Homonymiæ insidias primùm sustuli: Rem deinde ipsam definiui, & Scripturæ Antiquitatisque testimoniis illustravi. Ex antegressis conclusionem necessariò nascentem demonstraui, quanta potui & breuitate & perspicuitate: quum è principiorum cognitione luculenter intelligeretur, vt satis esset illam vel digito indicari.

Quæstione autem è rerum positarum necessitate huc in modum constituta, præscribunt rectè

demonstrandī leges, vt eadem accuratiū explicetur, iis expensis quæ ad illius naturam intelligendam illustrandamque pertinent: deinde, & vniuersè & singulatim ea examinentur quæ ei opponi solent. Hanc rerum solidè commodèque tractandarum ἐπιχειρησάων quam vocant, necessariam esse eruditissimi viri semper iudicauerunt. Hanc ego differendi rationem sequutus eram ad Quæstionis institutæ responsionem illustrandam. Idcirco, Iesuita, me vt verbosum & insolentem vel exilem aut ieiuunum eruditus Lector damnauerit? At ego te (mihi crede) non vel Entellum vel Dareta meminero, sed Hayum Iesuitam: qui non minùs in rerum ordine quàm veritate cæcitas: ac proinde quum non modo ἄφρονες sed ἰψὸν purum putumque τὸ ἀφρονέον, sit planè veraculum, id est tibi proprium quarto modo. Verùm de re ipsa.

HAYI DE RE PRIMARIA  
MERM SILENTIVM.

*Hunc locum Lector veritatis studiosus, huiusque controuersie commodus iudex futurus, expendat, meaque cum Hayanis contendat.*

SERRANVS.

PRIMUM quidem decumana porta gloriæbundus Thraeo prodit: vociferatur, conuiciatur: at reuera vasa legit, fugam meditat. Quin tu potius, Hay, de re ipsa primaria dicis? Hoc ratio & necessitas postulabat. Ecclesie autoritate, de qua iustitia quæstio est, perspicuè definiui: & sententiam meam

meq̄ rationes reddidi. Tu quasi aliud agēs, hac de re ne verbum quidem. Siquid habes quod huic responsioni de re primaria instituta opponas, cur taces? Si nihil habes, cur pergis obloqui, neque pœnas in temerè litigantes à legibus constitutas pertimescis? Æquum igitur lectorem rogo atque obtestor, vt de re ipsa ex hoc Hayi silentio ius mihi dicat. Adsunt mea, adsunt Hayana. Ex horum collatione iudicium veritatis instituat. Quitacet, cōsentire videtur: quòd si dissentit & obstrepit, quum nihil habeat quod cū ratione rationi opponat, rabula est & vitilitigator. Itaque quum ad *apertius* metam redactus Hayus, in re ipsa de qua instituta est hæc disputatio, planè obmutescat: écquis illum causa cecidisse non animaduertat, dummodò à fascinis Iesuiticis liber, de re veritatis sobrio animo iudicare possit? Profligata igitur causa primaria, totam hanc Hayanorū cauillorum congeriem poteram prætermittere: (exempla enim adhibueram in eum tantum finem vt rem primariam illustrarem) non tamen recuso hæc expendere, in eorum gratiam quæ nondum explorata veritate, veritatem amant & quarunt.

## CAVILLI HAYANI

post rei primariæ cladem  
præter rem effusi.

---

HAYVS.

*Nos supra probauimus Ecclesiam Dei fuisse  
ante scriptum Verbum. Pag. 101, 102.*



## SERRANVS.

Nos verò fastidiosæ tuæ dementiæ importunitatem tam sæpe deteximus, vt iam nos pudeat patientiæ nostræ: at te tui illius κοκκυγας tam putidè inculcati, Iesuita, pudebit nunquam? Extant hac de re responsiones meæ ad nauseam repetitæ, ne de re tam pertinaciter reposita hîc amplius loquar.

## HAYVS.

Doce nos quæso quid sit, Ecclesiam extare luculenter. Putas fortasse eam in tenebris latere posse, & mundo non esse conspicuam? quo nihil absfutius dici potest, nam hac ratione fame celebratæ Iudeorum Synagogam ( quæ nunc omnium oculis cõspicitur ) Christi Ecclesia antepones. Pag. 102.

## SERRANVS.

Tu verò id è Scriptura discce, cuius hic est de Ecclesia vsitatus sermo: *Plorando plorat in nocte: Misit duxit & deduxit in tenebras & non in lucem: In tenebris locis manere fecit me, veluti mortuos in seculum: Obscurior est nigredine forma eorum: Expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendores, & ecce in tenebris ambulauimus: & Populus positus in tenebris, vidit lucem magnam: positus autem in regione & umbra mortis, lux exorta est. & Surge, illuminare: quia venit lumen tuum, & gloria lebrua super te orta est. & Inuisit nos Oriens ex alto vt appareat eis qui in tenebris & umbra mortis positi sunt: & cetera*

Lament. 1  
& 3. & 4.

Isaia 59.  
& 9.

Idem 60.  
Luc. 1.

Latentis  
aliquando  
Ecclesie  
exempla.

tera huiusmodi sexcenta. *Lucis* enim appellatio-  
ne, conspicuus secundusque rerum status intelli-  
gitur: *tenebrarum* contra, obscurus humilisque. Di-  
citur ergo *Ecclesia extare luculenter*, quum certa re-  
ligionis forma, statuta sede, sacra populi veritatem  
ex Verbo Dei profitentis commune, à cæteris ho-  
minum cœtibus distincta, suisque natis illustris  
apparet mundo. Sic extabat luculenter in Israël,  
post aditam possessionem terræ Chenaam: maxi-  
mè verò fulgebat Davidis cæterorumque piorum  
Regum temporibus. Sic reuelato Christo illuxit  
radiis Euangelij per vniuersum mundum, Marty-  
rum etiam victricibus suppliciis illustris, at po-  
tissimum emicuit sub Constantino cæterisque  
piis imperatoribus.

Ecclesiam igitur, *Hay*, latere in tenebris ali-  
quando posse credo, neque mundo esse conspi-  
cuam, quum nimirum (vt ait Apostolus) fideles,  
quibus indignus erat mundus, omnibus suppliciorum gene-  
ribus agitati, destituti, pressi, malè habiti, in desertis, monti-  
bus, speluncis & cauernis terræ miserè oberrarunt: vel se-  
dibus suis exturbati, barbarorum hominum im-  
periis subditi, nullo loco habiti, dira quæq; sunt  
perpeffi. Quod Ecclesiæ sæpe euenisse sacrarum  
historiarum monumenta testantur. Quum Iu-  
dæi à patriis sedibus in Babyloniam exportati, di-  
rissimæ captiuitatis iugo premebantur: quum in  
Indiâ ipsa ab Antiocho crudelissimè mactaban-  
tur: quum Christus in terras venit: quum Roma-  
norum Imperatorum crudelitas in Christianos  
debaçchabatur, ubinam erat Ecclesia? Num in su-  
perborum Babyloniorum illustrissimo imperio,  
aut Seleucidarum regno, aut Romæ in Impera-  
torum palatio, aut Hierosolymis in Sacerdotum  
& Pharisaorum cathedris? Certè sedebat in te-  
nebris Ecclesia, latitabat in pauperulo grege,

paucorum hominum misella conditione numerabili, in situ & pædore, squalida, pennosa, obscura, afflicta, tempestate agitata, consolatione destituta, vt vermiculus repens, sicuti ait Propheta. *Ha. 54. &c* Hóccine non est Ecclesiam latere, neque mundo esse conspicuam?

At si latet non tamen perit Ecclesia: sicuti neque arborem decussis hyemis tempore foliis emarcuisse sanus dixerit. Inter has externi status mutationes eadem perstat Ecclesia, eiusdem Verbi luce salutem suam quærens & inueniens. Hac facie, hoc habitu non perit, etiamsi lateat: in speculicis illis eandem lucem intuetur, neque minus ei lux illa est efficax: ecquis enim sobrius negauerit lucem in tenebris efficaciter lucere?

Tuo igitur, Iesuita, commento quid aut impurius aut sceleratius dici potest, quum sempiternam Scripturæ veritatem absurditatis damnare audeas?

At insaniam adauges, quum dubitationis illius ræ rationem reddere conaris. *Hac ratione (inquis) samæ celebritate Iudæorum synagogam, quæ nunc omnium oculis conspicitur, Christi Ecclesie anteponeres.*

Quàm vanus es, Hay, vanitatis patronus! Conspiciuntur hodie Iudæi: at omnium hominum oculis iudicium Dei impiorum hominum scelera puniētis horrendo spectaculo obuersatur: disiecti palantésque hominum miserorum globi, secundum Dei minas, Orbis nunc ludibrium. Hos homines quí vocas illustres, etiamsi conspiciantur? Si tantùm tibi claritas placet, vt ea nota Ecclesiam definias: mundi inter Turcas longè latèque triumphantis clarissimas illustrissimásque faces Ecclesie verisimiliùs opponeres: vt Pontifex Romanus cum Turca coniunētus hac claritate vinceret Ecclesiam: quæ tamen in tenebris latens

tens & Turcæ & Pontifici tuo, id est Mundo, constanter respondet: *Ne leteris, inimica, de me quod ceciderim, surgam: si sedero in tenebris, Iehonah lux mea.* Mundo autem de splendida multitudine gloriante: *Nunc turmatim conuenito, o turmaria, obsidionem parans contra nos. & c. At tu Berh-lehem Ephratæ, paruula ut sis in millibus Iebuda, ex te tamen mihi egredietur dominator in Israel: & egressus eius ab initio à diebus seculi.* Hæc ego Christi in præsepi vagientis incubula malo, quàm Põtificij Capitolij palatium: malo Christi spinas quàm Põtificiis tui coronas: malo cum paucis seruari quàm cum multis perire. Promissio Christi in suis afflictis non minus paucitatem quàm multitudinem Ecclesiæ notat, *Quum duo aut tres congregati erunt in nomine meo, ecce ego sum in medio eorum.*

## H A Y V S.

*Neque enim Ecclesia, vel Christi testimonio, concidere potest, neque proinde instaurari.* Pag. 102.

## S E R R A N V S.

Non cadit Ecclesia, vt cadit Babylon, ait tamen Scriptura vtranque cadere. nam de Ecclesia, *O-mnia pariter desolata sunt. & Destruxit, & non pepercit.* Lament 2  
De Babylone autem, *Cecidit, cecidit Babylon illa magna.* Apocal. 18  
Cedit igitur Babylon, vt internecino excidio deleatur. Cedit Ecclesia, quum externo quidem splendore spoliata, sæuis calamitatum tempestatibus percellitur: at cadit, Deo nimirum peccata ipsius iuste vlciscente, vt suo tempore instaure-  
e. 1j.

2. Tim. 2. *figillum hoc, Nouit Dominus qui sunt sui. In promissionibus de Ecclesiæ perpetuitate, de qua Christus concionatur, intelligenda est exceptio castigationis & crucis. Quum igitur hætenus cadat Ecclesia, certè instauratur: & quidem eodem Verbo quo ædificatur.*

## H A Y V S.

*Da interim operam ne deinceps orator, nimium poeticè loquax, ἐναλλάγδω verborum temporibus abutens, vt nobis tuam orationem obscuram afficeret. Dicendum siquidem tibi erat, non vt primùm constituitur, sed, vt primùm constituta est. Pag. 102.*

## S E R R A N V S.

Apostolus non loquebatur nimium poeticè, ἐναλλάγδω verborum temporibus abutens, neque obscuritatem affectabat: qui in illo ipso loco in quo explicando versamur, de re & præterita & futura loquens, *Siquis superedificet*, ait præsentis temporis notatio ad rem præsentandam. *I. Cor. 3. 6.* *is qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui dat incrementum, Deus: licet antea dixisset, Ego plantaui, Apollos irrigauit. Est enim peruulgatum dicendi genus non in Scriptura uodò, sed in communi vsu vitæ: quum res vel præterita vel futura, oculis quasi subiicitur: ne in re trita immerer. Christus*

flus nimirum Ecclesie suæ astitit semper, & in i-  
psis incunabulis & in incrementis, eodem Ver-  
bo efficax.

Hæc igitur verborum Enallage rem illustrat: at  
tua, Hay, Enallage, non modò poetica, sed mon-  
strofa est: quæ Christianum in Apostatam & Ie-  
suitam commutavit, & veritatem in mēdacium.  
Felix esset Enallage, si ex Antichristi seruitio ad  
Christi obsequium te conuerteres.

## H A Y V S.

*Nullus est apud D. Iacobum de scripto verbo  
sermo. Tu omnia trahis ad Verbum scriptū. Pro-  
fer scriptum Euangelium per quod Apostolus Co-  
rinthios genuit. Pag. 102.*

## S E R R A N V S.

Quidnam est nugari in re seria, si hoc non est? Nugæ se-  
pius effu-  
sa.  
Verbum quod voce & scripto prædicauit Iaco-  
bus, nonne illud ipsum Verbum de quo ipse hîc  
loquitur: scriptum autem Euangelium, quo Apo-  
stolus Corinthios genuit, illa ipsa doctrina quam  
Corinthiis & voce & scripto annuntiauit Apo-  
stolus? Quasi verò ea doctrina quam Paulus scri-  
pto commendavit, non sit Euangelium! Verùm  
de toto hoc nugarum genere aliàs ἀγχι νόπε.

## H A Y V S.

*Nos omnes quot quot sumus, augustum Chri-  
stiani nomen, etiam cum capitis nostri periculo,  
e. iij.*

ubique terrarum prædicamus, Quòd si nescis, lege inter alias, Lusitanorum historiam Geneva nuper editam. Si porro diligenter legisses Apostolum, non nostra primum memoria, Societatis Iesu nomen fuisse importatum sentires: Fidelis Deus (inquit ille) per quem vocati sumus in societatem filij eius Iesu Christi. Pag. 102. 103.

## SERRANVS.

Iesuitarum  
crudelitas  
aduersus  
noui Or-  
bis homi-  
nines ex-  
patrata.

Ad primariam videlicet quæstionem maximo-  
pere pertinebat, originem resque gestas Iesuita-  
rum huius disputationis commentariis inseri! Le-  
gi verò Lusitanorum historiam, quæ vos, Hay, mi-  
ros propagandæ Ecclesiæ artifices graphicè re-  
præsentat: & in eo quidem actionum genere  
quibus vos magna erga genus humanum chari-  
tate inflammatos esse demonstraretis, vt singu-  
lari quadam ratione noua vestra Societas apud  
omnes commendetur. Illarum enim historiarum  
monumentis proditum est, In nouo illo Orbe an-  
plius DECIES CENTENA MILLIA misero-  
rum hominum fuisse vestris artibus vel ferro tru-  
cidata, vel fame enecata. Hoc nimirum erat do-  
ctrinæ vestræ tyrocinium vestra societate bellè  
dignum, vt illius auspicio & ductu homines su-  
perstitites imperio vestro subigeretis, filios gehem-  
næ vestris magisteriis futuros. Nam vt scripti Ver-  
bi mandatum est, *Ite docete omnes gentes*: sic Non-  
scripti Verbi illius vestri decretum est, *Ite necate*  
*omnes gentes, omnesque errores quo iure quæue iniuria*  
*feminatæ.*

Iam verò Americani illius argumenti præcla-  
rum est *noëtiua*, quo iocabundus Hayus suorum  
homi-

hominum originem deridet? Apostolos nimirum Iesuitarum societatem notasse, quum de Iesu Christi societate loquerentur. Risumne tenere potes, Hay, qui iocis delectaris? Siccine vel nulli Christiani ante vos Iesuitas natos, ad Iesu Christi societatem recepti sunt: vel his extremis temporibus ad eam societatem nemo peruenire potest, nisi sit Iesuita? De vestra hac societate non loquuntur Apostoli in locis à te citatis: fideles tamen monent vos exorturos, qui sacrum Iesu nomen eminentes mundo illuderetis. Paulus enim (ut alibi dixi) vos disertè notat *ψευδοπροφῆτας* architectos futuros. At lupina hæc est Societas vestra, animis, corporibus, crumenis noxia. De Hayi igitur cerebro cordatus Lector ex his iudicabit.

Societas  
Iesuitarū.

Hæc enim habebat Hayus, quæ mex ad principem primariamque Quæstionem responsioni opponeret: de qua quum merum silentium sibi indixerit, æcquis non videt eum plenam victoriam Veritati relinquere: hocque silentio, Iesuitica videlicet modestia, se victum esse confiteri? Hoc igitur trophæum, debellato Hayo, sibi statuit Veritas.

RESPONSIONIS ORTHODOXÆ ab Hayo frustra oppugnatae,  
SYMMATA, De vera veræ Ecclesiæ auctoritate.

MAGNA quidem est augustaque vera Ecclesia auctoritas: at illa Verbo Dei (ex quo nimirum est quicquid est) tota innititur.

Verbum Dei (id est, Scriptura sacra divi- 2.  
e. iij).



nitus inspirata) est fundamentum Ecclesie, super Prophetarum enim & Apostolorum doctrina fundata Ecclesia est, architectorū illorum opera & ministerio: quorum princeps finis fuit, Christum verū Ecclesia sua subiectum, hominibus annuntiare.

3. Ecclesia, Prophetica & Apostolica doctrina vi & ministerio fundata, eadē quoque adificatur: per Prophetas quidem & Apostolos primū, deinde per ipsorum successores, variis & aetatibus & nationibus, quē admodum veritatis sue œconomiam providentia Dei dispensavit.
4. Prophetarum & Apostolorum successores substrato ab illis fundamēto sua quoque pensa contulerunt, ad eiusdem Ecclesie adificationem: de illorum autem doctrina iudicandum est e Scriptura qua vna est & perpetua veritatis regula. Sic cum ea consenserint, verum: sin ab ea dissenserint, falsum docuisse iudicandi sunt.
5. Ecclesia, doctrina illius qua Prophetarum & Apostolorum scripturis continetur, custos est & interpretes.
6. CUSTOS nimirum, quia sacrum veritatis depositum authenticis diuinorum Notariorum literis consignatum, & in publica acta relatum, ipsius fidei concreditum est à

est à Deo: hætenus tamen ut in illis Scripturis nihil addat, ab illis nihil demat.

INTERPRES autem, ut quum sit cer 7.  
ta & perpetua Veritatis consensus, quum interpretanda erunt Scripturæ, ipsa Scriptura illius Veritatis indubitatas tabulas, è Scripturis interpretetur, ex fidei analogia, expensis prudenter locorum circumstantiis, ut vera & germana sententia intelligatur.

Ecclesia porro, casta Christi sui sponsa, 8.  
omnes Peregrini voces auersatur, si quisquam aliud Euangelium docuerit, scelus & blasphemia rata.

Denique, ut Ecclesia fides, sic autoritas 9.  
definitur Verbo Dei.

EXEMPLORVM QVÆ  
ad Questionem primariam illustran-  
dam attuleram, & ab Hayo fusè op-  
pugnantur, ILLUSTRATIO &  
DEFENSIO.

IAM VERÒ doctrinam illam è sancti Apostoli testimonio conformatam exemplis illustra-  
eram, quorum appositione veritas solet elucere. Ea autem exempla delegeram quæ maximè propria videbantur. ex ipsis enim Iesuitarum assertionum quaestionibus, in quibus explicandis versamur, ἡ ἀπορία & quasi è re nata, illa desumeram. Quid hinc meus Iesuita? Quasi res i-

Iesuitica  
pugnarica-  
tio re pri-  
mariam  
pretermi-  
tens, in e-  
xemplis

rei probā-  
dæ adhibi-  
tis occu-  
pata.

ipsa ageretur, quam tamen præterlapsus fuerat, in  
ipsis exemplis verbosè immoratur. At vt Logi-  
ces legibus coërcendus est, aduersus quas ineptè  
peccat rem ipsam cum suis circumstantiis con-  
fundens: sic eiusdem Veritatis quam oppugnat,  
viribus expugnandis à nobis est. Primum igitur  
Hayum Logices nomine abutentem ipsa Logica  
castigato. Nefas esse docent Academia & Peri-  
patus rem ipsam cum suis circumstantiis permil-  
cere, alioqui nihil certi statueretur in rerum na-  
tura. Hoc nunc agitur vt Ecclesiæ autoritas defi-  
niatur, quæ quum imitatur Verbo Dei, illius ex-  
plorandi ratio affertur è Pauli testimonio. Hoc  
est τὸ ὄπιν. At vt τὸ Δίπιν explicarem, adianxi exem-  
pla ex iis quæstionibus quæ inter nos agitantur,  
Ex æquiuocè Ecclesiæ ementito principatu; ex I-  
dolorum siue Imaginum cultu: ex crasso & Ca-  
pernaitico præsentix & communicationis Chri-  
sti in sua Cœna modo. Perspicuum est me exem-  
plorum appositione voluisse demonstrare vsum  
regulæ Apostolicæ supra explicatæ, Retineri  
quidem in Ecclesia salutaris doctrinæ fundamen-  
tum, cui tamen falsa doctrinarum dogmata ab iis  
superstruantur qui ordinariam vocationem in  
Ecclesia vsurpant. Dicebam igitur retineri in Pa-  
patu aureum Ecclesiæ fundamentum, nimirum  
Christū in Baptismo suo victorè aduersus Satha-  
næ & Antichristi in Ecclesia Christiana sedentis  
machinas, qui hoc Ecclesiæ insigne non potuit  
delere. Huic fundamento autem superstrui paleā,  
fœnum, stipulam: nimirum Vniuersalis Episcopi,  
Imaginum, Transsubstantiationis commenta, ad-  
uersus primigeniam Ecclesiæ veritatem. Ecquis  
inde non videt orationis meæ finem & seriem?  
At meus Logico theologus ordinis peræquè ac  
rerum imperitus, ré ipsam prætermittit, in exem-  
plis

plis immoratur totus: vt certè quum se teneri à Veritate sentit, fumum euomit, vt effugiat, fal-  
lâtque minùs perspicaces. Verùm hæc ei larua demenda est, id est ostendendum est, illa etiam exempla perperam ab ipso oppugnari.

## PRIMUM EXEMPLVM.

*Quomodo in Papatu conseruetur fun-  
damentum Ecclesia.*

---

H A Y V S.

*Mutatus es & perperam hanc tuam egregiam  
sententiam ex Caluini tui scriptis. Pag. 103.*

---

S E R R A N V S.

Hæc nimirum Caluinus è Paulo, apud quem hoc scitum est, *Non omnes qui sunt ex Israele, esse I-  
sraelem:* hoc item è Caluino ego. At tu consultius faceres, boni præceptoris auspiciis inhærere, quàm Icarum in morem quo te rapit libido, imperitè euagari, vt sic ἀγνοῖ & ἀνοῖ: quum neque per Hesiodeū.  
te sapias, neque peritos consultores patiaris.  
Quidnam verò inde colligis?

---

H A Y V S.

*Si Deus in Papatu (vt tu ὀλιγόπους loqueris) Ec-  
clesiã suã cōseruat, ergo & in eodẽ Papatu sunt no-  
te illa Ecclesia Dei, sine quibus ipsa nequit consti-*

stere. Eiusmodi autem nota sunt (vt tu ipse vis)  
 Verbum Dei & legitimus Sacramentorum vsus  
 Quid ergo amplius in Ecclesia Romana desider-  
 rus. Pag. 103.

## SERRANVS.

In Ecclesia Romana desidero auitam doctri-  
 nam & fidem, id est vt Antichristi fascinis libe-  
 rata, Christi vocem audiat, Papatu exturbato,  
 Christianam veritatem amplectatur.

Est igitur fallacia *Compositionis*: quasi vnum in-  
 demque sit habitus & priuatio, Corpus & mor-  
 bus, Papatus & Ecclesia. Perinde igitur ac si di-  
 cas, Peste laborat hoc corpus. Ergo hoc corpus  
 est pestis. Ecclesia Israelitarum sedibus auitis ex-  
 turbata erat in Babylone: ergo vel Babylon erat  
 Ecclesia, vel Babylon Ecclesiæ notas habebat. Pa-  
 patus nimirum est Ecclesiæ pestis, & eius doctri-  
 na, est priuatio Veritatis. De visibili & inuisibili  
 Ecclesia diximus aliàs. Etiam si in situ & squalore  
 tyrannidis Babylonicæ Ecclesiæ latitaret, non  
 minus tamen suis notis se tuebatur, sicuti osten-  
 dimus suo loco, non enim recesserat Verbum Dei à  
 corde & ore fidelium, vt & sacro illo diuinæ co-  
 gnitionis pabulo se sustentarent, credendoque  
 Christum manducarent: qui licet duo aut tres es-  
 sent in spelæo congregati in nomine ipsius, non  
 minus eis fuit præfens quàm in frequentissima  
 Ecclesia.

Noua nimirum hæc est Caluini (quam vocas)  
 philosophia, tibi nimirum qui Ecclesiæ emanfor  
 in veritatis notissima doctrina planè nunc nouus  
 & peregrinus es, qui tenebras ais esse lucem. Eo-  
 dem

dem quoque ictu corrumpit *ἀσυνλόγητος* tua quam modo subiungis, exceptio.

## HAYVS.

*Si in Papatu conseruatur Ecclesia Christi: Ergo mutua est Ecclesia tua (quam Christi esse ais) & Papatus communitio: aliàs non in Papatu, sed extra eum erit: vt Iudæi non dicuntur esse in Ecclesia Christi, quamuis inter Christianos passim vitam agant. Pag. 96. 103.*

## SERRANVS.

ESSE IN ALIQUO, non dicitur vno modo, vt Hayum etiam nosse puto: at ne cogar plura *ἑτερολογεῖν* quàm hic sermo patiatur, perspicuum est aliter Animam esse in corpore aut partem in toto, aliter morbum in corpore. Quomodo sit Ecclesia in Papatu, iam diximus: Vt pestis nimirum in corpore, tyrannis in Republica. Verùm hoc dicendi genus sic est intelligendum, vt Papatus sit Ecclesiæ pestis, quæ ita corpus inuaserit vt pestis corpus: sed nomen tamen Ecclesiæ sic usurpauerit, vt è falsa hypothesi Papatus Ecclesia, nominetur verè *ἡμετέριος*. Nullum est autè tuum argumentum à Iudæis sumptum. Iudæi (inquis) non dicuntur esse in Ecclesia Christi, quamuis passim inter Christianos vitam agant. Eodem pacto concludere: Iudæi habitant inter ipsos ciues Auenione. Non ergo sunt in ipsius ciuitatis sinu, etiamsi intra moenia habitent, destinato vico. Disparata coniungi quis non videt? Inquilini quidem & ciues

sunt in eâdem ciuitate, sed vario prorsus modo.

Sic nimirum exulabat Ecclesia Babylone: neque tamen mutua erat illi cum Babylone communicatio: imo Babylonicæ superstitionis quantumuis illustres phaleras exul detestabatur. Sic eadem his extremis temporibus, in Papatus tenebris captiua, Papatus tenebras execrata est, & execratur iis in locis in quibus etiamnum Antichristus dominatur.

## H A Y V S.

*Quod si tua Christi Ecclesia fuit in Papatu iisdem ritibus & ceremoniis Deum coluit, quibus Ecclesia Romana. Vestro ergo iudicio Idololatriæ crimine deuincta tenebatur. Neque est quod ad ignorantiam confugiatis, quum Idololatriæ nulla ignorantia excusatio à scelere vindicare possit. Ibidem.*

## S E R R A N V S.

Iam tibi responsum est, Id nullo modo conserui: quum Ecclesia à Papatu lato discrimine discrepet. At tibi Dominus pro iis quos in Papatu tenebris conseruauit, & conseruat, responderet: *Feci ut mihi septem millia virorum remanserint, qui non flexerunt genua imagini Baal.* Id in regno Israelitico euenisse certum est: in Europa nostra Ecclesiam conseruatam fuisse à Deo non crederetur? Verùm ne actum agam, quæ hac de re supra, & in tertio Anti-Iesuita annotaui, Lector repetat, dum Hayus proprio ore aduersus se sententiam dicit. Ita est

Ita est Hay. Idololatrias nulla ignorantia excusatio à scelere excusare potest. At quantæ manent poenæ non modò cæcos Idololatrias, qui à cæcis ductoribus in foueam trahuntur, sed furiosos & peruicaces Apostatas qui relicto Dei viuo mortua idola rabidè persequuntur, & in miseræ iuuentutis plebisque animis Idololatriæ furōres nouis incendiis cumulant? Quantas tu igitur, serue nequam, è tuo etiam ore, & è tua manu hâc aduersus te sententiam dictante, poenas lues, si pergas esse tui similis.

## H A Y V S.

*Certè Calvinus pro vna tua, multas fecit Ecclesias. &c. Ibidem.*

## S E R R A N V S.

Calvinus sic loqui didicit è Scriptura, In qua frequentes sunt hæ formulæ: *Crescebant Ecclesie, Erat pax Ecclesis, Per omnes Ecclesias, In conspectu Ecclesiarum, Ecclesie Macedoniae, Achaie &c.* Sic ex Augustino supra dicebamus, *Multas esse in vna Ecclesia Catholica Catholicas*: nimirum Catholicæ vnus membra à qua Catholicæ denominantur, id est orthodoxæ: quas Petrus *κλήρος* siue hereditares appellauit, magna illius domus Dei membra, in illius *ἀκροπέτα* conseruata. Mirum igitur Hayi nostri puerilibus verborum præstigiis ludentis acumen.

## H A Y V S.

*Corrupta fuerunt hæ Ecclesia vestra, autore*



*Caluino, exitiâibus doctrinis, non ergo fuerunt Christi Ecclesie, nisi Christum falsi doctores arguat, quum D. Petro diceret, Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. De seruanda Christi maiestate parum laborare videmini, modò somnia vestra indoctæ plebi quoquomodo persuadetis. Ibidem pag. 103.*

## S E R R A N V S.

Verissima est Christi promissio de Ecclesia sua aduersus inferorum portas conseruanda. Idoneus est spõsor promissionis suæ, Christus. Ipsius verò Maiestas lōgè latèque victrix, eo ipso etiam tempore quum inter hostes suos pugnat, nõ has Iesuitarum sannas vlciscetur? Tibi enim, Iesuite scilicet & Apostata, regnum Christi curæ est? Exitiales quidem errores occupauerant Ecclesiam Dei, at permansit fundamentum, quantumlibet Sathana & Antichristo insanientibus. Instaurare cœpit hæc rudera Ecclesie suæ Filius Dei. Magnam Germaniæ & Heluetiæ partem, magnam Galliæ, tota regna, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, maximam Europæ nimirum partem ab Antichristi Romani tyrannide iam liberauit. In vniuersa Europa, iisque maximè locis in quibus insana metrix Regum populorùmque animis abutens, impudenter dominatur, suolne ab exitiâlium errorum fascinis sartos rectosque non tuebitur, vt in medijs etiam afflictionum tempestatibus mendacium execrentur: & quantum vel Inquisitoria carnificina vel Iesuitica lues debaccharur, tantum veritatis ardor in ipsorùm animis accendatur.

## SECUNDVM EXEMPLVM.

Vniuersalis Episcopi principatum vel primatum, quem *Pontifex Romanus in Ecclesiam Catholicam affectat, esse paleam siue stipulam fundamento superstructam.*

POSTQVAM ostendi quomodo Ecclesie fundamentum in Papatu conseruetur, proximum erat vt singulatim indicarem quomodo palea siue stipulae illi fundamento superstruantur. Tribus exemplis id ostendebam. Primum erat, in nouo commento de Vniuersalis Episcopi principatu, quod commentum constat esse carcinoma antiquae doctrinae, ac proinde paleam & stipulam, quam Veritatis ignis consumet. De re autem ipsa egi supra prima parte huius Quaestionis, ad quam idcirco reuocabam Lectorem: At meus Disputator, re primaria secure praetermissa, hoc arripit, versat, rotat,

—tonat occiditque loquendo,

*Non missura cutem nisi plena cynoris hirudo.*

Est tibi quidem, Iesuita, scitum, TURPE TACCERE: haec tamen ad rem nullo modo dici, vides ipse. quorsum haec enim tam effuse à te congesta, quum à me exempli tantum causa notarentur, vt doctrinarum discrimina designarem, veteremque adeò doctrinam à noua distinguerem? At tibi placebat illa olla tua è qua codicis tui molem nouo auctario infarcires, Bibliothecarij vestri illius Buzæi opera, vt pueris tuis secure occineres hoc Bathylleum,

*Αὐτῶν δὲ πᾶσι σε, ὁ θεὸς καὶ πόσις τε.*

Haec tamen inanes rerum ad rancim vsque exclamatio.

Longa digressio de celeberrimo Christi dicto, Tu es Petrus, ab Hayo effusa.

matarum repetitiones sunt indignæ solidis ingeniiis: licet è tuorum hominum institutis id te factitare animaduertam. Sic enim Turrianus, sic Torrensis, sic Stapletonus, sic denique omnes disputatores vestri solent, vt non ignorari à nobis in posterum possit vestrum axioma, *Εν τῷ μὴ σὺν ἀσυλλόγιστος λόγος.* Itane igitur constitutum tibi est, Hay, vt ad Tritum illud, *TV ES PETRVS*, redeamus? Redeo verò, quum sic postulet necessitas: ne, si de industria taceam, (quia turpe arbitror te importunè loqui) silentium meum victoriam esse arbitrèris, eoque adeò nomine veritati crees periculum: loquar tamen hac lege, vt hunc loquendi modum Lector mihi condonet, qualem res animusque meus terminarit: vt si omnia tua vestigia non legam, id à me idcirco factum fuisse credat, quia me pudet importunæ loquacitatis tuæ: & siquid prætermisero, id consultò à me factum norit, quòd & suo id loco explicarim, & à doctissimis viris iam sit sæpe pertractatum.

De loco Matth. xv i. nominatissimo,  
*Tues Petrus & super hanc Petram &c.*

---

H A Y V S.

*Perinde tibi est, super Petram, & Petra (scilicet firma de Christo confessioni) Ecclesiam ædificari. Doce ex qua Scripturæ parte, has tuas præclaras loquendi formulas collegeris. Nos quidem legimus, Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: non autem, Huic petræ, vel, firmæ confessioni ædificabo Ecclesiam meam.*

## SERRANVS.

Idem omnino. PETRÆ enim vocabulo, Christum significari, diserta Scripturæ verba docent: vt, *Petra autem erat Christus: & Lapis angularis-imus est Iesus Christus.* vt autem Isaias dixerat, *Ecce popo in Sion lapidem in imo angulo,* sic lapidem illum de Christo interpretatur Petrus: eodémque & sensu & dicendi genere, Paulus Christum ait vnicum esse fundamentum Ecclesiæ. Quídam igitur est è præscriptis verbis agere, si hoc non est?

Iam verò quum ædificetur Ecclesia credendo in Filium Dei, qui ex Verbo suo cognoscitur: fit vt cognata significatione, PETRA, pro firma de Christo cognitione, eiusdémque seria confessione accipiatur. Sic Paulus ait nos superstrui super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum, *fundamentum* vocās doctrinam de fundamento, id est de Christo, in quo nqs ait *ædificari.* & *Radicali & superstructi in Christo & confirmati fide sicuti edocti estis:* quibus verbis vtrunque complectitur, & Christum & Christi cognoscendi consequendique rationem, eum enim per Euangelium cognoscimus, per fidem amplectimur. Loquendi igitur formulæ ex communi Scripturæ vsu quum sint probatæ, audésne in re seria nugari, & his apiculis paginam conscribellare?

*Petra, pro firma Christi cognitione.*

## HAYVS.

*Ex Scripturis neque apertè neque obscurè probabis verba illa Domini, Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, eum habere sensum*

(quem Theologi literalem appellant) ut nomine  
*Petræ*, ipse *Christus* intelligatur. Pag. 104.

## SERRANVS.

Andabatarum in morem cum laruis dimicant:  
 & cæcus nō modò audes iudicare de coloribus,  
 sed & perspicaces oculos & lucem ipsam dam-  
 nare. *Petræ* nomine *Christum* significari in Scri-  
 ptura, planis, perspicuis, luculentis verbis proba-  
 tum est. Cur id non vides?

*Petræ*, pro  
*Christo*.

## HAYVS.

*Sensus enim huius loci ex tua sententia hic  
 esset, Aedificabo Ecclesiam meam super me.*  
 Pag. 104.

## SERRANVS.

Hic omnino ipse, qui sitibi absurdus videtur,  
 absurdè quoque dixerit *Christus*, EGO SVM  
 VIA, VERITAS & VITA: falsum fuerit quod  
 Prophetæ prædixerant, *Christum* Ecclesiæ suæ  
 annuntiatum pacem: vani fuerint Euangelistæ  
 qui memorât *Christum* Pastoris munere fungen-  
 tem, Euangelium suum Ecclesiæ suæ annuntiasse:  
 inane denique fuerit Apostolorum commentum,  
*Christum* summū esse Ecclesiæ pastore & prophē-  
 tam. At ut hæc sunt, importune arguator, verissi-  
 ma, sic absurda, vana, procax temeritas tua est,  
 quæ veritatem reprobo sensu metiens, absurdam  
 ducit. Est enim verissimum quod tu absurdè ab-  
 surdum vocas, *Christum* ædificare Ecclesiam suam super  
 se: licet enim seruorum suorum ministerio ad Ec-  
 clesiæ suæ ædificationem vtatur ipse tamen pro-  
 priè ædificat Ecclesiam, & quidem super se, sicuti  
 ait

ait Apostolus, sunt enim diferta illius verba, Christum dare Apostolos, Prophetas, pastores, doctores, ad ædificationem corporis sui, id est Ecclesiæ, Eph. 4. 12. Ut enim ipse est Ecclesiæ suæ Rex & sacerdos, vltima, altare, ita etiam Doctor. Doctrinæ salutaris subiectū est ipse eiusdemque summus & verè efficax interpret: seruatorum suorum ministerio sic vtens vt ipse illorum laboribus det incrementum, & reuera agat quod illi agunt precariò vt instrumenta.

## H A Y V S.

*At certum est super Christum iam fuisse ædificatam Ecclesiam, cum Agnus ab origine mundi occisus est. Quòd si ad Euāgelicæ Ecclesiæ statum hæc verba referri putas, falleris, quòd iam essent eius iacta fundamenta, cum Christus Apostolos antea delegisset. Pag. 104.*

## S E R R A N V S.

Præuaricaris: dum verborum aleam veterator queritas. Non enim ait Christus, Nonum fundamentum ponam: sed Ædificabo Ecclesiam meam super illud ipsum fundamentum à Prophetis substratum. Hoc igitur è præscriptis verbis aduersus te facit, vt forex tuo iudicio prodaris. idem enim FUNDAMENTVM perspicuè significatur, cui Ecclesia solenni Euangelij prædicatione ædificetur ÆDIFICABO Ecclesiam meam, veteri nimirum fundamento, per Prophetas sub Lege iactò.

At quid tibi vis, mî disputator? Pueriliter balbutis, vt in mendacio deprehensi solent. Vide enim quàm sit inuoluta hæc tua argutatio: *Christus non loquitur (ais) de Priscâ Patrum Ecclesia, quum certum sit & ante Legem & sub Lege super ipsam fuisse ædificatam: neque agis de Euangelica. De qua igitur alia Ecclesia, magne Theologe? An super Petrum Christus etiam quampiam Ecclesiam ædificauit? Hoc enim ipis verbis si non audes dicere saltem nihil aliud potest è tuis verbis elici. Est igitur crassa Ignoratio Eléchi, falsæ hypotheseòs idolo cumulata: quasi tres essent Ecclesiæ, Patrum vna, quæ antè primum Christi aduentum ædificata esset ab ipsa mundi origine: Euangelica altera, cuius iam iacta essent fundamenta, Apostolorum quos Christus iam elegerat, opera & ministerio. Tertia denique quædam de qua Christus apud Petrum agat, & quam super Petrum sit edificaturus, cui nimiram Catholicus ille principatus debeat, merum imperium, plenitudo potestatis.*

Ad hoc commentum accedit nouus fallaciarum manipulus, *Petitio principij, & Homonymia*, id enim ipsum ponis, vt ratum, quod est in controuersia, Christum videlicet super Petrum Ecclesiam ædificaturum. Denique, ludis in homonymia vocis *Petræ*, quasi per illam Petrus significetur: quum in eo situs sit disputationis cardo.

---

 H A Y V S.

*Et quoniã in disputatione de imaginibus, Grammaticis mirificè delectaris, Responde, an Christus his verbis, Super hanc petram, non petram aliquam*

quam antea à se ostensam designarit? Certè se hoc loco petram esse non dixit, sed D. Petrum, Tu es Petrus, quare super Petrum, quem nominavit hanc petram, adificaturū se Ecclesiam promisit. Petrus enim & Petra in lingua Syriaca Christo vernacula eodem nomine Cephas appellantur. Syriacæ lingua responderet Gallica, quæ Petrum & Petram Pierre nominet. Pag. 104.

## SERRANVS.

Agam è præscriptis verbis. Iubes me respondere, petramne aliquam antea à se ostensam designarit Christus. Respondeo, Christum designasse petram à se ostensam, id est suo beneficio per Simonem indicatam, qui Petri nomen idcirco est consequutus. Illam autem petram, esse ingenuam Petri confessionem, suo suorumque collegarum nomine editam de Christo Filio Dei viventis: idque non carnis sanguinisque vi sed gratia Dei. Eam autem esse veram germanamque Christi sententiam & verba ipsa & vniuersæ orationis series testantur: nam in verbis Christi manifestum est discrimen inter Petrum & Petram. ait enim, Tu es Petrus, & super hanc Petram. Quòd si duabus distinctisque vocibus idem significaret, quorsum hæc repetitio & inutilis & obscura? Docet autem Christus se non frustra Petri appellationem Simoni tribuisse, quippe qui tam augusto fidei suæ monumento edito, firmissimum verè fœlicitatis statū sit consequutus, vt cum Ecclesia hoc ipso fidei fundamento innixa, ipsius fides aduersus inferi portas sit inualitura. Hanc autem Confessionem *denuciat* notat, Et super hanc petram,

Germana  
huius loci  
expositio:



Obferua  
Lector, il  
lustræ Ie  
fuitarum  
argumen-  
tum.

vt ostendat subiectum & animam salutaris do-  
ctrinæ, seipsum videlicet cum omnibus suis do-  
nis. Hæc Christus & verissimè & simplicissimè.  
Quid iam Hayus, bonus scilicet Christi inter-  
pres? Certè (inquit) *Christus se hoc loco petram esse nos  
dixit, sed D. Petrum. Petrus enim & Petra in lingua Sy-  
riaca Christo vernacula, eodem nomine Cephas appellan-  
tur.* Voces deinde Syriacas Hebraicis chara-cteribus  
conscribellat, & latinis Hebraicas iterum  
repræsentat, nequid desit ad Iesuitici fastus osten-  
tationem eruditis summa cum admiratione ex-  
cipiendam.

Respondeo, Hay, licet de petra siue lapide lo-  
quaris, argumentum tamen tuum esse planè vi-  
treum. Vox *Cepha* qua Christus est vsus, ais, & *Pe-  
trum* & *Petram* significat. Ergo Christus de *Pe-  
tro* vtrobique loquitur. Et quia inter Gallos vis  
etiam Gallicæ linguæ cognitionem ostentare, vt  
vbique sis tuus, id est ostentator: quum dixeris  
Syriacam vocem Gallicæ respondere, *PIERRE*,  
de Gallica sine nos primùm agere obtusos Gal-  
los tecum subtili Scoto. sic enim à voce *PIERRE*  
à te citata nos Galli agemus.

*Pierre est assis sur vne Pierre.*

*Pierre donques est vne pierre.*

Hocce acumen subtili Doctore dignum vide-  
tis, Galli? De Syriaca modò videamus.

*Tvne* verò, eruditissime Hay, linguarum co-  
gnitionem tantam tibi vendicas, vt de sancto E-  
uangelista tam reuerenter non sentias vt existi-  
mes illum huius oraculi à præceptore suo edicti  
testem auritum, & illius mentem rectè percepisse,  
& eam fideliter expressisse? Mathæumne dixe-  
ris Syriacæ, id est vernaculæ, & Græcæ linguæ  
imperitum fuisse hactenus, vt huius veritatis, cuius  
notarius erat constitutus à Christo, dignitatem

tem obscure & ambiguè representarit? At vt nulla est in Gallico sermone ambiguitas, ita neque in Syriaco, vt norunt vel mediocriter in illis linguis versati, propter articulorum disjunctiones quibus Petrus à Petra vtrinq; distinguitur. Matthæus autem Græcæ linguæ felicitate feliciter est vsus, exquisitis distinctisque vocibus quibus res distinctas significaret. *Tu es πῆτρῶς*, masculino genere, quia de homine: & *Super hanc πῆτρῶν*, foeminino, quia de re, id est professione fidei à Petro edita, Alioqui alterutrum vocabulùm adhibuisset, quum πῆτρῶς & πῆτρῶς Græcis sint planè synonyma.

*πῆτρῶς & πῆτρῶν voces variè vsurpatæ.*

Verùm omnino ita est. Voluit Matthæus hoc terminationis discrimine, Petrum (qui pars est ædificij) ab ipsa Petra, cui innititur ædificium (id est à Christo ipso) distinguere: ipsùmque adeò Petrum à fidei professione quæ toti Ecclesiæ est communis. Vitrei argumenti tui sic à veritate effracti tessellas, magne diiudicator, nunc collige, dū ego ad cætera tua mysteria exploranda pergo.

---

#### H A Y V S.

*Ac ne tuo more sine testibus asserere videar, sententias veterum adscribam, qui super Petrum fundatam esse Ecclesiam, dilucidis & perspicuis verbis testantur, &c. à pag. 104. ad 106. finem.*

---

#### S E R R A N V S.

Meo quidem, Hay, more testium à te laudatorum fidem momentùmque ponderabo, quia mos

est tuus adhibere testes neque necessarios neque commodos: at præter morem meum cogit me à Iesuiticis exclamationibus abhorrentem exclamare,

*Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?*  
 Sempërne insonabit, *Tues Petrus: & Pasce oves meas?* Hæc exempli tantum causa à me afferri, vides ipse, quum suo loco satis fuerint tractata. Cur igitur re primaria prætermisssa, in patulo orbe impudenter immoraris? Quorsum enim hæc Petri encomia tam altè repetita? Esto. Vniuersæ Antiquitatis testimonio Petrus maximis laudibus cumuletur. Quid tum? Nam Pontifex Romanus idcirco erit caput & princeps Ecclesiæ Catholice, Episcopus vniuersalis, vt Ecclesiam summo iure moderetur ac regat, sine vlla prouocatione leges dictet conscientiiis? Vides hæc *ὅτι τὸ ἐκτελέσειν* planè dici. Sed vt more meo agam candidè & bona fide, ad tuas exceptiones vniuersè primum, singulatim deinde ad singula testimonia respondebo.

PRIMUM ostendo hos titulos neque vni Petro à Christo tribui, neque hæc *ἐξουσία* siue priuilegia, ad vnum Petrum posse pertinere. Sic enim argumentor.

*Quod pluribus à Scriptura tribuitur, vni proprio Petro conuenire non potest.*

*Hæc omnia priuilegia à Christo enuntiata, non tantum Petro, sed omnibus Apostolis, omnibusque etiam fidei Dei seruis, omnibus denique Ecclesiæ filiis tribuuntur.*

*Non vni igitur Petro conueniunt.*

Maior sua luce perspicua est. Minor è Christi verbis elucet, quorum vera & germana interpretatio à Iesuitarum adulteriis sic vindicanda est, vt ostendamus inutilem operam eos nauare Babylonice

Ruinosa  
 hypothecis  
 cui in-  
 nititur  
 principatus  
 quem  
 Ecclesia  
 Romana  
 imaginatur.

bylonicæ meretrici, ex huius loci præpostera expositione. At quum iam illum (vt dixi) copiosè locum doctissimi viri pertractarint, mihi nunc fuerit satis eas tantùm notare circumstantias, quæ ad sermonem institutum mihi videntur propriè pertinere.

Τὸ πρῶτον, id est diserta Christi verba, de quorum sententia controuertitur, ponamus primùm deinde, Iesuitarum interpretationem expendamus: denique nostram ei opponamus, vt veram & germanam.

Christus ait Petro, *TV ES PETRVS*. addit, & *super hanc PETRAM ædificabo Ecclesiam meam*. Duas hic esse enuntiationes perspicuum est. nam Christus Simonem compellans ait, ipsum esse Petrum. Adiungit autem *super HANC PETRAM se ædificaturum Ecclesiam suam*: quæ verba affirmant Iesuitæ de Petro quoque intelligi, eumque Petræ nomine significari: vt sit Christi sententia, *Ædificabo Ecclesiam meam super te Petrum, quem ego Apostolorum meorum principem sic constitui, vt velim te esse caput visibile Ecclesiæ meæ, & vicarius meus: hac quoque lege, vt quoniam eris Episcopus Romanus, eo nomine ius illud hereditarium ad successores tuos Ecclesiæ Romanæ Episcopos transmittas. nam SUPER TE ædificabo Ecclesiam meam, te volo agnosci Ecclesiæ meæ per vniuersum terrarum orbem ædificandæ fundamentum. Hoc autem in eum ego finem edico, vt postquam Romæ fueris Episcopus, omnes quoque Romanæ Ecclesiæ Episcopi illo ipso iure potiantur, vt super illos posteris sæculis Ecclesiam meam ædificem: ac proinde solenni hoc edicto meo Catholicum principatum Romanæ Ecclesiæ assero atque vendico, vt ipsa omnium per vniuersum terrarum orbem Eccle-*

Vera & germana explicatio celeberrimi huius loci, *Tu es Petrus: & super hanc petram* &c.

fiarum princeps summo iure dominetur. Hæc Iesuitæ : at hæc illorum interpretatio multis de causis stare non potest.

Primò, repugnat manifestè τὸ ἴδιον, id est differtis illis Christi verbis, quæ tamen vrgent Pontificij, est enim luculenta distinctio, *Thes Petrus & Super hanc petram*. Certè Petrus & Petra non sunt idem in duabus his exuntiationibus, quemadmodum infra suo loco ostendemus vberius, & ex nuda etiam verborum indicatione satis apparet.

Secundò, aduersatur fidei analogiæ, & principiis religionis Christianæ, absolutè dicere, Ecclesiam Christi ædificari super Petrum : quum sit planè ἀθεολογία & blasphemum, fidem in homine collocare.

Tertiò, etiamsi demus hoc dicendi genus in Scriptura aliquando reperiri, vt homines dicantur fundamenta siue columnæ Ecclesiæ, quasi super illos Ecclesia fundetur & stabiliatur : non tamen vlllo modo ferendum est, vt mortaliū quisquam sit Ecclesiæ caput, vnusque summum in vniuersam Ecclesiam principatum obtineat : vt necesse sit hæc dicendi genera ex fidei analogia intelligi, sicuti suo loco ostendi.

Quartò, hæc verba Petro quadrare propriè & singulatim non possunt. licet enim Petrum ipsum propriè compellet Christus, non hæc tamen elogia & beneficia vni Petro largitur. Nam vel fides Petri notatur, vel ministerium. Si fides, non potest vni Petro hoc priuilegium personaliter conuenire. non enim solus Petrus credidit Christum esse filium Dei: ac proinde Petri cognomen soli Simoni non quadrat, neque solus Simon est lapis viuus in domo Dei. quum enim Simon cognominatus sit Petrus, id est lapis, propter fidei firmitatem.

mitatem atque constantiam, omnes quoque fideles extructi in sacro Ecclesiæ ædificio quæ est domus Dei viventis, lapides viui appellantur eadem ratione: ac proinde hætenus sunt & cognominantur Petri. & ne de Scripturæ testimonio controuerteretur, id disertè testatur Petrus, non sibi vni hoc Petri nomen vendicans, sed omnibus fidelibus commune prædicans, quos lapides viuos appellat. Quod si ministerium spectetur, neque hoc quidem modo hoc elogium vni Petro propriè & personaliter quadrare potest. Ministeriõ enim Ecclesiastico solus Petrus fuit ornatus? Certè Petrus collegas suos agnoscit & Apostolos à Christo immediatè vocatos ad sacrum Ecclesiæ fundamentum in illis primordiis iaciendum: & eos qui voce ordinaria Ecclesiæ vocati ad ministerium, huic fundamento superstruunt doctrinam salutarem. Fidis igitur Ecclesiæ Pastoribus hoc quoque elogium Petro tributum præclarè quadrat, quum in eodem Ecclesiæ ædificio extruendo, eiusdem Domini mandato, eadem maceria iisdemque lapidibus aptandis, operas suas conferant ad eundem finem, Dei nimirum gloriam & animarum salutem.

OMNINÒ, propria loci illius sententia minime patitur vt quod Christus Petro dixit, vni Petro conueniat. refert enim sacra historia Petrum collegarum suorum nomine, vnanimem consensum opposuisse variis hominum de Christi sententiis, *Tu es filius Dei viventis*. Non omnes poterant loqui tumultuariè: pertinebat ad ordinis decorum & ad fidei vnitatem testandam, vt vnus omnium nomine loqueretur, sicuti rectè annotat Nazianzenus: & Ioannes eandem historiam commemorans Petrum inducit communi nomine Christum alloquentem, Et nos credimus &

cognouimuste Filium Dei uiuentis. Quid ergo Christus? Certè Petrum communi nomine discipulorum suorum se alloquutum ita propriè affatur, vt quod vni dicit, cæteris dicat omnibus: & illius confessioni quam omnium collegarum nomine Petrus ediderat, respondens, peropportune notat fidem, vnde confessio illa manarat. & ne vel Petrus vel cæteri existimarent se cognitionem Christi ingenio suo industriæque viribus fuisse consequutos, disertè negat Christus, carnem & sanguinem id eis reuelasse: & disertè affirmat, Patrem suum cœlestem hoc tantum munus eis fuisse largitum vt felicitatis suæ viam intelligerent. vnde beatum vocat Petrum tam illustre beneficium consequutum. Atque hætenus quidem notauit quod ad omnes fideles communi iure pertinet, illudque à Petri persona remouit, ne personalem Petri dignitatem imaginaremur, & Deum disertè notauit tanti beneficii autorem vt ad eum animos nostros reuocaremus. Ecqua igitur vel tantilla in his verbis species est vt hoc elogium Petro personale fuisse arbitremur?

Iam verò verba quæ sequuntur (vnde tamen aduersarij arripiunt occasionem commenti sui.) id luculenter demonstrant. Duplex est controversia, *ἐπιταύ τῆς Δαυιδας*, dicti & sententiæ. Quid dixit Christus? Super hanc petram: non dixit, Super te Petrum. quod certè debuit, si id voluit. Quid voluit? Vim efficacitatẽque fidei sic demonstrare vt illius autorem ostenderet, id humanæ facultati remouendo quod vni Deo tribueret. Ecqua igitur rationis vel speciei, hæc verba, Super hanc Petram, de Petro interpretemur? Est mirifica verborum enallage, è Petro petram facere: & personæ manifesta mutatio, à secunda ad tertiam;

ad tertiam, Tu es Petrus, Super hanc petram. Quid igitur quasi digito commonstrat Christus? Hanc confessionem nimirum propter quam Simon appellatur Petrus, & cuius vim ad omnem Ecclesiam suam prænuntiat redūdaturam. Hanc ergo *ἑξήκοντος* indicat. proximè enim dixerat Petrus, Tu es Christus, filius Dei viuentis. Hac luce quid potest dici illustrius?

Verùm denuntiationis illius à Christo factæ sententiam ab ipso euentu ponderemus. Ædificauit Christus Ecclesiam suam quam se ædificaturum prænuntiauerat. Quomodo ædificauit? Consideremus Scripturam Prophetarum & Apostolorum super quam ædificatam fuisse Ecclesiam testatur Paulus: an iubent Prophetæ & Apostoli vt in Petrum credamus? Expendamus deinde Ecclesiæ symbola è Scripturis conformata. Nullum ne extat symbolum, in quo sit scriptum, Credo in Petrum super quem ædificatur Ecclesia? Hoc absurdo quid potest dici absurdius?

At insequentium verborum *ουάρετα* & series luculenter docet, hæc de solo Petro intelligi nullo modo posse, TIBI DABO CLAVES REGNI COELORVM: quæ verba de ministerij Ecclesiastici autoritate intelligenda esse nemo dubitat. Significat Christus Petrum non modò esse ouem, sed ouium quoque Pastorem fore. dixerat enim TV ES PETRVS in præsentì, vt ostenderet hoc fidei ius omni Ecclesiæ commune iam Petro fuisse datum: at de ministerij dignitate loquens, dixit, DABO, in futuro. Quando dedit? Tunc nimirum quum impleto redemptionis nostræ mysterio, cælum iam iam conscensurus, Apostolos diuino ministerio consecrauit. Hocine fuit soli Petro proprium & peculiare? Omnibus certè dixit Christus, Accipite Spiritum sanctum: si quo-



rum remiseritis peccata, remittentur eis: si quorum retinueritis, retenta erunt. Extat autem iurisdictionis, Ecclesiæ tributæ solenne monumentum, Quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in coelo. Has igitur clauces non magis solus Petrus accepit, quàm non prædicauit solus Verbum Dei.

Hac verborum Christi explicatione quid potest dici explicatius?

Ex his ergo efficitur, hæc Christi verba soli Petro non conuenire, sed partim ad omnem Ecclesiã, partim ad omnes Ecclesiæ ministros pertinere: ac proinde præpostero glossemate exponi à Iesuitis cæterisque Romani Põrificis mæcipiis de Petro, & in eum quidem finem vt Vniuersalis cuiusdã Episcopi in omnem Ecclesiã principatus stabilietur.

At excipiunt Iesuite, Cur ergo Petrum nominatim compellat Christus? Duabus maximè de causis.

Prima, vt in peculiari illa Petri appellatione & fideles omnes & Pastores ipsi Ecclesiarum, caperent exemplum ad fidem suam confirmandam. Illi quidem vt statuerent generalis Dei promissiones ad se propriè pertinere: hi verò, vt persuasum haberent sibi de officio suo rectè obeundo & laboribus suis benedicturam.

Secunda, voluit insignire Petrum singularibus donis quem ad maximum præstantissimùmque opus destinaret, vt euentus prædictioni responderet. Primus enim architectorum prodijt Petrus, & illius ministerio tam copiosè vsus est Filius Dei vt super petram, id est se, Ecclesiam ædificaret. Primus Hierosolymis recenti adhuc Christi crucifixi memoria, in ipsis furiosorum hostium oculis, in medium templum victoris Christi signa importauit, doctrinam salutis prædicauit,

uit, magnos fidelium greges Christo lucrificavit: primus denique (vt ait Athanasius, quem aliud agens profert Hayus) in nationibus fidei fundamenta posuit, Euangelij doctrina longè latè que propagata.

Certè, & quos vult Dominus operis vocat, & iis donis instruit quæ ad operis sui molitionem necessaria esse. At sicuti præstantissimorum membrorum dignitas non impedit quominus singulis membris constet suus locus, sua functio, sua facultas, sua efficacia: sic in Ecclesiæ *ἁγία*, præstantissima dona Petro tributa non impediunt cæterorum operas, neque efficiunt vt Petrus sit caput & dominus Ecclesiæ: aut vt Episcopus Romanus, Petri iure, principatum in Ecclesiam vsurpet. Sublato enim fundamento, cui innititur Catholicus ille Romanæ Ecclesiæ principatus, tota illa moles corruit.

ITA QVÆB relinquitur, & falsam esse illam hypothesein argumentationis Pontificiæ, ac proinde falsam esse illam quæ inde nascitur, conclusionem: & argumentum meum aduersus commentitium illum Pontificis Romani principatum sic rectè probatum fuisse, è vera germanaque verborum Christi interpretatione.

TE RIGITVR, Hay, importunè & præposterè hanc testium nubem partim ex orthodoxa Antiquitate falso, partim ex eumentorum testium vana colluue aduersus veritatem exitisse: imo hæc omnia Patrum testimonia in caput tuum retorqueri, nunc singularim demonstrō.

Clemens ille *ἁγίου* neque debet neque potest inter authenticos testes recenseri, etiamsi quod dicit non abhorreat à veritate: quia laudari debet veritas à laudatis testibus. Origenem autem nefas est inter Catholicos annumerare: de

quo nihil amplius dico quàm quod supra dixi-  
de orthodoxa suos autem mysticos sensus vel in  
pistrinam vestrum quo vos Iesuitę vernaculas al-  
legorias magna vi permolitis, vel ad autam il-  
lam vestram abyssum ex qua non ita pridem e-  
gressi estis, amando. De Hyppolyto illo Mar-  
tyre, mihi quidem (vt ingenuè loquar) ad hunc  
vsque diem incognito, nihil aliud dico quàm  
quod de incognitis testibus dici à bonis viris so-  
let, illum non noui. Vides quàm candidè tecum  
agam, Hay. Princeps Apostolorum quomodo  
Petrus appellatur dicam postea: sed de testium  
aduersus me citatorum personis erat à me dicen-  
dum aliquid. De veris Ecclesię Doctoribus, mi-  
hi notis Patribus & testibus, agam liberrimè.

Afirmo, Hay, te sacrosancto Antiquitatis no-  
mine & testimonio impudenter abuti ad nouam  
Antichristi tyrannidem, Petri nomine ementito,  
stabilendam de qua neque Petrus neque Petro  
inferior Antiquitas cogitarunt vnquam, nisi vt  
eam detestarentur. At singulorum Patrum testi-  
monia à te citata nunc singularim expendo.

De præ-  
script. ad-  
uersus ha-  
ret.  
Testimo-  
nij Tertul-  
lianei ger-  
mana ex-  
plicatio.

TERTULLIANVS in eo libro diligenter disse-  
rit aduersus eos qui Scripturarum autoritatem  
infirmabant, vt noua quædam commenta pro ar-  
bitratu suo inducerent, quemadmodum à me  
alibi demonstratum est. Inde verò suum illud  
commentum probare instituebat quasi Apostoli  
vel non omnia sciuisent, vel nò omnia omnibus  
tradidissent, quales vos furores, Iesuitę, in hoc  
deliro mundi senio ausi estis renouare: ac proin-  
de æquum fuit vt Tertullianeæ arma eòdem men-  
dacio vestro opponeremus. Verùm vt hac de re  
aliàs copiose, (Hayo etiam causę vestrę calamita-  
tatem silentio suo satis confitente) sic nouam de-  
cipulam in illis verbis ab illo structam animad-  
uertat

uerrat Lector. Quid igitur Tertullianus? *Quis integre (inquit) mentis credere potest aliquid eos ignorasse, quos magistros Dominus dedit, indiuiduos habitos in comitatu, in disciplinatu, in conuictu: quibus obscura quæque seorsim differebat, illis dicens datum esse cognoscere arcana quæ populo intelligere non liceret? Si verò de omnibus Apostolis in genere loquutus, Petrù & Ioannem seorsim nominat vt singulis donis à Deo ornatos. & Latuit aliquid, inquit, Petrum, ædificandæ Ecclesiæ petram dictum, clauēs regni cælorum, consequutum, & soluendi & ligandi in cælis & in terris potestatem? Vide Hay, quàm agam tecum liberaliter. Tu sententiæ particulam tantùm decidens, Petræ encomium commemorans solum: ego & clauēs & omnimodam potestatem adiungo. At pergamus. Latuit & Ioannem, inquit Tertullianus, aliquid dilectissimum Domino, pectori eius incubentem, cui soli Dominus Iudam traditorem præmonstrauit, quem loco suo filium Mariæ demonstrauit? Continuo autem de Mose & Helia agit eadē honoris dignitate illis tributa, quod eiusdem veritatis cognitionem à Deo essent consecuti.*

Neque vides, mi arguator, infantiam tuam? Quid enim inde colligis? Petrum fuisse principem Apostolorum, quod ædificandæ Ecclesiæ Petra fuerit appellatus. Si testis audiendus est Tertullianus, audi Tertullianum nominis tam honorifici Petro tributi rationem his verbis reddentem, *Quòd eum nihil latuerit eorum quæ ad Ecclesiæ ædificationem pertinerent, eumque in eadem veritate Ecclesiæ annuntianda fidelem vtilēmq; operam nauasse. Hactenus nimirum ædificandæ Ecclesiæ petram Petrum fuisse dictum, hæc illius verba testantur: Ostendit [Christus] illos nihil ignorasse, quos omnem veritatem consequuturos per spiritum veritatis repromiserat, & utique impleuit repromissum.*

Num soli Petro facta & impleta illa promissio est, num solus Petrus tradidit verâ & firmam doctrinam de Filio Dei, super quem Ecclesia ædificetur? Omnino teneris, Hay. Si enim è Tertullianéo hoc testimonio Petrus statuitur Ecclesiæ princeps, certè ex eodem Ioannes, Moses, Helias principes Ecclesiæ constituentur, quum idem planè quod Petro tribuatur illis, eiusdem videlicet veritatis cognitio & prædicatio, per quem & Ecclesia ædificatur & propter quam Simon Petri nomen est consequutus. Quòd si Hay excipias, Petrum singulatim ædificandæ Ecclesiæ petram fuisse appellatum, non audis in Scriptura idem planè omnibus Prophetis & Apostolis tribui? sunt enim hæc diserta Scripturæ verba, *Ecclesiam superstructam esse super fundamentum Prophetarum & Apostolorum.* Si Petrus igitur est Ecclesiæ princeps, quòd Ecclesiæ petra nuncupatus fuit, quidni eodem nomine omnes Prophetæ & Apostoli fuerint principes Ecclesiæ, quum appellentur fundamenta Ecclesiæ?

Testimonium illud Tertulliani in Hayu obuertitur.

Imo Tertulliani testimonium in te obuertitur. Respondet ibi Tertullianus illis qui Petrum ignorantia accusabant, quòd à Paulo fuerit reprehensus: & ait nõ fuisse vitium prædicationis, quum non alium Deum aut alium Christum prædicauerint: sed in maxima doctrinæ consensione, rerum causarumque circumstantias esse expendendas. In summa, Petri & Pauli æquabilem concordiam, & vt loquitur, convenientiam tuetur. Quid si vestrum, Hay, axioma de Petri principatu Tertulliano innotuisset, quàm validum fuisset argumentum: Petro nihilominus constituisse autoritatem suam, quum sit princeps Ecclesiæ? At Tertullianus sic Petrum defendit quod æqualis fuerit Paulo, totamque illius dignitatem doctrina terminat.

terminat, cuius causa Petrus fuerit nuncupatus.  
Atque hæc quidem de Tertulliani testimonio.

Venio ad **BASILIVM** : in cuius testimonio commemorando Iesuita, quanta impudentia & perfidia aduersus veritatem debacchetis, ex ipso loco perspicuum erit: dum illustrissimum locum in frustra decidis & truncas, vt fugiens Medæa. Ad ipsum ergo Basilium te reuocabo.

Loquitur in ea concione vir sanctus de singulari Dei misericordia in suis ad salutem adducendis, vt in quibus peccatum exuberauerit, in iis quoque eius gratia exuberet. illustrissima autem affert exempla Petri & Pauli ad illam gratiam Dei illustrandam, his verbis: *πέτρος* & *τρεις* ἀπαρνεί-  
ται, ἢ κείτῳ ἐν θουελίῳ· παῦλ· ἀπὸ διακτον, κήρυξ.  
Αλλ' ἐν ταύτῃ ἐστὶ ζήτημα, ἀλλὰ τί λέγει αὐτὸς; Ἰησοῦς  
χεῖρος ἦλθεν εἰς τὸ κόσμον, ἀμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶ-  
τος εἶμι ἐγὼ, τὸ ἴδιον ἐλάττωμα φανεροῦν, ἵνα δείξῃ, τὸ μέγε-  
θος τῆς χάριτος. Ἀλλὰ *πέτρος* & ἀλογήσας ὅτι εἶπε,  
Ὅτι εἶ ἐγὼ τὸ θεῶν ὑψίστου, & ἀκούσας ὅτι *πέτρος* εἶ, ἐνεγκω-  
μίᾳ ἀθῆναι ὅτι *πέτρος* αὐχὼς *χεῖρος πέτρας*, ὡς *πετρός*, *πέ-  
τρα*. *Χεῖρος* γὰρ οὕτως *πέτρα* ἀσφαλτοῦ. *Πέτρος* δὲ διὰ τὸ  
*πέτρα* ἀν' *χαρίζεται* γὰρ Ἰησοῦς τὰ ἑαυτοῦ ἀξιώματα, ὡς ἀπο-  
κένε κήρυξ, ἀλλ' ἔχον διδῶσι. Φῶς ὄσιν, υμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τῷ  
κόσμῳ ἵερῶς ὄσιν, ποιεῖ ἱερέας πρῶτον ὄσιν ἰδοῦ ὄσιν ἐλθεῖ  
υμῶν ὡς πρῶτον ἐν μέσῳ λύκων. Πίστα ὄσιν, *πέτρα* τοιεῖ.  
Τὰ ἴδια *χαρίζεται* τοῖς δούλοις. &c. Id est, Petrus ter

Christum abnegat, & tamen permanet in funda-  
mento. Paulus ē persecutore fit Euangelij præco.  
Verūm hīc quæstio oboritur: at quidnam ipse ait?  
Iesus Christus venit in mundum vt peccatores  
seruaret, quorum ego sum primus. Suam parui-  
tatem palām edit, vt gratiæ Christi magnitudi-  
nem demonstrēt. Iam & Petrus quod rectè lo-  
quutus esset, Christum excelsi Dei filium confes-  
sus, hoc quoque fidei suæ elogium à Christo au-

« dinit, se esse petram. Certè & erat quidem petra  
 « non eo modo quo Christus petra est, sed erat pe-  
 « tra vt Petrus. Christus enim reuera est immobilis  
 « petra: Petrus verò propter illam petram, nam Ie-  
 « sus quod suæ dignitatis est sibi que propriè debe-  
 « tur, suis largitur: non tamen hætenus vt ipse ho-  
 « nore suo euacuetur, sed dat quia habet. Est lux  
 « Et tamen suis ait, Vos estis lux mundi. Est facer-  
 « dos, sacerdotes facit. Est ouis, at suis denunciato,  
 « Ecce mitto vos vt oues in medio luporum. Petra  
 « est, & petram facit, eaque quæ sunt propria, ser-  
 « uis largitur. Hæc sunt Basilij verba, quum Iesuita  
 luxatas Basilianæ orationis sententias è Budzi  
 sui indicibus extricarit. Verba autem singulatim  
 expendat eruditus Lector, tenebrionis impuden-  
 tiam animaduersurus. Certè quatenus vocetur  
 Petra Petrus à Basilio, elucet. Agnoscit ille Pe-  
 trum non esse fundamentum, sed in fundamen-  
 to permanere: non esse propriè Petram, quum  
 Christus sit verè petra, sed precariò hoc confe-  
 sequi à Christo, qui ea quæ sunt sibi propria suis  
 seruis hætenus largitur, ne suo honore spolie-  
 tur. Hoccine est probare Basilij testimonio, Pe-  
 trum esse principem Ecclesiæ summum pastorem,  
 Christi vicarium? Qui alium principem Ecclesiæ  
 dicit præter Christum, alium summum-pastorem,  
 Christi ἀρχιερα (vt Basilij verbis vtat) ἄρχιερα. est  
 enim Christo proprium vt sit ἀρχιερα ἡμετέρας, prin-  
 ceps salutis nostræ, & ἀρχιερα ἡμῶν, id est, summus  
 pastor. Qui Petrum vocat seruum, non vocat  
 principem.

Quod ex eòdem Basilio affert Hayus, perinde  
 est. Si enim Ecclesiæ fundamenta sunt in sanctis  
 Apostolis & Prophetis, quorum vnus est Petrus,  
 quomodo ipse erit solus Ecclesiæ princeps?

Si quoque animam Petri vocata fuit Petra, quòd  
 in fide

in fide radices solidè defixerit, cur non eodem modo fidelium animæ appellabuntur Petræ, quas ait Apostolus fundatas esse & radicatas esse in fide?

GREGORIUS NAZIANZENSIS studiorum (vt Hay verbis vtar) societate cum Basilio coniunctissimus, Hayum quoque cum Basilio summe vercordiæ accusat. Loquitur vir doctissimus *περὶ τῆς ἀτάξιας τῆς ἐν διαλέξει*, id est, *De ordine in disputationibus seruando*, quum etiam sermo est de Deo institutus. Moderatæ autem illius inter Christianos consuetudinis varias rationes specièsque enumerans, hanc disertè notat, Eam in communi societate adhibendam esse moderatione vt signi singularibus donis à Deo ornati cæteris antecellant, non id esse ægrè ferendum. Illis autem illustribus in Ecclesia viris & propter singulares Dei doctes inter collegas suos eximijs prouidendum esse, ne merum imperium in fratres suos ambitiosè usurpent: sed cordis lenitatem & modestiã ita demonstrent, vt communes Christi discipuli & ferui: non quidem simulato vultu animi demissionem præ se ferentes, sed sincero corde in rebus Dei erga fratres moderati. Hic verò Petrum & Ioannem Apostolorum nominatissimos, adducit in exemplum. De Petro quidem: *Ὁ μὲν πέτρα καλεῖται, καὶ τοῖς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας πηθεύεται*, id est, Vocatur petra, illiusque fidei commissa sunt fundamenta Ecclesiæ. Quomodo autem appellatur Ecclesiæ petra, iam ex ipso notum est: quomodo autem super illam petram ædificanda sit Ecclesia, hic disertè explicat: *ποῦ τὸ ἀνεστῆν ἐν ταύτῃ, ποῦ τὸ φίλαρχον, πῶς αὖ μᾶλλον ἔδειξαν ὄντες μαθηταὶ χριστοῦ, τὸ τῆς καρδίας πρῶτον καὶ ταπεινόν, καὶ δούλου δι' ἡμᾶς ἡμιθέτου τοῖς ἁπλοῦσι, καὶ πᾶσαν τὴν δόξαν ἐν πάντι ἀγαπήσαντος, ἐν ἡμῖν δὲ τύπον ἀτάξιας καὶ*



« μετρίότητος. Id est, Vbīnam verò hīc est seueritas  
 « vbi acerbitas. vbi ambitio? Quin potius ἐcquar-  
 « tione ostenderunt illi, quum omnes essent Chri-  
 « sti discipuli, cordis lenitatem & demissionem  
 « seque eius esse seruos qui pro nobis factus est ser-  
 « uus, omnēmque adeò gloriam in omnibus ad Pa-  
 « trem suum retulit, vt ordinis modestiæ que exem-  
 « plar in seipso nobis daret. Et tādē in sermōnis  
 « illius clausula, αυτοκράτορες δ' εἶμι καὶ τύραννοι ἐν τοῖς  
 « αἰετῶ τοῦ θεοῦ λόγοις καὶ μηδενὶ τὸ ἀδύνατον ὑφείσασθε, καὶ τὴν  
 « ὄφρυν αἰρεῖν ἐσθ' ἅπαντας νομοθεσίας καλον' ἐν δευτ. τὸ πᾶσι  
 « νὸν μὴ τῆς θεοῦ δόξης ἔχει καὶ τὴν ἀσφάλειαν. Id est, Ne-  
 « mini vllō modo licere, vt summum imperium  
 « tyrannidēque vsurpet in rebus Dei, & quasi le-  
 « gislator in omnes supersilium attollat. Hīc nimi-  
 « rum animi summissio securitatem habet cum lau-  
 « de coniunctam.

Vides, mī Antiquator, quām hęc bellē con-  
 gruunt cum Romanæ tuæ Ecclesiæ Catholico-  
 principatu: qui leges sic dictet conscientis vt  
 quamuis eæ ad inferos detrudantur, nefas tamen  
 sit quicquam excipere aduersus eum qui à nemi-  
 ne iudicandus, plenaria potestate meroque impe-  
 rio de omnibus iudicat. Hanc nouam doctrinam  
 ignorabat orthodoxus Gregorius, qui à Petro di-  
 dicerat, Nefas esse κατακτείνειν σὺ κλήρων. & à Pau-  
 lo, κατακτείνειν τῆς πίστεως. Siccine Gregorium  
 Pontificiæ tyrannidis commodum testem & asti-  
 pulatorem, Lector audit?

EPIPHANIVS autem Christi verbis vtens, af-  
 firmat, è Petri doctrina hæreses refutari posse.  
 Petrū appellat primum Apostolorū quia eo pri-  
 mo Deus est vsus ad Ecclesiæ suæ ædificationem.  
 Super eum ait ædificari Ecclesiam, id est illa do-  
 ctрина, cuius ipse fuit nobilis minister: quemad-  
 modum iam centies ostendi. Quid igitur Hay,

βαπολόγῳ; Et Petrum in domo Dei fidelissimum seruum, & singularibus donis inter cæteros eximium: eius doctrinã in summo pretio habemus: illa doctrina accuratè vtimur veritatis auspice, vt mendacium vestrum illius quoque ἐλέγχῳ, & indicatione refutemus. Vniuersalis igitur Episcopus commentum aduersus Petrum eiusque doctrinam nomine Petri e mentito natũ, illa Petri doctrina & refutauimus & refutamus. Petrum denique Epiphanius agnoscit esse illustrissimum Dei seruum, maximis Dei donis inter cæteros eximium. Idcirco ne principem Ecclesiæ?

AMBROSIVS autem quomodo Petrum appellet Ecclesiæ firmamentum, disertè testatur ipse, fidus nimirum suæ sententiæ interpret: vt ad impudentiam Iesuitarum summam accedere rerum ignorationem, ex ipsis rebus perspiciatur. Loquitur vir præstantissimus, non de persona, sed de fide Petri. Illum autem in suo lapsu professisse ait: & postquam negauit Dominum Deum, fuisse meliorem. Fideliores enim factum esse postquam fidem se perdidisse desleuit, atque ideo maiore gratiam reperisse quam amiserit. Firmamentum autem Ecclesiæ factum fuisse docet, quòd à Christo confirmatus, in aliis confirmandis aptiorem feliciorẽque operã suo exemplo edoctus nauauerit. Non quòd ipse sit petra vel fundamentum Ecclesiæ, quum id vni Christo debeat: sed quòd fundamentum illud in domo Dei posuerit, Christi virtute per solennem Euangelij prædicationẽ hominibus annuntiauerit, eandẽque longè latèque propagaauerit. Hactenus igitur dici fundamentũ & petrum propter ministerium, quo Deus efficaciter sit vtus ad Ecclesiæ suæ ædificationem.

Verũ vt Antiquatoris nostri fides & industria meliùs intelligatur, ipsum, agè, Ambrosium

Sermone  
47. de fide  
Petri Tomo 3.

aduersus illius calumnias sese defendentem ad-  
diamus. *Tanquam bonus enim pastor* (ait Ambrosius)  
*tueadum gregem. Petrus accepit, ut qui sibi antè infirmus*  
*fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipse interroga-*  
*tionis tentatione natauerat, ceteros fidei stabilitate sua da-*  
*ret. Denique pro soliditate deuotionis Ecclesiarum petra*  
*dicitur, sicut ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc*  
*petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim di-*  
*citur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta po-*  
*suerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christi-*  
*ani compagem molémque contineat. Petra ergo pro deu-*  
*otione, Petrus dicitur: & petra pro uirtute, Dominus nun-*  
*cupatur, sicut ait Apostolus: Bibebant autem de spiri-*  
*tuali consequenti eos petra. Petra autem erat Chri-*  
*stus. Rectè consortium meretur nominis, qui consortium me-*  
*retur & operis. In eadem enim domo Petrus fundamentum*  
*posuit, Petrus plantat: Dominus incrementum dat*  
*Dominus irriguum sumministrat. Ecquid potuit diluci-*  
*dus hac de re dici?*

Inde igitur, Hay, sobrio animo concludere, Pe-  
trum esse Ecclesiæ Catholicæ principem: & ex il-  
lis ipsis uerbis peræquè concludam, Duodecim  
esse Ecclesiæ principes, quum duodecim Apосто-  
li fundamenta quoque Ecclesiæ appellentur.  
Deus certè nullis instrumentis indigens, uirtutem  
hominum ueluti instrumentorum opera & mini-  
sterio, ad Ecclesiæ suæ ædificationem, illiusque  
pro sua gratia quasi honoris consortium largi-  
tur, sicuti & operis. Illos enim uocat *συναγογῆς*, co-  
operarios, architectos, seruatores: sicuti plura  
pluribus explicauim. Ecquis sanus inde colligat,  
eos esse principes Ecclesiæ? Hos certè honores  
Deus illis tribuit hæctenus, ut summa ipsius uir-  
tus atque autoritas in solidum agnoscat, ne-  
que quicquam ad seruos suos deriuetur. Atque  
hæc quidem ad Ambrosiana testimonia.

Alter

Alter enim eiusdem auctoris locus eadem per-  
uerſitate citatus, non meretur nouam reſponſio-  
nem: quum eadem planè repetatur.

HIERONYMVS porrò eſt è tuis, Hay, nugis  
vindican- dus. Quid enim eſt nugari, ſi hoc nõ eſt  
quod nunc vecordi ſupinitate facis? Vel enim  
ſunt inanes repetitiones, vel nihil ad rem fa-  
ciunt, vel contra te. Quomodò autem Petrus vo-  
catus fuerit ab orthodoxis Patribus fundamen-  
tum Eccleſiæ, quomodò dicatur ſuper eum fun-  
data Eccleſia, iam ſæpius à me explicatum eſt. Ec-  
quid igitur hîc noui aſſers? Quomodò & *Petra*  
appelletur, quum id nomẽ ſit Chriſto proprium,  
identidem eſt inculcatum. At nihil hîc eſt perſo-  
nale Petro. Hæc eſt eſt eſt cæteris (vt dixi) Apo-  
ſtolis communia. Hieronymus id diſertè agno-  
ſcit: te etiam, Hay, referente, vt te contra te ar-  
met. Cur verò id fiat, idem exponit, *Quatenus nimi-  
rum eorum doctrina fideles inſtruantur, illorum ſenſibus  
requieſcentes.* Cur autem primus ſiue princeps A-  
poſtolorum appelletur, ecquem Hieronymo me-  
liorem, interpretem quærimus? *Vt nimirum vnus* In Ieremi.  
*è duo decim numero ſelectus, vnitatem concordiamque col-* cap. 16.  
*legarum ſeruaret, atque omnem ſchiſmatis occaſionem tol-*  
*leret: ſicuti etiam ex Cypriano etiam vberius ex-*  
*poſui ſuo loco. Negat autem Hieronymus Petro*  
*quicquam hac in re fuiſſe proprium, quum hi ti-*  
*tuli perinde ſint Apoſtolis communes, vt com-*  
*mune munus. Imo totus eſt eo in loco Hiero-*  
*nymus vt Ioannem Petro anteponat, quem ait*  
*fuiſſe tantummodò Apoſtolum, quum Ioannes*  
*fuerit Apoſtolus, Euangelista, Propheta. Qui igi-*  
*tur, homo pudentiſſime, ex his Hieronymianis te*  
*ſtimoniis probabis, Petrum fuiſſe Principem Ec-*  
*cleſiæ Romanæ, illamque dignitatem ad Eccle-*  
*ſiam Romanam hæreditario iure perueniſſe: de*

In Helu-  
dium.

cuius supercilio quidnā Hieronymus senserit, de-  
xi suo loco. At tu nimirum es bonus Pontificij  
sive Romanæ Ecclesiæ iuris patronus neque vt  
Simonem ait Hieronymus secundum metapho-  
ram Petrum cognominatum (ac proinde impro-  
priè, quum Christus sit verè Petra) sic te nugato-  
rem metaphoricè appellabimus: quum hoc no-  
men tibi verè & propriè bellè quadrare, ex his  
duobus Hieronymi testimoniis à te aduersus te  
citatis, eruditus Lector iudicet, & si iure facta  
nebulonis inanes conatus ridere fas est, ridet. Te  
verò cæcū & insolentē Iesuitam Hieronymus his  
verbis increpato: *Congeris exempla quàm plurima, mo-  
re Andabatarum gladium in tenebris ventilans, & lin-  
guæ sonum ad confodienda tui tantum corporis membra  
concutiens.*

Vltimum tamen Hieronymi testimonium ap-  
positè attulisti vt probares hanc dignitatem Pe-  
tro fuisse personalem quum eum Christus Satha-  
nam appellat. Hæc nimirum sunt carnis & sangui-  
nis à *ἑωυατι* & priuilegia: quemadmodum ait  
ibidem Christus Petrum obiurgans: *Nam non sa-  
pis quæ sunt Dei, sed quæ sunt hominum.* Petro tributa  
beatitudo & firmitas, sunt ex Dei gratia. Munda-  
num & carneū Petri consilium ex Petro est *ψυ-  
χιῶν* & animalī, id est homine non regenerato.  
Si qui tituli sunt Petro personales, hic Sathana ti-  
tulus Petro personaliter conueniebat. Quum ve-  
rò personalem Petri qualitatem, Hay, inuestiges,  
vt personalem illam Romanæ Ecclesiæ successio-  
nem (cuius vi Catholicum principatum sibi asse-  
rat) tuearis: agè, hunc Petri personalem titulum  
à Christo disertè demonstratum, Romano Ponti-  
fici euendicato, id est eum Sathanam appellato.  
nihil enim personale in Petro aliud comperies.  
Cætera omnia quæ Petrus est consequutus, siue  
fidem

fidem, siue augustissimi ministerij dignitatem, sunt extra Petri personam consideranda, eius personæ minimè alliganda. Hæc ita ab orthodoxis Patribus distingui perspicuum est: ac proinde te illorum autoritate abuti, nemo non videt. Felicissime cum Augustino egeris, mox explorandum est.

AVGVSTINI DE PETRO  
testimonium quod citaueram, ab  
Hayo oppugnatur, à me  
defenditur.

---

HAYVS.

*Placet tibi vehementer, ut video, sententia illa D. Augustini quam de integro repetis. Pag. 106.*

---

SERRANVS.

Perplacet, ut veritatis germanus foetus. Eam autem idcirco repetij ut aureæ doctrinæ aureo fundamento superstructæ exemplum afferrem: non ut eam ex professo explicarem.

---

HAYVS.

*Si edificamur Petri sermonibus de Christo, non excludit D. Augustinus Petrum omnino à rationis fundamenti, Ibidem.*

## SERRANVS.

Mayus Au-  
gustinum  
impuden-  
ter repre-  
hendit.

Si ædificamur Petri sermonibus de Christo quidnam erit Petrus in fundamento? Certè Architectus. Quidnam faciet Petrus in fundamento? Ponet fundamentum. Idcirco ne consequitur Petrum esse fundamentum, magne Theologemolitis? Ad te redi. In ædificio substernitur fundamentum industria operaque architecti. Ecquis sanus dicat architectum esse fundamentum? Variis ergo elenchis proditur in tua balbutie causæ primariæ calamitas. *Adhæxiæ*. quidnam enim tuum est, *Non excluditur à ratione fundamenti? Vitiioso consequenti*, si enim Petrus est architectus, idcirco erit fundamentum? *Petitione principii*. id enim ponis quod est in controuersia. Quasi ædificare fundamentum, sit esse fundamentum. *Ædificamur autem sermonibus Petri de Christo*, quia cavit Petrus summa diligentia vt quod superstitæ viua voce de Christo docuerat, id ipsum luculentis scriptis ad omnem Ecclesiæ posteritatem transmitteretur. Sic ædificabatur Ecclesia illius sermonibus, Augustini ætate: sic nostra. Hoc nimirum sibi propositum fuisse testatur Petrus, vt antequam ex hac vita in cœlum emigraret, ea quæ de Christo nouerat, fidelibus literis commendaret.

Germana  
horū ver-  
borum ex-  
positio ex  
Augusti-  
no.

Quantus autem est, Iesuita, pudor tuus, vt perspicuis Augustini verbis audeas respondere! Ecquam enim patiantur interpretationem hæc Augustini verba: NOS ERGO QUI SVMVVS & VOCAMVR CHRISTIANI, NON IN PETRVM CREDDIMVS, SED IN QVEM CREDIT PETRVS? Vos nimirum qui neque estis neque vocamini Christiani, sed estis & vocamini Iesuitæ, Petri no-

men

men & personam opponitis ipsius doctrinæ: vt Ecclesiam monstrolo commento bicipitem, Anti christo subiiciatis, non è Scripturis vocem Christi audientem, sed in picturis peregrini & adulteri mandata consecretantem.

Victum à veritate Hayum is videt qui oculos habet ad videndum. Hayus vtrinque circumualatur. Contenta voce clamat Augustinus, *Non super Petrum, ne super fidem hominum, sed super fidem Petri omnibus credentibus communem edificari Ecclesiam.* Si Petrus fundamentū Ecclesiæ ponatur, planè consequi, Nos credere in Petrum, ac proinde in hominem, ac proinde vanam esse nostram fidem, id est nos esse maledictos qui in homine spem nostram collocemus. Num Petrus pro nobis est crucifixus, aut in nomē Petri baptizati sumus? Num imaginarios falsorum honorum titulos Petrus ferret patientius quàm Paulus, quàm Angelus?

VERVM vt finis principio respondeat, si Petrus est fundamentum, caput, princeps Ecclesiæ Catholicæ, quidnam inde colligis, Iesuita? Pontificem Romanum esse vniuersalem Episcopum, caput Ecclesiæ Catholicæ. At quomodò te in hoc etiam anfractu Veritas constringat, non audis quidnam Gregorius Romanæ Ecclesiæ Episcopus mendacio tuo opponat? VNIVERSALIS EPISCOPI VOCEM ESSE PRÆVNTIAM ANTI-CHRISTI. Ille igitur qui hoc nomen vsurpauit, est Antichristus, Gregorij testimonio. Sed quoniam & hac de re egimus suo loco, & tacendo Hayus consentire videtur, nihil dicam amplius ad Gregorij testimonium illustrandum. Itaque vt superiori sermone perspicuum est, in hoc Christi elogio nullum esse priuilegium Petro personale: ita etiã si hoc Hayo largiretur, non id tamen quod vult, efficeretur, Quid enim si demus, hæc



beneficia Petro fuisse personalia, idcirco ne consequitur, è Petro ad successores illa transire? Hæc ipso iure manifesta esse qui nescit, ciuilis quidem iuris se imperitum prodit: at qui hoc ius quasi hereditariū personis alligat in rebus Dei, ille se & diuini & ciuilis iuris imperitum profitetur. Pietatem, probitatem, cæterasque omnes virtutes minime esse hereditarias, docet experiētia. Fidem ne igitur Petri, illiusque dignitatem posteris Romanis hereditariā esse, sanus arbitrabitur? Quicquid sit, responde Gregorio, magne Theologæ, disertè pronuntianti vocem Episcopi Vniuersalis (quod nomen ipse constanter repudiavit) esse prænuntiam Antichristi: & hanc consequutionem, si potes, euerte: Romanæ Ecclesiæ Episcopum esse Antichristum, qui hoc nomen sibi vendicauit. Tacet meus Hayus in ipsa re, quam necessariò veram esse sentit: ne tamen planè obmutuisse videatur, redit ad diuortia, quemadmodum vitiligatores solent, oculosque suum obfirmat.

## H A Y V S.

*Ac ne insolenter de Doctore tanto gloriaris, ascribam ipsius de verborum Christi Domini sententia, iudicium. &c.* Hic Augustini testimonium exscribitur D. Augustinus Lectori potestatem facit, vt nomine Petræ, aut ipsum Christum aut ipsum Petrum intelligat. Pag. 106. 107.

## S E R R A N V S.

Petrus & Petra, quum idem apud Græcos (è quibus

quibus manarunt) significant, id est lapidem, non magis mirum esse videtur Petrum ab orthodoxis Patribus aliquando vocari petram Ecclesie, quam à Petro fideles in Ecclesia ædificatos, appellari viuos lapides. Quomodò autem Petrum Ecclesie petram appellarint illi, iam dictum est sæpe. Itaque testatur Augustinus se illo dicendi genere vsum fuisse aliquando: postea tamen animaduertisse distinctius dici, nõ super Petrum sed super Christum ædificari Ecclesiam, quum Petro non dictum fuerit, *Tu es Petra*, sed *tu es Petrus*: vt is nimirum à Christo distingueretur qui verè est Petra, quemadmodum ait disertè Scriptura. Quid potest dilucidius dici? Verborum igitur optionem Lectori facit Augustinus, dummodò res ipsa syncerè intelligatur, ne homini, sed Deo fides nostra innitatur. Hæc est plana & perspicua Augustini sententia: quam quum negare non possit Antiquator meus, mirum est quàm solerter satagat in veræ & germanæ illius sententiæ defensione, sociis etiam ad opem consiliùmque aduocatis.

Vocabulum, *Petrus* & *Petra*, manifestum & illustra discramen.

“  
“  
“  
“  
“  
“  
“  
“  
“  
“  
“

## HAYVS.

*Quid verò eundem mouerit, vt nomine Petra Christum Dominum frequenter explicarit, optimè meo iudicio docet Thomas Stapletonus lubenter enim quum ex professo Scripture locum non explicat, mysticos sensus rimatur. Et quia Donatistæ, etate D. Augustini Sacramentorum vim in hominum sanctimonia ponebant, ne ipsorum errori fauere videretur, si diceret super Petrum fuisse ædificatam Ecclesiam, alteram est sequutus sententiam. Pag. 107.*

## SERRANVS.

Ratio il-  
lius inter-  
pretatio-  
nis.

Non melior Augustini interpres potest esse quam Augustinus, qui hæc verba luculenter inculcat, *Ne super hominem: quia maledictus est homo qui confidit in homine.* Commodum autem Stapletonus ille tuus nobis telum suppeditavit quod in vestra capita contorqueamus, ingenue agnosces Augustinū alteram sententiam fuisse sequutum. Si enim providere voluit ne propter Donatistarum hominibus nimium tribuentium errorem sic hominibus nimium tribueretur: quanto diligentius id cauendum est hoc seculo, quo Antichristus idolorum furores, prætextis Sanctorum hominum nominibus, Iesuitarum ministerio supra modum cumulavit? Hoc nimirum vir Dei præsentat, afflatu Spiritus sancti, fore ut Petri inter Ecclesiæ seruos fidelissimi præstantissimique nomine, ad Antichristi tyrannidem Satan abuteretur. Itaque hæc interpretatio quæ magis Augustino placuit, studiosius sequenda est, de tui Stapletoni sententia, hoc tempore quum grauior morbus præsentius remedium efflagitat. At audiamus nouam responsionem Theætici nostri ex Augustini obtreccatione.

## HAYVS.

*Taceo quòd D. Augustinus non fuerit perfectam linguæ Hebraicæ scientiam consecutus, quare mirum non est, si Petrum & Petram in illo Matthei loco, eodem appellari nomine non existimauerit. Pag. 107.*

## SERRANVS.

Non quæritur an Augustinus fuerit peritus linguæ Hebraicæ, necne: sed an Augustinus rectè expenderit verba Matthæi distinctis vocabulis *πίτρας* & *πέτρας* vsi, vt Petrum hominem à Petrà, id est Christi, confessione discriminaret. Certè & Matthæum & cæteros Euangelistas Græcè non Hebraicè scripsisse, cùm multis argumentis constat (quæ suo loco recensui) tum ex ipsis Euangelij titulis elucet. Nam in codice Syriaco seruata sunt voces Græcæ, *Διαθήκη* & *Εὐαγγέλιον*, adhibita tantùm veste Syriaca, his nimirum vocibus *כְּתוּבָה* & *אֵיבַנְגְּלִיּוֹן*. Non tamen deerant Syriacis & Hebræis primigeniis vocabula, quibus Testamentum siue Fœdus, & Euangelium, id est bonum nuntium exprimerentur. nam sunt voces vernaculæ ad idipsum repræsentandum aptæ, *בְּרִית* & *בְּשׂוּרָה* & ne quis excipiat à Græcis inditos fuisse ipsorum librorum titulos, eadem vocabula quum variis in locis reperiantur, de Græco fonte manasse illa constat. Quàm obtusa sit ergo *Ἐξ ἰσραήλ* nostri subtilitas in Augustino sine causa reprehendendo, non obscurum est. Quicquid tamen obstrepat, autographum Euangelij est Græcum, in Syriacam linguam translatum ad vsum Ecclesiarum Hebræarum, vt planè sit nullum Hayi argumentum è Syriaco codice petitum, iniusta maximi prudentissimique viri obreptatione. Matthæus patriam linguam & Græcam linguam meliùs nouerat quàm Hayus, & Christi mentem intelligebat. At manifestum est illum scripsisse de Domini sententia, *ΤΥ ΕΣ ΠΕΤΡΟΣ*, &, *ΣΥΠΕΡ ΗΝΑC ΠΕΤΡΑΜ*, *ὅτι ἡ πέτρα ἔστι τῶν* *ἰσραήλ*: vt demonstraret se diuersum quid-

Euangelii  
ita scri-  
pserunt  
Græcè.

piam innuere distinctis vocabulis. Rectè igitur Augustinus hæc verba rectè expendit, & impertinè ab Hayo reprehenditur.

## HAYVS.

*Inficiari non potes quin sapius super Petrum adificatam esse Ecclesiam senserit idem Ecclesie Doctor, ut observauit Hieronymus Torrensis, Societatis nostre Theologus in confessione Augustiniana. Pag. 107.*

## SERRANVS.

Quandoquidem *Inficiandi* vocabulum vis esse nostrum, subtilissime Hay, inficiabor contra mentem tuam, Torrensem illum tuum ex Augustino attulisse quicquam quod ad rem pertineret. Sed quia eiusdem est veritatis affirmare verum, qua negatur falsum: affirmo quoque Torrensis illius tui stipulas à doctissimo viro Wilhelmo Bidombacho nõ modò torreri igne Veritatis, sed etiam aboleri: ac proinde te sceleratè præuaricari cum tuo torrido & ambusto assecla, qui Augustino manducas, eumque repræsentes tanquam hominem non modò linguarum imperitum, sed variis alternantibusque sententiis multiplicem & incertum.

## HAYVS.

*Sic omnium qui Petrum Ecclesia petram & fundamentum fuisse diuina institutione asserunt sententia*

*sentias vellem describere, haud dubiè essem plus  
æquo longior.* Pag. 107.

## S E R R A N V S.

Haud dubiè ita est vt dicis, Hay, qui enim non modò præter rem imperitè loquitur, sed fallum virulenter dicit, non sit plus æquò lōgior? Quum sic sentias à te peccari, cur finis te cæco impetu transuersum agi? Omnino Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Athanasius idem hac de re dixerunt, quod Patres orthodoxos alios dixisse ostendimus. Quid igitur opus erat in illorum sententiis exquirendis nunc immorari? Non tantùm fatemur sed affirmamus, Petrum esse maximum præstantissimùmque Dei seruum: at negamus consequi, Ipsum idcirco esse principem Ecclesiæ. Nouimus quoque maximum tributum fuisse olim honorem Ecclesiæ Romanæ, multis de causis quas suis locis explicauimus: at à noua hac Roma ad veterem prouocamus: & vt veterem, cuius fides & integritas celebrata est per vniuersum mundum, castam Christi sponsam agnoscimus, ita hanc nouam vt foetidam & prostitutæ libidinis lupam, detestamur. Ecquis autem oculus non videt te Moabitarum in more gladio tuo confodere? Laudatur mirum in modum vetus illa Ecclesia Romana cùm ad nouæ opprobrium, tum vt palam sit, Pontificem in ea sedentem esse Antichristum, quippe qui sedem suam, sicuti prædictum fuerat, in Ecclesia collocarit. Ex illius igitur laudibus crescit argumentum meum contra te. Ne tamen Christi gloriæ quicquã decideretur, prudenter cauerat Athanasius, ne

Iesuitæ se  
suo gladio con-  
fodiunt.

vel Buzæus è cuius indice hoc exscripsisti, vel tu hoc testimonio abuti possitis. est enim gemina  
 “ Athanasij sententia, Totam gloriam ad uni-  
 “ cum Christum esse referendam, à quo & Petrus,  
 “ & Petri fidei commendatæ Ecclesiæ, quæ que il-  
 “ lius labore creuerunt, sint quicquid sint. *Sicut enim (ait) in Christo Christiani, & in Petra (id est Christo) Petrus, ita Petri renouantur Ecclesiæ.* nimirum in Christo. hoc enim repetendum est *ἄπο κοινῆς* ex proximi-  
 mis verbis. Horum igitur verborum hæc plana & perspicua sententia est. Quum Ecclesiam Romanam Athanasius maximis laudibus extulisset, ut inter cæteras nimirum Ecclesias illustrem, ne quid nimium ei tribuisse videretur, illarum laudum fontem continuò ostendit, nimirum Christum, non Petrum. Q. D. Ecclesia Romana Petri nomine mirum in modum exultat: sicut sicut nos Christiani in Christi nomine baptizati, omnes nostras vires in Christo habemus, & ab eo hæc de causa Christiani vocamur: sic Petrus non à se quicquam habet sed à Petra, id est Christo, qui verè est petra Ecclesiæ suæ, imus nimirum lapis angularis, cui omnes viui lapides inniuntur: ac proinde Ecclesiæ Petri, id est Petri opera & ministerio constitutæ, illiusque nomen ut Episcopi sui assumentes, in eodem Christo renouantur.

Hanc esse Athanasij mentem in verbis à te citatis, verborumque illorum œconomiam & seriem vident eruditi: atque adeò Buzæum illum, Hay, tum impudenter & sceleratè abusum fuisse sacro Antiquitatis nomine: quum audeat damnare Athanasium Iesuitico supercilio tanquam mendosum, cumque sic emendare: *Et sicut in Christo Christiani, ita & in Petra, id est Petro, Petri renouantur Ecclesiæ:* quum disertè dicat Athanasius, *Ita & in Petra, id est Christo, Petri renouantur Ecclesiæ.*

Insignis  
 Iesuitarū  
 impuden-  
 tia in Pa-  
 tribus cor-  
 rumpendis.

Animad-

Animaduerte, Lector, quales sint Antiquitatis patroni & vindices Iesuitæ, qua fide & conscientia res sacras tractent: quippe qui sacrosanctæ veritatis terminos audeant mouere, vt Antichristi scenæ quôquomodo inseruiant. Ex hac autem testimoniorum perperam & imperitè effusorum farragine non vides solum restare Iesuitis cohorturnum eruditionis quo simplicioribus imponant? Et dubitamus adhuc Scripturæ Antiquitatisque vomicas & pestes eos appellare?

**A X I O M A T I S C H R I -**  
*stiani, Christum Ecclesie sue unicum esse caput, Hayi oppugnatio & mea deffensio.*

---

H A Y V S.

*Quòd porrò ais, Petrum disertè profiteri unicum esse Christum ἀρχιποιμένα & caput Ecclesie sue, vellem disertè nobis locum D. Petri notasse. &c. Pag. 108.*

---

S E R R A N V S.

De summo Pastore, quem ἀρχιποιμένα vocat Petrus, extat illustris locus: *Καὶ φανερὸν ἐστὶν τὸν ἀρχιποιμένον*, id est, *quum apparuerit ille Pastorum princeps.* De capite verò: *Lapis quem reprobauerunt, ἐστὶν ἡ κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας*, hic factus est in caput anguli. Paulus autem, *Christus est caput Ecclesie, & is qui salutem dat corpori. & Estque caput corporis Ecclesie.* h. iij.

Christus  
 ἀρχιποι-  
 μέν.  
 1. Pet. 5. 4.  
 1. Pet. 2.  
 Coloss. 1.  
 18. & 2. 19.



Eph. 5. 23. *ſic. &c.*, *Adoleſcamus in eum per omnia qui eſt caput, neque  
Chriſtus,* Nunquid diferta ſunt illa teſtimonia?

## H A Y V S.

*Non latuit Caluinum tuum quid reſpondeant  
Catholici ad illud quod nobis obiicit argumen-  
tū de vnicō capite Chriſto. Nec me latet, inquit,  
quid cauillari ſolent, quum hoc illis obijci-  
tur, Chriſtus caput eſt &c. Chriſtum ſcilicet  
propriè vocari vnicum caput, ſed nihil ob-  
ſtare quominus ſub ipſo ſit alterum caput  
ministeriale. Vidēsne Caluinum hærentem, ac  
quò ſe vertat neſcientem? Vna enim eſt perſpicua  
CAPITIS diſtinctione, omnes ipſius captiones  
diſſoluuntur. Chriſtus enim eſt primarium Ecce-  
ſiæ caput, ipſi Ecceſiæ cœleſtia dona cumulatiè im-  
partiens. Pontifex verò Romanus ipſius Chriſti  
Domini vicarius, Ecceſiæ politiam moderatur, &  
quæ ad ſanctimoniam vel acquirendam vel con-  
ſeruandam conducere iudicat. ſanctiſſimis legibus  
conſtituit. Ministeriale ergo eſt caput, ut loquitur  
tuus Caluinus. Pag. 108.*

## S E R R A N V S.

*Præclaræ igitur illius diſtinctionis veſtræ, in  
qua tantopere triumphas, extinctionem audi, &  
e verbis quidem tuis planè, ridiculæ & mon-  
ſtroſæ.*

*Papatus di-  
ſtinctio.*

*Primò, qualem nobis deſcribis Ecceſſiam cum  
duplici vel gemino capite? Si vna eſt Ecceſſia,  
vnius*

vnus veritatis vi, in vno Christo, vnus Spiritus de capite  
 copula, ab vno Deo, ad vnus hereditatis spem ministrati-  
 coadunata: quomodo duobus capitibus insignie rialis, va-  
 tur? Ecquale monstrum Ecclesiæ nomine, Iesuita, riis absur-  
 nobis depingis? dis imple-  
 xa atque  
 inuoluta.

Secundò, si Christus propriè est, vt ais, Eccle-  
 siæ caput, quomodo erit caput Ecclesiæ Pontifex  
 Romanus? E tuis quidem verbis, impropriè, id est  
 imaginarium, e mentium, falsum.

Tertiò, non vides te disparata & planè con-  
 traria compingere? Vel enim princeps est Eccle-  
 siæ Catholice Papa Romanus, vel minister. Si prin-  
 ceptus est, qui minister esse potest? Si minister, qui  
 summam principis auctoritatem sibi arrogat? Sunt  
 hæc prorsus *ἀσυστατα*, id est, ita absurda vt simul  
 consistere nullo modo possint.

Verùm distinctionem tuam expendamus. Si  
 Pontifex Romanus est caput ministeriale Eccle-  
 siæ, seruatorum seruus, cur summam & plenariam  
 potestatem sibi vendicat, cur leges dictat con-  
 scientiis, cur de omnibus iudicet ipse à nemine  
 iudicandus, licet animas cateruatim ducat pri-  
 mo mancipio gehennæ, cur vitæ & mortis æter-  
 næ in animas vsurpat imperium: cur denique se  
 Deo æquat, imo cur se Deo anteponit, quum  
 præscribit quidnam pro Dei Verbo sit habendū,  
 & quænam sit vera & germana Verbi Dei senten-  
 tia: vt infinita huiusce generis summi imperij si-  
 gna præmittam? Hoc cene est dominum aut mi-  
 nistrum esse?

Atqui Ecclesiæ politiam, inquis, moderatur.  
 Tibi ne politicum est, summam in animas immor-  
 tales, vitæ que immortalis statum, auctoritatē ven-  
 dicare, Deo se æquare, Deo se anteponere? De-  
 nique num Christus qui semper Ecclesiæ suæ ad-  
 est, indiget vicario aut legato? Hæc cene est Ec-

clesiæ Romanæ politia quam prædicas?

Ecquis igitur non videt non modò distinctionem illam vestram de gemino capite, primario vno, ministeriali altero, penitus extinctam, sed variis *àustriis* & absurdis implexam? Ad has solidas veritatis responsiones paranda Hayo prius erat solida responsio quàm de incommutabili religionis Christianæ principio commutando cogitaret, ineptisque gerris veritatem eludere conaretur. Et tamen, quasi re bene gesta, nouo responsionis diuortio non modò quærit fugam, sed me Thraſonicè adoritur.

## HAYVS.

*Quid præterea ad illud respondebis? Non potest oculus dicere manui, Opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarii. Si verum esset quod scripsisti, Christum esse unicum caput Ecclesiæ suæ, non poterit dicere pedibus, Non estis mihi necessarii. Quum Deus aliquo non indigeat, ut idem Paulus ait Act. 17. 13. responde diserte huic argumento vel canillari desine. Pag. 109.*

## SERRANVS.

Christi capitis cum membris suis coactio & necessitudo

Respondeo crassum esse parasyllogismum duabus fallaciis inuolutum, *Diuisionis & Homonymiæ*. Christi enim personam duabus naturis, diuina videlicet & humana, constantem vel stolidam imperitia, vel improba sceleratâque peruerſitate Hayus discerpit. Christus nimirum verus Deus nemi-

nemine quidem indiget, vt Deus est: sed idem  
 verus homo, huiusmodi vinculo se nobiscum  
 coniunxit, nostra natura verè assumpta, vt omnia  
 Ecclesiæ suæ membra velit sibi esse necessaria, ad  
 corporis nimirum sui complementum: & hactenus  
 quidem vt illis suis membris carere neque  
 possit neque velit, vt homo: ac proinde non modo  
 in membris suis compatiatur, sed & suum nomen  
 Ecclesiæ suæ communicet. *Sicuti enim*, ait  
 Apostolus, *corpus vnum est & membra habet multa,* 1. Corint.  
*omnia verò membra corporis vnius, multa quum sint,* 12. 12.  
*vnum sunt corpus: ita & Christus.* id est Ecclesia de cuius  
 societate instituta est similitudo: quemadmodum  
 Chrysostomus & Augustinus interpretantur.  
 Quod dicendi genus *ἑνωτικώτατον* est, vt  
 corporis mystici, cuius caput est Christus, necessaria  
 cum omnibus suis membris coniunctio siue  
 coalitio intelligatur. vt enim membra sumus  
 corporis eius, ex carne eius & ex ossibus eius, neque  
 corpus sine capite potest consistere, sic neque  
 caput sine membris. Ecquid enim monstri  
 esset, caput à corpore abscissum? Quàm periculosa  
 igitur sit in sacrosancto *ἑνωτικώτατον* nostræ  
 mysterio procax & temeraria Iesuitæ subtilitas,  
 vident orthodoxi.

Secundò, profana Homonymia illum ludere  
 in voce NECESSARI: quasi ita sese nobiscum  
 Christus coniunxerit, vt nostra necessitudine  
 siue communitate carere non possit. Ecquid verò  
 est blasphemo dolo ludificari veritatem, si hoc  
 non est? Oportebat certè, & necessario quidem  
 Dei decreto, Christum fieri hominem pro nobis  
 hominibus, & per omnia fratribus suis similem  
 fieri: non hactenus tamen, vt quatenus etiam homo  
 est, nobis indigeret sed suo tempore volens  
 humanam nostram naturam assumpsit, vt omnes

salutis nostræ partes impleret. Necessaria igitur fuit Filij Dei incarnatio nostri respectu, sed non suo, quum non illum nos elegerimus, sed nos ille elegerit.

## HAYVS.

*Et quum vos Calviniani frequenter in ore habetis, Vnum corpus vnum habere caput, monete tantum vt Scripturas legas. Moses nominat capita exercitus Israel, & capita multitudinis Israel. Rex etiam Gallorum caput est Gallorum non tamen, vt suspicor, Deum & populi Israel & Gallorum caput esse negabis. Pag. 109.*

## SERRANVS.

At ego te in rebus maximè seriis importunè iocantem seriò monebo, ne pergas nugari. quod enim est hoc argumentū tuum? Decē millia & plura fuerunt capita in exercitu Israel. Ergo tot sunt capita in Ecclesia Dei. Si enim **CAPITIS** nomine, ducem intelligas, sic necessariò concludendum erit. Dico etiam amplius, **CAPITIS** vocabulo homines siue *Personas* (vt loquuntur) intelligi. Erant in illo Israelitarum exercitus virū ad pugnam accinctorum capita sexcenta millia. Ergo tot erunt capita in Ecclesia. Quomodo validum sit argumentum ab Homonymia sumptum nondum animaduertis?

Quod autem de Rege Gallorum ais, qui sit vniuersæ gentis nomine caput cum illa ridiculè homonymia scelus impietatis & blasphemie coniun-

Inepta  
Hayi di-  
stinctio  
Capitū no-  
mine.

coniunctum habet. Cur Regis nostri nomen tuis nugis importunè admisces? Est planè *ἄλορον*, rerū genera commiscere: *ἀθεόλορον* autem, regnum Dei coeleste in terrenum commutare. Egent Reges legatis, quia sunt homines: ac proinde neque omnia vidēt, neque omnia possunt, neque quod vident & possunt, exequuntur: quia non sunt vbiq̄. At Filius Dei qui & omnem habet potestatem in cœlo & in terra, & vbiq̄ est, quī indigeat vicariis: & si legatorum aut vicariorum opera ministeriōque vti vellet, quī hostem suum Antichristum, sibi ascisceret vicarium? Hoc enim non est repetere principium, sed ex rebus datis id necessariō colligere quod consequitur etiam ex tuo silentio, ac proinde assensu.

Tu autē acutissime disputator, vidēsis ex vltimo illo exēplo tuo è Regis nostri Christianissimi persona assumpto quidnā effeceris. Ecquis in hoc Regno duos Reges, vel (vt tu ais) duo capita agnosceret neq; perduellionis erit reus? Quod Regi sumum erit, minus erit Deo Regum Regi? Duo capita in Monarchia inuehere, capitale erit. Iesuitarum Theologia, contra disertæ Scripturæ voces vnum in Ecclesia caput constanter esse docentis, duo capita Ecclesiæ affinget, neque exploderet?

Abi igitur, somniator, cum tuis distinctionibus, id est, cum bicipitis Ecclesiæ tuæ Tragelapho: & alios homines quàm cordatos quære, quibus hæc flagitiosa commenta tua persuadeas. Te quidem in horum exemplorum examine, re primaria prætermissa, *ἀδολογίαν*, ostenderam supra: nunc verò te, vel futili imperitia vel blasphemia audacia *ἄδολογίαν*, eruditi Lectores animaduertunt.

## TERTIVM EXEMPLVM.

*Imagines Sanctis consecrari, illorum ossa  
reliquiasque adorari, esse paleam super  
stipulam aureo fundamento superstru-  
ctam, quam ignis comburet.*

## H A Y V S.

*Calvinianam sectam, tu Minister Proteo-  
tabilior, hac tua doctrina planè prodis, qua San-  
ctorum memorias variis modis in Ecclesia ab om-  
ni Christiano populo religiosissime conservatas sua  
importuna innouandi libidine tollere conata est  
& Pag. 109. Hic verò Iesuita profusissima  
loquacitate debacchatur, cuius summa est  
Nos Sanctis esse iniurios quod illorum ossa & re-  
liquias non veneremur. Has quisquilias inuisi-  
qui volet mihi quidem Lectoris otio & chi-  
ta abuti religio est intam ineptis nugis ex-  
scribendis.*

## S E R R A N V S.

*Tu verò, omnium hominum veracissime &  
modestissime, duplici nomine non mutaris, ut  
obstinato animo bellum indicas Veritati. nam  
Iesuita, σκορπιῶδες illud venenum vobis vernacu-  
lum, & cuius nota definiuit vos Spiritus sanctus  
vos appellans Scorpios, mordicus retines: ut A-  
postata autem, quia conscientia tua cauterio i-  
usta iam callum obduxit, quidni immutato ani-  
mo ve*

mo veritatem pergas oppugnare?

At putida est hæc tua calumnia, & nimium loquax. ecquis enim nostrum de Sanctis, nisi cum summa reuerentia, aut sensit aut loquutus est unquam? Et verba & scripta nostra nos à tua calumnia abundè vendicant. Nos Sanctorum memorias in ipsorum scriptis superstites colimus & veneramur. Ipsa illa superstitio quæ Ethnicorum hominum ministeriis, & homicidæ illius Colubri cuius dolo inuecta est in mundum peccati lues, imperiis, Sanctos viros diris modis olim est persequuta, & iniecto mortis supplicio etiam delere conata est, Antichristi Romani fascinis & dolis ad hæc extrema tempora rursus insanivit. Hos enim mortuos de morte quoniam triumphare vidit illa, mortuorum illorum memoria nominibusque abutens, hac specie reuocavit eosdem idolorum furores: quibus viri illi sancti, dum vita fruerentur, non dubitarunt, capitum etiam suorum discrimine, sese constanter opponere. Vobis igitur quadrat Christi exprobratio,

*Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quoniam edificatis sepulcra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum: & dicitis, Si fuissetis temporibus Patrum nostrorum, non fuissetis eorum socij in cæde Prophetarum. Itaque testamini aduersus vosmetipsos, vos esse filios eorum qui Prophetas occiderunt.*

At eadem illa superstitio quæ Ethnicos aduersus Sanctos armavit olim, quum Pontificiorum furoribus sanctorum virorum sanguinem nostro tempore profuderit, consentaneum quoque fuit, pro more institutòque antiquæ Ecclesiæ, vt quem admodum eandem Euangelij doctrinam suo sanguine illi obfignarunt, sic iisdem literarum monumentis honestarentur: vt posteritas in illis haberet luculenta fidei constantiæ que exempla, ac

Sanctorum memoria nobis pretiosa & sacrosancta.

Superstitionis dementia in sanctis adorandis.

Matth. 23. 29.



proinde & veritatis ab illis constanter defensus  
& ab hostibus crudeliter oppugnatus, & aduer-  
sus illorum conatus feliciter victicis, testis ipse  
esset: testis quoque vecordis Iesuitarum temerari-  
tatis, qui rem perspicuè omnibus notam, & ma-  
ximorum virorum Bezzæ, Crispini, Foxi literis illu-  
lustrem, importunæ calumniæ nube obscuratam  
frustra moliantur.

## HAYVS.

*Explica oro, quid in se differant Christiana  
doctrina, & Christianæ doctrinæ fundamen-  
tum. nam si non differre dixeris, quorsum ea  
distinguis? Paleas ab auro seungere non potuisti  
quia fidei nostræ decreta, nullo tamen argumentis  
quæ commoueri non possunt, conuellere conare.*  
Pag. no.

## SERRANVS.

Doctrina  
conforma-  
tio & con-  
sequutio  
cum prin-  
cipiis suis  
quadrat.

Ego verò, Hay, tibi sum autor vt veratro cen-  
brum expurges, vt sensum communem in te me-  
daciij lethargia obsopitum excites. Nescis, ac-  
tissime artium Decane, iisdem lapidibus eodem  
que cemento fundamentum subterni, quibus  
parietes fundamento superstruuntur: neque te-  
men fundamentum à parietibus distingues? Eius-  
dem corporis partes nescis esse eiusdem plani-  
substantiæ, & tamen certis discriminibus inter se  
distingui? Tui igitur dilemmatis acumen vides  
Christianam doctrinam à Christianæ doctrinæ  
fundamento disertis verbis distinxit Apostolus  
Funde

Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod 1. Cor. 3. 24 positum est, quod est Iesus Christus, quod si quis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos. & c. Christianæ igitur doctrinæ fundamentum, est, Iesus Christus, id est vera de vëro Christo doctrina: Christiana doctrina, est ea quæ de Christo perhibetur, illiusque personæ officio, beneficiis demonstrandis illustrius explicatur. Hæc quidem eadem planè est & *quærens* cum fundamento, sed Christum ipsum cum suis donis disertius & enucleatius nobis repræsentat, orthodoxorum Doctorum literis & commentariis, vt fides nostra fulciatur ad veritatem luculentius percipiendam, & à mendacij præstigiis vendicandam: atque adeò rationem intelligendam vitæ beatæque instituendæ. Continuata metaphora eiusdem doctrinæ discrimen ostendit Apostolus, quum eam doctrinam qua fides nostra innititur, fundamentum vocat: eam autem qua augetur & illustratur, *ἐπινοδοποιεῖν* voce designat, id est, superædificandi, vt in ea dicendi formula, *Aedificare Ecclesiam*, in Scriptura peruulgata continuo versetur. Sic Chrysostomus Ecclesiam appellat *structuram animarum*, quemadmodum alibi annotauimus. Denique, paleâne vestras à Christianæ doctrinæ auro rectè distinxerim, eruditorum iudicium est, qui dum tu more tuo verba & voces effundis, negationem tuam nugationem summa esse animaduertant.

---

H A Y V S.

*De imaginibus suo loco dicemus. Pag. 110.*

---

S E R R A N V S.

Perbelle, mi Hay, neque enim huius loci tra-  
i. j.

Statio illa est, neque cæterarū rerum quas exempli tantū causa adhibueram, vt aurum à palca discriminarem. Cur igitur in histam fastidiosè et euagatus, & in peregrinis his diuortiis pergis palabundus deerrare? Errorem fateris, & in errore perseueras. At hæc sunt Iesuitæ Logices siue methodi instituta.

## H A Y V S.

*Miror interim vehementer tuam uanæ gloriæ quòd tam audacèter Ecclesia Catholica de cultu reliquiarum & inuocatione Sanctorum doctrinam sola assenatione sis ausus reicere. Vbi est nunc tuum scriptum Verbum, cui soli fidem haberi esse. Et quia Vigilanti errorem de reliquiarum cultu renouas, Hieronymi in eum sententiā producam, vt in posterum scias quibuscum tibi sit negotium. Quis, inquit, aliquando Martyres adorauit, quis hominem putauit Deum? &c. Et, Neque est cur alterius quàm eiusdem Hieronymi testimonio, te Vigilanti errorem tueri probem, quum Sanctos inuocados negas. Si, inquit, Apostoli & Martyres ad huc in corpore constituti possunt errare pro cæteris, quando pro se adhuc esse debent solliciti, quanto magis post coronas &c. Pag. II. & III.*

## S E R R A N V S.

At ego non miror te calumniari. Christianum est axioma in Verbo scripto, (quod tu rectè me appellas)

appellas, vt te iuratum Scripturæ hostem esse  
 profitearis) *Inuoca me in die afflictionis, & ego eruam* Psal. 59.  
*te. Quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Vt* Ioe. 2. 21.  
*ego, ait Dominus: Gloriam meam alteri nõ dabo.* Chri-  
 stianum quoque axioma est, *Aduocatum apud Pa-*  
*trẽm habemus, Iesum Christum iustum.* id est, vt Paulus  
 interpretatur, Vnum Deum, Vnum etiã media-  
 torem Dei & hominum, hominem Christum  
 Iesum.

Quòd si λογική est λατρεία id est obsequium cum R. om. 12.  
 ratione coniunctum, Deum ex Verbo suo cole- & Coloff.  
 re, certè ἐθελοθρησκείαι, id est voluntarij cultus, vel 2.  
 sine Verbo Dei vel contra Verbum Dei, institu-  
 ti, sunt obsequia ἀλογα, id est ratione non modò  
 destituta, sed insana. Sic de sua doctrina iudiciũ Decret. 1.  
 fieri voluit orthodoxa Antiquitas. Noli, frater, parte di-  
 contra diuina tam multa, tam præclara, tam indu- stinct. 9.  
 bitata testimonia colligere velle calumnias vel C. Noli  
 ex Episcoporum scriptis: siue nostrorum, sicut frater.  
 Hilarij, siue Cypriani & Agripini antequã pars  
 Donati separetur: primòque hoc genus litera-  
 rum ab autoritate canonum distinguendum est.  
 non enim sic leguntur tanquam ita ex eis testi-  
 monium proferatur vt contrã sentire non liceat,  
 sicubi fortè aliter sapuerint quã veritas postu-  
 lat. In eo quippe numero sumus vt non dedigne  
 mur etiã nobis dictum ab Apostolo accipere,  
 Et siquid aliter sapitis, hoc quoque Deus vobis  
 reuelauit, Sacrosancta apud me est ortho-  
 xorum, Hay, Patrum autoritas: at cur ipsorum  
 scriptis plus tribuam quã ipsi à nobis sibi tribui  
 voluerunt? Indubitata est Veritas, Scripturæ lite-  
 ris comprehensa. Ex illa regula de omnibus scri-  
 ptis Doctorum Ecclesiæ iudicandum est. Atqui  
 extant sempiternæ regulæ illius Veritatis de vni-  
 co Deo colendo & inuocando per vnicum homi-

Antiqui-  
 tatis næ-  
 uus in ni-  
 mio sãcto-  
 rũ obse-  
 quio.

num Mediatorem, Iesum Christum. Nullum extat in Scriptura mandatum de Sanctis colendis aut inuocandis, aut de Deo per illorum intercessionem inuocando. Contrà, extant luculentà exempla ad illas Veritatis regulas illustrandas. Noluérunt Paulus & Barnabas ab hominibus coli, imo importunos illos honores totis animis sunt execrati. Mortui Mosis sepulcrum quo reliquæ eius tegebantur, voluit esse incognitum. Deus, ne illius reliquias homines venerarentur. Cur igitur aut Sanctos mortuos inuocabimus, aut eorum reliquias venerabimur? Quòd si quis huiusmodi doceat ( quicumque tandem ille sit) quidni statuamus esse *ἰδεὸς ἰσχυρίας*: quum non modò id Scripturæ testimonio probari non possit, sed disertis Scripturæ interdictis & exemplis aduersetur? Iniquitatis mysterium suo etiam iaci tempore, conquerebatur Apostolus. Temporis progressu in Ecclesiam multos errores irrepisse, ecquis sobrius negabit: & siquid in Antiquitatis scriptis reperiet vel non *ὁμοφυῶς* & consentaneum sanæ doctrinæ, vel penitus repugnans, cur non errorem, id appellabit?

De Hyeronymo autem vt propriè dicam, non meis sed Augustini verbis vtar: *Non te arbitror legi libros tuos velle, tanquam Prophetarum & Apostolorum, de quorum scriptis quod omni errore careant, dubitare nefarium est. Absit hoc à pia humilitate, & veritati temetipso cogitatione.* In illo autem aduersus Vigilantium libro non modò modestiæ ( vt vir doctissimus Augusto ait) sed veritatis limites Hieronymum excessisse, sobriæ mentis Lector videt. Nobis quidem est sacrosanctum sepulcrorum inuocatis, sed ita (vt inquit Ambrosius) *ne diutius inliereamus mortuis, sed quantum est officij illis deseramus.* Defunctorum cadauera siue reliquæ conduntur locis

lis, terrę deponuntur, destinato ad pium necessariumque hunc vsum loco, quem felici vocabulo *Coemeterium* quasi requietis locum siue cubile, Ecclesia appellavit. Tædet me pudetque profectò sacrę Antiquitatis n̄uos detegi. Hieronymi pietatem eruditionemque cum primis admiror: at quum Veritatis defensio omnium hominum auctoritati longè antependa sit, imo si Angelus de cœlo aliud Euangelium docuerit, quum iubeat esse anathema Apostolus? quidni Patrum n̄uos damnemus, tum verò maximè quum veritatis iurati hostes cōtra veritatē illis abutuntur? Perinde acsi ebriosi homines & libidinosi, optimorū virorū Noachi & Davidis exempla ad ebrietatis adulteriique excusationē prætexerent, vtriusque culpam à Scriptura notam liberrimè damnaremus.

Prima igitur hæc sit responsio, nihil fuisse causę cur Hieronymus aduersus Vigilantium tanto impetu inueheretur? quòd illum morem zeli prætextu in Ecclesiis sensim irrepentem, reliquiarum Sanctorum virorum vasculis condendarum, linteis sericisque circumdandarum, & osculis adorandarum, cereorum denique ad Sanctorum memorias siue sepulera accendendorum, periculosum esse iudicaret. Id enim reprehendit Hieronymus & sine Scriptura & contra Scripturam. Non vanum autem fuisse Vigilantij metum, euentus demonstravit: quum scedæ superstitionis semen à bonis viris nihil tale cogitantibus iactum, Satan, Antichristi opera mirum in modum propagarit, donec suffectis in Dei locum optimorum virorum idolis horrendæ abominationis moles excrevit. Quicquid enim totus Mūdus acclamet, vnicus Deus per vnicū Christum Mediatorem inuocandus est.

Secunda, Importunam planè esse & vitiosam

Hieronymi consequutionem: Apostoli dum uiuērent, pro hominibus orabant. Multò igitur magis, postquam mortui sunt. Perinde enim est ac si concluderet, Apostolorum animæ uiuunt in cœlo, corpora dormiunt in terra. Ipsorum igitur corpora adhuc loquuntur, scribunt agunt quæ quid agebant antequam morerentur. Concionabantur, scribebant. Ergo & concionantur & scribunt etiamnum in cœlo. Ecquis non uidet cœlesti stropham *Ἰσθὶ τὸ ἐπιπέδον;* Vt enim mors à uitæ loto discrimine differt, ita uiuentium mortuorum actiones iisdem discriminibus distinguuntur. Curant alij pro alijs fideles, dum in hac uita uersantur, quia communi necessitate uitæ inter se continētur, & obeunda sunt uocationum munia, quæ omnia non cadunt in mortuos, & uita & uitæ muneribus planè defunctos.

Tertia, Hayum mala fide exscripsisse Hieronymianum testimonium, quod non modò decerpit sed etiam miserè discerpit, tesselas impudentè extricans, quemadmodum è loci collatione perspicuum est.

Quarta, Hoc quoque Hieronymi testimonium Pontificio idolo quod Hayus tuetur, de Sanctorum reliquijs adorandis, perspicuè repugnat. Negat disertis uerbis Hieronymus, ut maximè absurdum, Sanctorum reliquijs esse adorandas. Pontificij illas impensè adorant. ecquid enim est Adorare, quàm id facere quod illi in hoc genere faciunt: Flexis genibus ad illa supplicare preces fundere, auxilium & remedium petere. Cornicum oculos configis, Hay, si hoc negas. Negat Hieronymus cereos in Ecclesijs interdum accendi, sed noctu tantùm ut noctis tenebre in liquo solatio temperentur: at uestra fana cerea clara luce emicant, ut cæcos esse constet eos quæ

bus accenduntur. Ait Hieronymus vel hominum imperitiæ vel mulierum religiosarum simplicitati hoc condonandum esse. Cur igitur omnibus omnium ordinum hominibus cereos accenditis, maiorumque gentium familiis maioribus cereis tanquam dignioribus stemmatis vultis esse illustriores, imperitiæ nimirum (si Hieronymum audimus) aut muliebris simplicitatis infamia notiores? Cur denique iuventutem ad capeffendum eruditionis lumen fidei vestræ concreditam, his auspiciis inauguratis, vt cæreorum faculis tanquam veneficorum rædis (quemadmodû in Pharmaceutria poetæ memorant) fascinatam, & cæcitati errorique destinata, vestris artibus planè cæcam amandem domum?

Ex his igitur ecquis oculatus non videt, & hanc esse Hieronymi magni alioqui viri paleam veritatis igne comburendam, & eam tamen Romanæ meretricis præstigiis supra modum auctâ, fœdèque Iesuitarum fascino in dies magis ac magis impudenter augeri, vt eos fallant qui volunt falli?

ATQUE hæc quidem ab Hayanorum παρρησιων & cauillorum quisquiliis satis superque: quam nihil respondere ad has nugas tam importunè affutas, & in rei quidem primariæ summo silentio, esset opportunè & commodè respondere. Hanc tamen operam Iesuitarum zelo placuit nauare εν τω εὐδυνῆς, vt operis supererogatorij meritum & mercedem mihi Pontifex nimirum decernat.

Tu verò, erudite & solers Hay, paleam Trâs-substantiationis cui ego quoque ignem submiseram, cur non eripis ab igne? Hic planè stupes. Vis eam, credo, comburi, & tuo silentio fateri di



136 I. QUEST. TERTIA PARS.  
gnam esse quæ in nihilum transsubstantietur. At  
tu consultius totam hanc tractationem  
in alium locum retulisti. De illa  
igitur nos suo loco  
videbimus.

\*\*\*



SVPE



SUPERIORIS RESPON-  
 sionis ἐπιεξεργασία, id est vberior accu-  
 ratiórque explicatio, eáque duplex.  
 Prima quidem κατὰ συνδασινὴν, osten-  
 dens qualis & quanta sit illa Ecclesie  
 autoritas, Verbo Dei à nobis defini-  
 ta: altera ἀπὸ συνδασινὴν, ea diluens quæ  
 & vniuersæ huic veritati solent op-  
 poni, & propriè in his Iesuitarum  
 assertionibus obiiciuntur.

PARS PRIMA

QUALIS & QVANTA SIT  
 ECCLESIAE AVTORITAS.

*Hanc ultimam Responſionis partem qua ad  
 Questionis accuratiorem notitiam ma-  
 xime conducit, è priori libello meo Le-  
 ctor recognoscat, ne actum agam: quia  
 ad eum nihil respondet Hayus, in gram-  
 maticis obseruatiunculis totus occupa-  
 tus, sicuti ex ipsa lectione perspicuū est.*

---

HAYVS.

*Quàm lepide lexeis composita, vt tessera om-  
 nes, Sed suo modo, sua. Certè si cum V alla tibi*

res esset, te cum suo & sua Poggio in pistrinum mandasset. Pag. III,

## SERRANVS.

Tricæ Ie-  
suiticæ in  
futili ver-  
borû vel-  
licatione.  
Suus

Bona verba, quæso, mi Latinator! non enim tu asinus es, ego sum pistrino aptus. Num Ciceronem in pistrinum amandabis, quod dixeris *Suus eum propriisque criminibus accusato? & Verbis & gentem propriis & suis. & Expendere oportet quid quæque habeat sui? Num Terentium, Suus unicus mos est? Num Virgilium, Trahit sua quemque voluptas? Num Catullum, Suus cuique attributus est error? Num clarissimos Iurisconsultos, apud quos hæc sunt vitæ formulæ, Sui heredes & necessarij. & Sui iuris, sue potestatis? Num denique ipsum Gregorium Magnum pontificem, vel ipsum Gratianum qui hæc illius verba in canonem retulit, Ad eius verò contubitum vir suus accedere non debet, quousque qui gignitur, ablatetur. eadem enim figura dixit, qua Suus heres. Hoc ergo, Iesuita, pistrinum maximè capax esse debuit, ad quod omnes omnium ordinum homines sunt amandandi. Neque te puder impudentiæ & inscitæ tuæ? Dixeram ego, *Triques, talis est, Verbo & Ecclesiæ tribuenda quidem erat autoritas sed suo modo sua. id est propria & legitima, ex his gradibus quos antea descripsi. Suo modo, formula est dicendi in scholis trita. Snam autem autoritatem Ecclesiæ tribuendam dixi, id est propriam, legitimam, germanam, quæ ei quadret & conueniat. Quidnam hîc est, Aristarche, eruditus auribus insolens? Vallæ aures certè non reformido, neque procacitatem tuam. Hæc si legeret Valla non latinæ tantùm linguæ, sed veritatis peritus, (quemadmodum ipsius scripta testantur) sic de te pro-**

te pronuntiaret: Est Hayus in disputando suus: <sup>cc</sup>  
 res prætermittit, in verbis carpendis ridiculè cu- <sup>cc</sup>  
 riosus: at ex tota disputatione perspicuum est, <sup>cc</sup>  
 suomet illum more præcipitem ire: quippe qui <sup>cc</sup>  
 rerū imperitus, nihil habeat quod rebus oppo-  
 nat, & expugnari non possit veritas. Quòd si ego  
 dicerem, In me frustra reprehendo Hayus sequi-  
 tur morem suum: boni viri qui te norunt, dubita-  
 réntne quidnam ego intelligerem? An te more  
 tuo nugari, in apiculis verborum consectandis  
 imperitè occupatum? an te impurum & brutum  
 Apostatam, *Suum*, id est porcorum in morem, ad  
 cœni volutabrum turpiter immergi, vt sensus  
 communis expers, aduersus veritatem frustra  
 obgrunias?

---

 H A Y V S.

*Cuperem vt nobis aperires vernacula & dome-  
 stica nobis prorsus incognitas artis insidias. pag. III*

---

## S E R R A N V S

Vernaculæ & domesticæ vobis artis insidias <sup>Vernacu-  
 læ Iesuita  
 rû artes.</sup>  
 hæc disputatio patefecit, infinitas quidem illas,  
 & auitis Sophisticæ vestræ commentis, & tua,  
 Hay, versutia: at vt variè dispersas vno quasi ob-  
 tutu eas peruidere Lector possit, ad libri istius  
 calcem illarum commentarium apponam.

Pessimum verò ignorantix genus est, animi  
 lethargia, qua laborant illi qui dicunt, *Num & nos  
 cœci sumus?* Nos quidem non fallent insidiæ tuæ, at-

tu minùs falles veritatem, aut Deum veritatis  
sue vindicem.

---

H A Y V S.

*Nos maximopere mouere debet ne vestris vir-  
gis quas Scriptura testimoniis confirmare conami-  
ni, contra Ecclesie decreta fidem habeamus: quum  
& Demon ex Scripturis impietatem Domino per-  
suadere contenderit.. &c. Pag. III.*

---

S E R R A N V S.

Argumen-  
tum Iesus-  
ticum.

Te sanè Iesuita dignum, Hay, argumentum:  
« Diabolus abusus est Scriptura aduersus Christu.  
« Ergo non est vtendum Scriptura. vel certè, Chri-  
« stus malè vsus est Scriptura aduersus Diabolum.  
Vsus ab abusu distinguendus est: neque idcirco  
culpandum est vinum, quòd vino ebrij aburan-  
tur. Verum hac de re & dixi copiosè in tertio An-  
ti Iesuita quem Scoticis, id est *σκοτικῶς* tuis que-  
stionibus opposui, & infra dicendum erit suo lo-  
co. At tibi placent mirum in modum diuortia &  
repetitiones.

---

H A Y V S.

*Na tu Rhetor magnificus es, dicens quàm ma-  
gnifica! Sed nonne sapientius fecisses, si versione  
contentus esses communi, *δεδοξασθῆναι ἐκαλήθη ἀπὸ  
σου*, habent LXX. Neque ab Hebraeis codicibus  
petes*

petes subsidium, quum etiam ipse Vatablus, quem unum aliquando communi versioni soles antepone-  
 nere, praeclara non magnifica, ut tu, interpretetur.  
 Pag. III.

## SERRANVS.

At tu minus esses insipiēs, si de re tibi incognita tam audacter non loqueris. Vocem Hebræam מְגַלֵּינָא idcirco malui vertere, Magnifica, quod Magnificū siue μέγαν γαλήιον, eam sic interpretatus sit Lucas, commodus profectò interpres, nam vertit μεγαλέια quæ vox præclari siue gloriosi vocabulis non rectè exprimitur, vt norunt vel mediocriter in Græca lingua exercitati. Vox etiam Hebræa gloriæ magnitudinem siue pondus repræsentat, כבד. nam & grauitatem & immensum gloriam significat: vt sit sententia, Nihil nō honorificentissimum de te prædicatur.

## HAYVS.

Non video quorsum has duas Scripturæ sententias nobis obicias, nisi velis Christi Ecclesiam factam esse meretricem: quod si sentis, planè impius & indignus es, qui in Christianis numereris. Accipe sententiã verborum Isaia ex D. Hieronymi commentariis. Miratur Isaias spiritu quòd ciuitas quæ quondam fidelis fuit, vel fidelium receptaculum, subito facta sit meretrix: quod quidem: & in Isaia temporibus intelligi potest. Sententia ergo Isaia de Christi Ecclesia intelligi non potest. Pag. III. & II.

## SERRANVS.

Perfpicua  
diftinftio  
Ecclefie vi-  
fibilis & in-  
uifibilis, ab  
Hayo in-  
uoluta no-  
uis tene-  
bris.

Id videres, Hay, nifi te vltro obcoecares: æqua enim eft in verbis meis nifi à te affectata dubitatio? Sic igitur habe, quandoquidem tuam cæcitatem fateris. Bifariam à te peccari dicebam. Primum in primordio difputationis, quum Ecclefie nomine, Papatum veteratoriè subinducebas. Deinde, quum infinitam quandam autoritatem Ecclefie affingebas, vt de Verbo Dei pro fuo arbitrio ftatueret, quidnam videlicet habendum fit pro Verbo Dei, & quænam fit vera illius fententia: ac proinde quum Verbum Dei Ecclefie fubiiciebas. Dixi igitur primum omnium definiendam effe Ecclefiam, quum conftet veram Ecclefiam maximis næuis aliquando laborare, externamque illam vifibilis Ecclefie faciem commutari. Ideo vt varias viciffitudines oftenderem quibus Ecclefia vifibilis percellitur, adduxi duo testimonia Scripturæ quæ de illis mutationibus concionantur. Vnum enim, Ecclefie fingularem dignitatem autoritatè que luculenter docet: alterum verò, horribiles mutationes quæ in Ecclefiam cadunt, graphicè depingit.

IPSA autem Ecclefia inuifibilis, electorum cœtus, nunquam mutatur: at vifibilis & exterior quæ hypocritas cum fidelibus permixtos habet (quemadmodum diximus fuo loco) variis mutationibus obnoxia eft: quemadmodum testantur sacræ hiftoriæ.

Hanc effe veram germanamque Efaïæ fententiam, illa quoque Hieronymi quam proferes, interpretatio perfpicuè testatur. Efaïæ enim temporibus Ecclefiam valdè fuiffe corruptam ex variis ipfius querelis apparet: at eo tempore quum  
Chri-

Christus in has terras venit vt Redemptionis nostræ mysterium impleret, qualis erat miseræ Ecclesiæ status & facies? Rectè igitur vltimum illud tempus notat Hieronymus, quemadmodum etiam fuerat à Iacobo patriarcha, & ab ipso Esaia prænuntiatum.

Quàm igitur crassa est & impura imperitia tua, magne Theologe, qui arbitraris Christi Ecclesiam Esaia tempore non extitisse? Eccuius ergo? Vna fuit post natos homines, est & erit Ecclesia: & Patres in eodem Christo baptizati sunt, eandem escam, eundum potum spirituales habuerant, eiusdem verbi eorundemque Sacramentorum ductu atque auspicio ad eandem immortalis vitæ hereditatem aspirarunt. Tu verò, Magister in Israel, vel turpiter ignoras, vel sceleratè negas axioma Christianum ipsis pueris notum, & Ecclesiæ verum elogium.

Abfurda  
Iesuitica.

---

H A Y V S.

*Quod attinet ad verba illa Psalmi, Quàm magna de te dicuntur Ciuitas Dei, D. Hieronymus de Christi Ecclesia dicta esse existimat, sed vt demus de Hierusalem Dauidem loquutum esse, confice ex his duabus Scripturæ sententiis, captionem à dicto secundum quid ad dictum simpliciter: doce vtra ex his duabus sententiis in ciuitatem Hierosolymitanam secundum quid, conueniat & vtra simpliciter. Pag. III.*

---

S E R R A N V S.

*Hierusalem fuisse veræ Ecclesiæ typum, docet*



Galat. 4.  
25.  
Hierusalē  
Ecclesiæ  
typus.

Apostolus: qui tamen *τὴν αἴαν*, id est sublimem & cœlestem, distinguit, *καὶ τῆς νῦν*, id est ab ea que nunc est, externa, visibilis, hypocritas cum filiis permixtos habēs. Ita in allegorico illo (vt inquit Apostolus) dicendi genere, Hierusalē & Ecclesiā dicuntur *συνωνύμως* & vniuocè pro eodem: allegoriam enim veritati *συσχεῖν*, id est respondere Paulus ibidem docet. At geminam eiusdem Ecclesiæ faciem & notionem distinguendam esse, è superiori doctrina perspicuum est. His ita constitutis, quando ito vis, Hay, ostendo vestram illam captionem siue fallaciam à *Dicō secundum quid ad dictum simpliciter*: & si doceri potes, vt rogo doceo te quomodo hæc & Hierosolymitana ciuitati & Ecclesiæ peræquè conueniant, vt vniuocis consentaneum est.

Hierusalē vocatur ciuitas Dei, & ne de mœnibus siue ædificiis id tantum videretur dici, à ipso populo cuius Deus sit Deus, exponit Scriptura. Sacerdotes & Pharisei vt Ecclesiæ externi primores & antistites, vt veri Aaronis iuuccellares, id simpliciter interpretabantur de se, è quorum ore legem exquiri iusserat Dominus: & vt Ecclesiæ iudices solo nomine sibi volebant credi, dum sua commenta obtruderent: Christum aduersaretur, vt Legis & Ecclesiæ hostem persequerentur. Ita vocantur *Aedificantes*, licet lapidē fundamenti reprobauerint. Pharisei igitur dum Christum oppugnarent, iudebant hoc genere fallaciæ, & hoc nomine struebant insidias veritati: quum non simpliciter & absolutè essent custodes Ecclesiæ, aut Legis interpretes, sed quatenus se Christo submittebant vnico Ecclesiæ capiti & pastori, Legemque è Lege & Prophetarum interpretabantur. Eisdem eiusdem planè insidias struebant.

Papatus, eodem Ecclesiæ nomine, Iesuitis administris, qui Scripturæ de Ecclesiæ dignitate elogia crepant: & quum Ecclesia vocetur mater fidelium, columna & firmamentum veritatis, dicunt, Ecclesiam statuere de rebus fidei, legesque dicere conscientiis. At illa de Ecclesiæ auctoritate dicta non debent aut possunt intelligi simpliciter & absolutè, quasi solùm Ecclesiæ nomen sit satis, sed secundum quid, Vt nimirum vera Ecclesia primùm agnoscatur veris notis suis definita: & veræ etiam illius Ecclesiæ auctoritas circumscribatur, vt vera videlicet Ecclesia iudicet de rebus fidei è doctrina fidei, id est è Verbo Dei. Eodem dolo ludebat Satan aduersus Christum, *Deince te ipsum deorsum, nam scriptum est, Quia Angelis tuis mandabit de te, & ipsi tollent te in manus.* Hoc est verum secundum quid, quatenus videlicet vias nostras, id est vocationem nostram sequemur. idcirco parenti vestro Logicę vestrę architecto respondit Christus, *Non tentabis Dominum tuum:* sic quoque vobis respondebimus, Definita veram veris notis Ecclesiam: illius auctoritatem Verbo Dei circumscribite: tunc verò eam amplectemur, eam colemus, ei nos vt matri obsequentissimi filij nos submittemus. Habes argumenti nostri aduersus decipulas vestras *andrew* à te expeditam.

Matth. 4.

HAYVS.

*Deinde præclaram de Ecclesiæ Christi auctoritate sententiam subiicis. Pag. 112.*

SERRANVS.

Præclarissimam omnino, quia verissimam.  
k. j.

Tu verò quidnā præclaræ illi sententiæ opponis

## HAYVS.

*Si nouis erroribus Christi Ecclesiam noui homines inficere non cessant, Quam verò noua decreta conduntur, quæ errores condemnant, & fides omnibus explicatas proponunt: non propterea noua fides in Christi Ecclesiam inducitur sed controuersie de fidei rebus sedantur. Pag. 112.*

## SERRANVS.

Iesuitæ  
dum volūt loqui  
linguam  
Chenaam  
balbutiūt

Petis principium, & absoluti illius doli tui infidias pergis struere: neque sentis trita esse fallaciz illius tuæ vestigia? Qui ad Ecclesiæ gubernaculum sedent, non debent silere, dum errores infeminant hæretici, Si filerent, essent canes muti, & importuni illius silentij pœnas Deus ab ipsis expolceret. Quum etiam noua decreta conduntur, quibus noui errores refelluntur & condemnantur, resque fidei explicatiùs proponuntur, non propterea noua fides in Ecclesiam inducitur, sed vetus & vera doctrina aduersus errores recens natos defenditur, & controuersie propter religionem excitatæ sedantur. Quorsum verò hæc? Tu nostra inculcas. hæc enim sunt nostra, hæc nostris verbis explicasti. Verùm non arbitraris nobis patere tuos dolos? Explica igitur quidnam sit Ecclesia, quinam & quomodo ad Ecclesiæ gubernaculum sedent: ecquos voces hæreticos, ecquam vel veterē vel nouam doctrinam. At Iesuiticæ Logices validissimum argumentum est ab Homonymia: sicuti Theologiæ Iesuiticæ demonstratio est, Pseudonymia.

HAYVS.

## HAYVS.

Tandem Ecclesiam in ordinem redigis, quum ipsam simpliciter veritatis custodem & interpretem esse negas. Inficiari non poteris, quin & Synagoga Iudaorum, qua pro vera religione superstitionem colit, sit secundum (ut tu loqueris) custos veritatis Omnia qua vos Calviniani in veteri Testamento probatis, conseruans. Interpretandi quoque minus eis, credo, Iudais non negabis. nam ex Terentio, Cicerone, Casare, Demosthene, Aeschyne, Xenophonte, Platone, ethnicis hominibus Latini Graecique sermonis cognitionem habuimus, ut sacras literas Graecè Latinèque scriptas facilius percipiamus, ita Hebraeorum vocabulorum vim & intelligentiam ex Rabinorum אִשְׁרָאֵל nos petere, imò & reconditos sensus cum Christiana fide non repugnantes. Quare Iudaorum Synagoga erit secundum quid sacrarum literarum interpres. Pag. 115.

## SERRANVS.

Pergit Hayus ludere praestigiis suis, ut ostendat Iudaorum Synagogam peraeque ac Ecclesiam Dei esse custodem & interpretem veritatis: quod & veteris Testamenti codicem conseruet, & intelligendi Scripturas rationem & in verbis & in rebus sumministret. Id autem idcirco dicit ut ostendat me Ecclesiam redigere in ordinem. De quo Iesuitismo mox videro. at nunc

Respondeo, Duplici fallacia Hayum ludificari veritatem, Homonymiae & Accidentis: dum res

& verba rerum notas & tesseras Sophisticè confundunt.

*Ecclesia Dei quomodo dicatur custos & interpretis veritatis.*  
 HOMONYMIÆ dolus in eo est, quòd illud dicendi genus, *Custodem & interpretem esse veritatis Christianæ Ecclesiæ & rebellium Iudæorum Synagogæ* peræquè tribuat, propter *ὁμοιοχημασίαν*. Idem quidem titulus vtrique tribui potest: sed tam vario discrimine, quanto Ecclesia Christiana à Iudæorum Synagoga distat. Quidnam igitur *Custodem & interpretem esse veritatis*, primùm omnium explicandum est, vt discrimen in communi attributione perspicatur.

Rom 3.  
1. Tim 6.  
20.

Apostolus hoc fideli Iudæorum Ecclesiæ tribuit priuilegium, quòd Dei veritas ipsius fidei tanquam depositariæ sit commendata. sunt enim hæc ipsius verba, *Οτι ὅτις δίδου τὰ λόγια τῆς Θεοῦ* & Timotheum alloquens, *Ὁ Τιμοθεε, inquit, ὀφείλεις ταθήκην φύλαξον*, depositum serua, veritatis nimirum tuæ fidei commissæ. Hac autem figura nihil potuit dici luculentius. sicuti enim res ipsa boni viri fidei committitur, non vt quidpiam in ipsa immutet, sed vt eam bona fide sartam retamque tueatur: & furtum est planè sacrilegium. Depositi interuersio siue immutatio: sic Deus Verbi sui tabulas Ecclesiæ suæ fidei commissit, hac lege vt sacrosanctum illum thesaurum optima fide custodiat, nihil vt in eo immutet, nihil addat de suo. Sic è Scripturæ verbis Ecclesiam vocauit *Custodem veritatis*: *Interpretem* autem, quòd ita veritatem custodiat vt & eum intelligat, credat, interpretetur, illustret, propaget, ad posteritatem transmittat. Hactenus Ecclesiam appellauit Apostolus *σύλον & ὑπὸ στήλαι τῆς ἀληθείας*: id est firmamentum & columnam veritatis: non quòd ea iniat ut Veritas, sed quòd ipsa Veritate inniten, ea mfideliter conseruet, interpretetur, fidei auribus

auribus animisque deponat, aduersus hominum vanitatem defendat, vt sospes sit & incommutabile per omnes mundi confusiones sacrum illud veritatis depositum. Sic me verò meum illud *Secundum quid*, quod mihi per probrum, Hay, obiectas, satis limitasse, eruditi vident.

Quomodo verò rebellium Iudæorum Synagoga adultera & repudiata, hos titulos feret? *Quæuis* certè & impropriè. Custodit enim illa veteris instrumenti codicem, non vt doctrinam quæ in eo continetur, credat & amet, (quum Christum Legis finem summo odio prosequatur) sed tanquam seruus vestibularius ædes siue thesaurum in ædibus custodit. Verba autem Scripturæ grammaticè, resque historicè interpretatur, in rebus cæca, rerum corticem consecratur, id est velamè cordi impositum est, videndo non videt, incrassatum est & infatuatum eius cor, Legis libri sunt illi clausi & obserati, verba deniq; legit, non verbis comprehensam non intelligit.

Duplicem autem esse interpretationis rationem, notum est, Verborum & Rerum. Verborum notitiam dicit Grammatica & Vfus, bene loquendi magister: Rerum autem cognitionè suarum vnaquæque scientia suppeditat. Ecclesia igitur vt Dei sui voluntatem in ipsius Verbo expressam norit, vocum notitiam haurit è linguarum vsu quibus Prophetæ & Apostoli, Verbi illius scribæ, illam Dei voluntatem literis commendarunt, Ita ait Augustinus, vt veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda est, ita nouorum veritas Græci sermonis normam de siderat. Quòd autem Christianæ antiquitatis bona pars latinè loquuta est & scripsit, idcirco harum linguarum cognitionem ab illorum magistris nos haurimus. At rerum suarum cognitionem Ec

Quenā vtilitas è Rabbino rum scriptis ad nos redeat.

Duplex ratio interpretandi.

clesia num è Platone, Aristotele, Cicerone, ceterisque ethnicis scriptoribus: num è Talmude & Cabbala Iudæorum, Iesuita, mutuabitur: an potius rerum suarum certam solidamque cognitionem è suæ Theologiæ penu salutariter depremet? Vt duplicem igitur rerum sacrarum custodiam, ita interpretationem eruditus Lector videt, quam quum Homonymiæ inuolucris confudit Sophista, liberam cum serua, heredem cum peregrina, castam Sponsam cum adultera commiscens.

Itaque Homonymiam comitatur ACCIDENTIIS dolus: perinde ac si vestibulario seruo Praetor ædes siue thesaurum heredis addiceret, quod illarum rerum sit custos: aut Homerus, Anacreon, Terentius, Catullus, sine commodi interpretes Scripturæ, quod illi Græcam linguâ, hi Latinam optimè tenuerint, aut Plato & Aristoteles, sine adoptadi iudices idonei rerum Theologicarum, quod Metaphysicæ (quam Theologiam appellat) subtilissimè tractariat. Abi igitur, Sophistarum importunissime ad adulteram illam Iudæorum Synagogam, quam Christianæ Ecclesiæ blasphemiarum tuarum fallaciarum fucis vis equare & scito filios Ecclesiæ matrem à serua nosse dignoscere: ut illam propriè & verè custodem interpretemque veritatis amplectantur, hanc sacra quidem illa nomina iactatè, sed illis impudentè abutentem toris animis execrentur: & tuam perditè & sceleratè nebulo, audaciam & proceruam, qui præfricta fronte sacra profanis miscere sus deque habes, detestantur.

Quidnam verò tibi est, magne Theologe, Ecclesiam in ordinem redigere? Viline eam sine ordine variari? Certè si omnia debent ordine fieri in Ecclesia Dei, (ut inquit Apostolus) perspicuum profectò est,

Insignis  
blasphemiam  
Hayi.

quod est, Obedire Verbo Dei, fide illius custodita, & germana sententia fideliter seruata, esse caput illius ordinis, sine qua stare Ecclesia non potest.

## HAYVS.

*Ecclesia non seiungitur à Christo. Vnde inanis est illa tua cauillatio, Neque ipsa de veritate statuit, vt illud planè sit verum & rectum ipsa ex se constituerit. Adest enim perpetuò Ecclesie Spiritus sanctus. Quare non minus rectè in sedandis fidei aut morum controuersis, Ecclesia iam potest usurpare Apostolicum illud, Visum est Spiritui sancto & nobis. Pag. 153.*

## SERRANVS.

Est fallacia *Compositionis* vel potius confusionis. Non orat Ecclesia, dū sequitur Verbum Dei. ea enim confundis quæ sunt distinguenda. Vera nimirum Ecclesia sicuti non seiungitur à Christo, ac proinde ipsius vocem audit, ita nihil agit ex arbitrio suo: sed vocem peregrini detestatur, Sponsi & Redemptoris sui voci tota acquiescit, ab eius mandatis ne latum quidem vnguem discedit vnquam. At hypocritæ & Pseudoprophete in Ecclesia sedentes eiusque nomine abutentes, doctrinas peregrinas & mendacia pro libidine corrupti iudicij sui intrudunt, specie veritatis. Tu verò, Hay, Ecclesie nomine, quos libet falsos Doctores induces: nobis que de integro repetendum erit disputationis antegressæ principium vt *κατὰ λόγον* tuis nugis indulgeamus? Distingue igitur veram Ecclesiam à *ψευδώνυμο* & e mentita Ecclesia, & verum erit, Spiritum sanctum perpetuò adesse Ecclesie suæ: rectus quoque erit vsus illius formulæ Apostolicæ, *Visum est Spiritui sancto*  
k. iij.



Hactenus  
Ecclesie  
adeft Spi-  
ritus Dei.

*& nobis*: dummodo doctrina Apostolica retineatur: quam quum Papatus ( quantum in se est ) evertat, Diabolorum doctrinis in eius locum suffutis, dicat, *Vifum est Satane & nobis*: & vera erit & Categorica enuntiatio.

## H A Y V S.

*Ad hec vis Ecclesiam ex indubitata veritate verum à falso diiudicare. Si extra Scripturam ( ut vos vultris ) nulla est planè homini Christiano necessaria Veritas, quid opus est nouam hanc Regulam, verà à falsis distinguendi, nobis tradere?*  
Pag. 113.

## S E R R A N V S.

I. Ioan. 4.  
Examen  
Verbi  
Dei.

Ioannes respondet, *Dilecti, ne cuius spiritui credite, sed probate spiritus an ex Deo sint. nam multi pseudoprophete venerunt in mundum. Quamuis ergo extra Scripturam nulla sit salutaris doctrina, illius tamen examen instituendum est, vt & vera confirmetur doctrina, & falsa refellatur. Idcirco amouenda est illa regula siue amissis Veritatis, vt exploretur an id quod è Scriptura depromitur, sit ipsius principiis ἀλόγον & consentaneum. Hic maximus est & planè necessarius vsus illius Regulæ ad diiudicandam veritatem à me notatæ.*

## H A Y V S.

*Si dixeris veritates omnes Scriptura consen-*

taneas, ex ipsis Scripturis necessario esse diiudicandas, concludam, non omnia, quibus fidem habemus, in Scripturis reperiri. nam his consentaneis, quum verisimilia sint, fidem & vestram Sectam adiungere suspicor. Pag. 113.

## SERRANVS.

Ego verò, Hay, non tantum suspicor, sed credo te nescire quid dicas. quod enim verum est, non est tantum verisimile, vt tu ais. Doctrina Scripturæ <sup>et</sup> <sup>consentanea</sup> & consentanea, ex fidei analogia enucleatius copiosiusque explicanda, quidni sit vera, quum iisdem principiis innitatur? Verum quum hac de re supra egerim copiosè, neque æquum est me tibi tam sæpe indulgere, hoc tantum dicam: Veram & salutarem doctrinam è Scripturæ principiis propagatam, nõ minus ad Scripturam quàm formalia ipsius, vt loquuntur, testimonia pertinere, etiam si totidem verbis in Scriptura minime comperiat: quum non modò ex eodem fonte manet, sed eadem quoque sit substantia & veritas, neque possimus vna esse veritas, ne veritates quasdam (vt Iesuiticè loquereris) in salutis nostræ doctrinæ imaginemur. Exempli causa. Quæcunque pij & orthodoxi Ecclesiæ Patres aduersus Arianos de trinitate piè & verè scripserunt, disertis quidem verbis in Scriptura non reperiuntur, æquis tamen sanus neget illam doctrinam Scripturæ consentaneam, ad Scripturam non pertinere? Perinde est omnino ac si quis dicat, Aquam è fontis scaturigine per riuulos secundo alueo manantem, non esse veram sed verisimilem aquam fontis, neque in fonte reperiri. Nam sarcasnum illum tuum siue virulentum

Disertior  
explicatio  
Scripturæ  
per  
Scripturam  
Doctõrũ  
ministe-  
rio insti-  
tuitur.

siue vinolentum, sic refellit Veritas: Fidem suam sectam Iesuitarum ad Diabolum mendacij patrem, non tantum verisimiliter, sed verissime referri.

## H A Y V S.

*Postmodum appositè sanè diuinis laudibus matrimonium ornas. Pag. 113. 114.*

## S E R R A N V S.

Per appositè. sic enim loquitur Scriptura, & instituti sermonis ratio id postulabat. Certè quum explicanda esset Ecclesiæ autoritas, non poterat aptius repræsentari quàm Scripturæ verbis, quæ sacram illam coniunctionem quæ nobis cum Christo intercedit, matrimonij simili daret. Sic Christus, sic Ioannes, sic Paulus loquuntur. Huius sacri matrimonij extant luculentæ descriptiones in Psalmis, & in Cântico Canticorum. Christus est sponsus, Ecclesia est sponsa: ac proinde ille imperat autoritate maritali, hæc obtemperat vxorio obsequio. Suo tamen modo Ecclesia imperat, vt illorum nimirum mater quorum Deus est pater: hætenus verò, ne contra mariti voluntatem & mandatum, non modò suis imperet quicquam, sed ne sine diserto quidem illius mandato, è Sponsi sui Verbo leges suis indicens quæ sunt ratæ, quatenus è Christi verbo conformatur: Ecquid dici potuit aptius aut illustrius ad Ecclesiæ autoritatem describendam?

Tu verò, Hay, pro more institutoque tuo appositissime, te primaria prætermittas, ad peregrina diuortia

Mattimo  
nij simile  
adhibitu  
ad sacram  
Christi cū  
Ecclesia  
sua coniū  
ctionem  
repreſen  
tandum.

diuortia elaberis : & , vt olim Protagoræ aiebat  
 Socrates, *ἔυγε τὸ μὲν λέγειν ἀδύνατον, παρεντέχεις.*  
 Quorsum enim de matrimonij & virginitatis  
 comparatione hæc tam altè repetita : quum de  
 Ecclesiæ autoritate agatur, quæ Matrimonij simi-  
 li tantùm hîc illustrabatur ?

## HAYVS.

*Quid respondebis Apostolo dicenti, Qui matri-  
 monio iungit virginem suam, bene facit: & qui non  
 iungit melius facit? Certè si virginitas est matri-  
 monio preferenda, erit aliquid præclarior familiae  
 ex communi viri & uxoris sententia, administra-  
 tione. Pag. 117. & 118.*

## SERRANVS.

Nihil Apostolo, sed tibi Apostoli testimonio  
 abutenti respondebo , Te duplici stropha ludifi-  
 cari veritatem, Ignoracione rei siue sententiæ : &  
 Vocis: quam *διανοίας ἢ λέξεσ' ἀγνοίας* appellant.

Primum , vox illa MELIVS non significat æ-  
 quius , honestius , rationi magis consentaneum ;  
 sed, vtilius, commodius, consultius: vt sit sensus,  
 Virginem continentia dono præditam, ac proin-  
 de quæ carere viro honestè possit, meliori loco  
 futuram, si non contrahat matrimonium. Hæc e-  
 nim exceptio adhibenda est ex sempiterna lege,  
*Suam quisque uxorem habeat, & proprium quæque ha-  
 beat virum :* & seipsum interpretatur Apostolus,  
*Hoc autem dico commodo vestro:* id quoque relinquit  
 in arbitrio & potestate parentum,

Quomo-  
 do melio-  
 rem ma-  
 trimonio  
 cœlibatū  
 Paulus dicit  
 xerit.

Deinde, quod secundum quid dicitur, id simpliciter & absolutè interpretaris, quasi meliores famelioresq; viros siue mulieres cœlibatus efficiat, matrimonium contrà deteriores, quàm id sit adhibita illa limitatione intelligendum, Quod expeditiores homines cœlibatus efficiat, ideòque ad Dei obsequium vocationisque munia obeunda aptiores, qui enim maritus est vel quæxor est, in familia curanda sic occupatur, vt de Dei colendi studio aliquid decìdat: contrà, qui quæxor cœlebs est, in Dei obsequio liberiores animum operamque impendat, vt exponit Apostolus.

Denique, eòdem quoque dolo in meis verbis præuaricaris. non enim matrimonium cæteris viuendi generibus antepono, sed matrimonij præstantiam ostendo dicendi genere de medio petito: vt sit *melius aut præclarus*, id est bonum & præclarum ac proinde sit sensus, Matrimonij maximam præstantissimamque esse vtilitatem in societate generis humani: ex aureo illo axiomate: *Non est bonum homini vt sit solus.*

---

#### H A Y V S.

*Disce queso ab iis qui moralem Philosophiam tractarunt, quid sit administrare Ciuitatem, Reipubl. Regnum, Imperium, ac tum primum contendere nihil esse in hominum vita, familie administratione præclarus. Pag. 118.*

---

#### S E R R A N V S.

Didici in Academia & Peripato, Matrimonium esse seminarium generis humani: familiam, & cetera.

& verum principium civitatis, regni, rei-  
 publ. omnis denique civilis administrationis fir-  
 mamentum, & immortalitatis cuiusdam imagi-  
 nem singulari Dei providentia & numine dispen-  
 satum; ac proinde omnium societatum princi-  
 pem & primariam, sic enim Aristoteles, *Τῶν δὲ  
 κοινωνιῶν οὐκία ἀρχή. Ἐξ ἀρχῆς δὲ ἀρχὴν συνδία-  
 ζεσθαι τοὺς ἀλλήλων μὴ δυναμίδους εἶναι.* quæ scintilla  
 est primigeniæ veritatis, *Non est bonum homini ut sit  
 solus.* & *Duo erunt in carne una.* hoc enim est *συνδιά-  
 ζεσθαι*, quod vocabulum significat duorum coniu-  
 ctionem & copulationem in unum, ut ipsis sit be-  
 nē. Hanc societatem à Deo ordinatam fuisse ali-  
 bi ait, distinctis naturis naturarumque functio-  
 nibus, ad hoc nimirum ut non modò humanum  
 genus sit, sed ut bene sit: & quum mortale sit in  
 suis singulis, in sua specie quasi immortale, ma-  
 trimonij beneficio, conferuetur. Plato enim, *Ἡ  
 φύσις φέρεται (inquit) ζῆται καὶ τὸ δυνατόν ἀεί τε εἶναι) καὶ ἀ-  
 θανάτου. δύναται δὲ ταύτη μόνον τῆ φύσει. Natura mor-  
 talis querit, quantum potest, semper esse & immortalis ef-  
 se. potest autem tantum per generationem, hætenus ni-  
 mirum immortalitatem, generationis vi, moliens &  
 præstans. Aristoteles autem è præceptoris doctri-  
 na luculentissimè, *Αὐτὰ δὲ φύσις ἀναπλεσθὶ ταύτη τῆ  
 αἰετοῦ τὸ ἀεί εἶναι. ἐπι κατ' ἀειδμὴν οὐ δύναται, ἀλλὰ  
 μὲν καὶ τὸ εἶδος, ἵνα το σφρακονόμηνται ὑπὸ τῆ θεῶν ἢ φύσις  
 ἐκτέρεται, τὸ δὲ εἰς καὶ τὸ γυναικὸς πρὸς τῶν κοινωνίαν.*  
 Simul autem Natura hoc circulo immortalitatem adim-  
 plet: quandoquidem verò id in singulis non potest, in specie  
 tamè ut præstat sic divino numine provisum est, ut utriusque,  
 viro nimirum & mulieri, natura ad societatem apta tribue-  
 retur. Et inter animantes homini videlicet vni ra-  
 tionis prædito, hæc quoq; coniunctio cum ratio-  
 ne tributa est, ne vagæ sint libidines in genere hu-  
 mano. Hinc matrimonium sancit ius Naturale:*

Matrimo-  
 nium ge-  
 neris hu-  
 mani prin-  
 cipium &  
 feminariū

Philoso-  
 phorū de  
 matrimo-  
 nio sentē-  
 tias exqui-  
 rit Hayo  
 Hæc ergo  
 eā hac de  
 re explica-  
 tionem  
 æquo ani-  
 mo legāt  
 eruditi, ut  
 à me ex-  
 tortam.  
 Arist. Po-  
 lit. cit. 1.  
 cap. 1.

Arist. Oe-  
 con. lib. 1.  
 cap. 3.

primùm, vt sit viri & mulieris copulatio: deinde  
 vt quisque suam vxorem, virum suum vnaque  
 que habeat. Ex hoc fonte apud Platonem illa ad-  
 uersus venerem masculam aurea manarunt: *Επι-  
 τέον ὅτι τῆ θηλείας & τῆ ἀρρένων φύσει εἰς κοινωνίαν  
 τῆς γυνέσιως, ἢ πρὸς ταῦτα ἰδόνη κτλ φύσιν ἀποδίδω-  
 σκεῖ ἀρρένων ἢ πρὸς ἀρρένας, ἢ θηλείων πρὸς θηλείων  
 πρὸς φύσιν κτλ πρὸς τὸν τὸ τόλιμμα εἶδ' ἢ ἀπράτων  
 ἰδούης.* Nimirum intelligendum est, eam esse naturalem co-  
 luptatem quum fœmina masculo copulatur, aut cum fœ-  
 nus fœmina, illam esse præter naturam: & summum anti-  
 cissimumque facinus, sœda voluptatis intemperie turpi-  
 mum. Aristoteles verò, Κοινωνία γὰρ φύσει τῆ θηλείων  
 τῶ ἀρρέωνι μάλιστ' ὄσιν. Naturalis est maris cum fœmine  
 copulatio & societas. At quum naturalis illa coniu-  
 ctio, sit humani generis firmamentum, eam quo-  
 que rationis vinculo contineri consentaneum  
 fuit. Inde matrimonij leges institutæ, vt Ciuium  
 vt Regnum, vt Respublica, vt denique omnis ho-  
 minum societas honestate & iustitia constitu-  
 tur & conseruetur. Aristoteles in Academia dicit  
 cerat à præceptore scelus esse in cōiugio, quum  
 coniuges per grinis copulationibus commisce-  
 tur. essentiam communem viro & vxori legem  
 Fidem & castitatem coniugio: ac proinde virum  
 & vxorem ita se comparare debere, vt vel quum  
 vnà sunt domi, vel quum abtunt, vtrique sit factis  
 data vtrinque fide de castitate & charitate ser-  
 ctè seruanda. Ita τὰς δὲ ἐξ ἐσωμοσιῶς sacri mate-  
 monij pestem esse teterrimam dixit. Hoc præce-  
 rè Aristoteles. Plato angustius & matrimonij le-  
 ges definit & primariam illius finem norat, Vt ge-  
 nus humanum perpetua serie conseruatum Deo  
 consecratur, ὡς καὶ τῆς ἀειθμοῦ φύσεως ἀντιθέσθαι, πρὸς  
 πᾶσι δὲ πᾶσι δὲ κατὰ λείποντα ἀεὶ τῶ θεῷ ὑπεριτάτοι ἀεὶ  
 αὐτῶν ὄντων. Oportere nimirum liberorum liberorum  
 re...

Arist. Oe-  
 con. lib. 1.  
 cap. 3.

Eiusdem  
 lib. cap. 4.

velinquendo sic naturam quasi sempiternam retinere, ut pro  
se quisque liberos sufficiat qui Deo semper obsequantur: ne-  
que desit unquam in genere humano qui Deum colat. Sa-  
cras autem matrimonij has leges esse vult quib.  
definiatur? *Ἦν τὸ μὴ ἀγγεῖλαι τὴν γυναῖκα ὡς τὸν κύριον ὡς τὸν  
ἐαυτόν, ὡς τὸ μέλος τοῦ σώματος, ὡς ἡ ἐκκλησία, ἡ ἁγία  
ἐκκλησία, ἡ ἑαυτὴν ἑαυτῷ προσκολλημένη, ἡ ἑαυτὴν ἑαυτῷ  
ἀποδοῦσα, ἡ ἑαυτὴν ἑαυτῷ ὑποτάξασα, ὡς ἡ ἐκκλησία  
τῷ Χριστῷ, ὡς ἡ ἐκκλησία τῷ Θεῷ.* *Ἔτι, ὡς ἡ ἐκκλησία  
ἡ ἁγία ἐκκλησία, ἡ ἑαυτὴν ἑαυτῷ προσκολλημένη, ἡ ἑαυτὴν  
ἑαυτῷ ἀποδοῦσα, ἡ ἑαυτὴν ἑαυτῷ ὑποτάξασα, ὡς ἡ ἐκκλησία  
τῷ Χριστῷ, ὡς ἡ ἐκκλησία τῷ Θεῷ.* Et, *Ἔτι, ὡς ἡ ἐκκλησία  
ἡ ἁγία ἐκκλησία, ἡ ἑαυτὴν ἑαυτῷ προσκολλημένη, ἡ ἑαυτὴν  
ἑαυτῷ ἀποδοῦσα, ἡ ἑαυτὴν ἑαυτῷ ὑποτάξασα, ὡς ἡ ἐκκλησία  
τῷ Χριστῷ, ὡς ἡ ἐκκλησία τῷ Θεῷ.*

Quid plura? neque enim nostri est instituti o-  
mnia commemorare ea quæ Philosophi in ran-  
tilla etiam veritatis luce, de matrimonij & fami-  
liæ laudibus luculenter scripserunt. Hæc paucula  
virgine Hayo prelibavi, tum vt sermonis circum-  
stantiæ satisfacerem, tum vt re à Iesuitis ipsis o-  
blata ostenderem, & quàm præclarè Politicis cū  
Scolasticis Monachis conueniat, & quàm vecor-  
des sint Thrasonum istorum animi qui de rebus  
sibi incompertis audeant vbique nullo iudicio  
garrere.

Itane Hay, in Ethicis & Politicis es versatus?  
Si matrimonium est generis humani seminariū,  
si firmamentum, si ornamentum, (vt omnis Poli-  
ticorum chorus semper docuit) ècquid in vita me-  
lius & præclarius esse potest quàm matrimoniū,  
sine quo neque Ciuitas, neque Regnum, neque  
Respubl. stare vllō modo potest?

Quamquam me hoc non dixisse comparatè, vt  
familiam cum publicis illis numerosisque socie-  
tatibus compararem, perspicuum est è meis ver-  
bis: sed vt è matrimonij laudibus, quum sacra  
Christi cum Ecclesia sua coniunctio illo simili il-  
lustretur, Ecclesiæ auctoritatem commendarem:



Hoc tamen verè etiam dici ratione à me limitata, ex ipsis Politicorū hominum, per quos Hayus invidiam mihi conflare moliebatur, testimonio probavi: at vt totidem verbis euincam, è Politicorum parente, id rectè dici etiam ostendo. Nihil enim ille,

Οδυσ. ζ.

— ἔ γ' ὅ τ' ἄγε κρείσσον ἢ ἀμείνον  
 Ἡ δ' ὁμοφρονέειν τε νόημασιν οἴκον ἔχοντος  
 Ἄνδρ' ἠδὲ γυναῖκα.

Nihil melius aut præstantius esse ait Homerus quàm quum vir & vxor communibus animis studiis familiam administrant, Audis Score-acæ, meorum verborum vestigia in ipsis Politicorum autographis fuisse comperta.

Ecquid verò de vobis Iesuitis Academia Peripatus constituissent, qui repudiato damnoque matrimonio cœlibatum commendarent, quum illi cœlibatum non modò damnarint, sed magnis etiam suppliciis coërcere sint conati, & ignominia potissimum pœna, vt matrimonium honorabile esse demonstrarent, atque adeò illud esse generis humani pestes, perpetua infamiam ta inurendos, qui impurum argumentum sancto matrimonio opposcentes, spurca libidinum incendia in mundum importarunt?

## HAYUS.

Sed vt intelligas Virginitatem multò antecellere Matrimonio, ascribam præclaram D. Chrysostomi sententiam: Bonum est coniugium: est etiam vobis, vt ob eam causam virginitas admirabilis, quod bonum est, melior existit. &c. Chrysostomus vt innumeros alios prætermittam, vnum admodum Gregorium Theologum, qui matrimonio præ-

quidem laudat, Virginitati tamen potiores par-  
 tribuit his verbis: Καθαεὶς εἶς (Græca enim  
 eius tibi magis arridebunt quàm latina) & μὴ τὸν  
 γάμον, εὐδὸς ὀκινῶν ὅ, ἐν τῷ τῶ σὺν γαμῶσι. ἢ ἴσ' ἐπεὶ ἡ  
 παρθενία πμωτρεζ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁ γάμος. &c. Si me-  
 lior est bono Matrimonio Virginitas, quomodo tui  
 nihil melius coniugio audes dicere? &c. Pag. 118.

S E R R A N V S.

Tu verò quomodò audes hæc tam sæpe incul-  
 care ad summum eruditorum fastidium? Chryso-  
 stomus & Gregorius cæteri que viri Apostolici,  
 de Apostoli sententia, aiunt virginitatem, id est  
 honestum cœlibatum, meliorem esse matrimo-  
 nio, id est vtiliorē, accommodatiorem ad vitam  
 sine sollicitudine & labore transigendam, vt simus  
 expeditiores & aptiores ad Dei obsequium.

Antiqui-  
 tatis de  
 matrimo-  
 nio do-  
 ctina ad-  
 versus le-  
 gitas de-  
 fenditur.

Prima igitur est fallacia, in vocis ignoratione, ha-  
 stenus à me explicata. nam Patres orthodoxi  
 cum Apostolo vocāt virginitatem meliorem ma-  
 trimonio, non quod æquiores aut iustiores homi-  
 nes reddat, sed expeditiores & liberiores ad Dei  
 obsequium, vt totos nimirum se huicvni dedant.  
 quod in domesticorum negotiorum distractio-  
 nibus fieri non potest, in quibus bonæ horæ sæ-  
 pe impenduntur. Quanquam & id comparatè di-  
 citur. non enim vel ab omnibus difficultatibus  
 planè liber est & immunis cœlibatus: neque o-  
 mnibus semper incommodis inuolutum matri-  
 monium. Certè vt matrimonium habet sua in-  
 commoda, ita & cœlibatus sua: at ἡ τὸ ἥπρον & τὸ  
 ἡδύον, secundum plus & minus, & ὡς ὅτι το πολὺ, vt plu-  
 rimum, Virginitas siue sanctus cœlibatus lōgè ma-  
 i.

trimonio liberior & expeditior est.

Secunda est, *Nugacitas*, id est, vt patrio vocabulo vtar, *Αδολεξία*, figura Sophistis familiaris, qui quum magna se dicere arbitrantur, nihil plane dicunt, nisi contra se. Quid enim dicunt sancti & orthodoxi Patres de virginitate siue cœlibatu quod non contra se faciat? Chrysostronus ait matrimonium esse bonum: Gregorius purum esse contendit, vadem se & sponsorem interponit, præstat puritatis siue sanctitatis illius periculum, se nuptiarum pronubum & auspiciorem profiteretur: pernegat matrimonium esse *τιμωσι* numerandum, id est inter res inhonestas. Qui id verò, nisi vt Põrificis Romani doctrinam ostendant Apostolorum & Apostolicorum Patrum doctrinæ aduersari? Si enim qui in carne sunt, Deo placere non possunt: & qui in matrimonio sunt, in carne sunt, quemadmodum Siricius Papa interpretatur: quomodo non erit matrimonium *τιμωσι*: ac proinde qui poterit Apostolica doctrina cum noua hac doctrina quam Iesuitæ defendunt, conuenire? Neque vides Antiquitate tuo gladio iugulari? Patrum enim testimonis à te citatis manifestè contradicis.

Tertia est, *Homonymia*, dum virginitatē ita commendas vt aurichalcum pro auro, prostituta planè fronte, impudentissimè obtundas. Sic cine enim tam extra te es, leuissime homo vt credas ignotos nobis esse eorum hominum mores qui in Papatu cœlibatum profitentur? Num vos quoque delicatulos Iesuitas inter virgines numerabimus? Cœlibatum vestrum nemo nescit esse fœdissimorum facinorum seminarium, fomitem, incentiuum, incendiū: virginitatis, castitatis honestatis omnis naufragiū, generis humani vomica & opprobriū. Ecquis enim vir honestus & prudens

dēs aut ecquę honesta & prudēs matrona, Iesuitę aut cuiuslibet Monachi siue alterius cuiusdā Pontificis caractere insigniri vmbra domi nō formidabit, cœlibumq; istorū domestica cōsortia patietur? Neque erubescit Iesuita ē Virginitatis illius antiquę laudibus suum cœlibatum commendās!

In summa, dico, Hay, te & Apostoli & Apostolicorum virorum testimonia ad Pontificij cœlibatus infamiam e mentitis nominibus impudenter prætexere: quum eadem sit illorum doctrina, *Honorable esse inter omnes coniugium: Deum autem scortatores & adulteros damnaturum:* ac proinde nihil impedit quominus & cœlibatui & matrimonio sua constet dignitas, quum verissimum sit Antiqui Patris dictum, *Matrimonium esse castitatem, & virginitatem sine matrimonio esse non posse.*

At quum tibi pro Apostolica doctrina responderim, æquum est vt tibi quædam vicissim rependam, ad quę peto à te responsum.

Primum est, Ecqua ratione Pontifex Romanus matrimonium iis propriè interdicat, quos suo caractere notatos sibi peculiariter consecrat, Ecclesiasticorum nomine designatos: vxore penitus illos spoliēt, concubinam illis permittat?

Secundum, Quidnam respōdebunt Apostolo qui matrimonij interdictum disertis verbis vocat doctrinam Diabolorum, impostorum & falsiloquorum hominum commentum? Si hæreticos quosdam notari dicūt sceleris istius reos, qui matrimonium prohibuerint, non vident se eodem & nomine & crimine censerī? Quum verò se, Ecclesię homines scilicet, & angustiori quadam nota insignes ē matrimonij sordibus eluant, qui non ceteros homines Laicos & profanos, in matrimonij sordibus volutari assument: ac proinde se matrimoniū illis intercidere qui sanctius au-

Pontifex Romanus matrimonij hostis, vt hac Diabolice doctrinæ nota se Antichristum ostendet.

gustiúsque quoddam viuendi genus in Ecclesia  
confectantur?

Iesuitæ  
cœlibes  
pulchrorū  
adoleſcen  
tū mali  
custodes.

Tertium si Iesuitas offenderit, à Iesuitis tamen  
verè diiudicari potest: est tamen huiusmodi vt  
magnam considerationem mereatur, & ab iis  
maximè expendi debeat qui suos Iesuitarum di-  
ſciplinæ fideique committunt. Num creden-  
dum sit carnos Iesuitas opimè enutritos (non  
miserorum Cappucinatorum in morem, herbis &  
verbis victitantes, sed melioribus cibus & vinis,  
quibus politius latinū in animos infundant, libe-  
raliter vtentes) non sentire carnis stimulos? Ac  
quum sint *μωρολόγοι*, & instituto quodam suo &  
vernaculo *μωρολογαίτες*, quidni sint *παιδεύσαι*, id  
est, carnis impetu, id impensius ament in quo  
versantur? Est quidem verum, sobrie & cordate  
Lector, ea quæ occultè ab istis fiunt, turpiter dici  
& eliminari: maiori tamen cum periculo obte-  
guntur illa. Cæca est superstitio, at perspicax ef-  
ſe debet parentum de filiis sollicitudo. Iesuita-  
rum cœlibum carnem in lauto aut certè com-  
modo victu ebullire, quis non credat? Filiam si

Hæc legāt  
ij qui suos  
Iesuitis  
cōmittūt  
erudien-  
dos.

exemplum & ratio euincunt, Iesuiticum esse  
*τὸ παιδεύσαι*. Ecquos enim salaciores hircos Car-  
raffa & Layola, Iesuiticæ factionis autoribus, So-  
doma aut Gomorra vnquam tulit, vel ipsorum  
etiam Iesuitarum conscientis testibus, si id non  
audent ore confiteri? Non obscura autem hæc ra-  
tio est, Carnei cœlibes cum pueris quotidie ver-  
santes impuberibus, & cum summa quidem po-  
testate quos pomis & amuletis venantur, & in  
cubicula sua instituto suo solent per has illece-  
bras inducere: non ad hæc obiecta exæstuent? Illi  
ſcilicet sublimia quæque consectantes, quidni  
Veneris metaphysicen, (cui in Verbo nō scripto  
ampli-

simus est locus, & in Romano Lyceo, propria dia-  
 triba) omnium Pontificiorum subtilissimè teneat?  
 Hanc metaphysicè ita describit Apostolus, *Ma-*  
*sculi relicto naturali usu feminae exarserunt sua libidine a-*  
*lius in alium?* At Iesuitæ vt Transubstantiationem,  
 ita & nominis Christiani in Iesuitam, & vestium,  
 ceremoniarumque conuersionem amant: quidni  
 & veneris libidinibusque *υπερβολικων* autorum suorum  
 auspiciis persequuntur? Nouitiatus illos suos  
 (quos vocant) plures eis Ganymedes suggerere  
 adolendum est: at honestarum familiarum filios  
 hircorum & canum libidinibus obnoxios esse,  
 num ferendum erit? Non tantum malo, sed mali  
 suspicione castam matronam carere volebat ille.  
 Qui amat periculum, in periculo peribit.

E Politicis autem, Iesuita, illis ipsis quos mihi  
 obiiciebas modò, & è quibus huius sermonis oc-  
 casionem mihi tribuisti, efficitur, Vos matrimo-  
 nij contemptores huius *αποστασιως* culpæ affines  
 esse, quum matrimonij odium duo extrema so-  
 leant comitari: Vel peregrinæ cum alienis mu-  
 lieribus copulationes, vel masculæ generis præ-  
 ler naturam incendium: & vobis Romanæ aulae  
 alumnis, & vt decet, generis vestri auctores imi-  
 tantibus, infelix occasio quotidie præbeatur.  
 Atque hæc quidem pro matrimonio aduersus  
 inhonestum coelibatum, & foetidæ Iesuitarum  
*μωροφρονας* & *Αδσοπαρθενας* calumnias breuiter  
 dicta sunt.

## H A Y V S.

Non intelligo quorsum hunc loquendi  
 modum reprehenderis, *Euangelium Matthæi.*  
 &c, Pag. 119.

## SERRANVS.

Redditur  
ratio il-  
liuselogij  
sive tituli  
Euange-  
lium Iesu  
christi se-  
cundum  
Matthæum  
&c.

Nec mirum quum non modò aliud agas, sed mentem in talis habeas, sensu ipso communi plañe destitutus: quum neque id quod disertè scripti, legeris, neque id quod tu scripsisti Non enim præcisè reprehendi hoc dicendi genus quasi non extaret in Scriptura: sed dixi dextrè esse exponendum, ne existimarem. Matthæum & collegas, esse autores Euangelij: idcirco adiunctam fuisse aliam dicendi formulam, *Secundum Matthæum &c.* ut illos non autores, sed scribas & notarios Euangelij esse intelligamus. Hæc sunt mea verba: *Idcirco Euangelium, non est Matthæi sive Ioannis, sed secundum Matthæum & Ioannem, qui in domo Dei, quæ columna & firmamentum veritatis est, illustres sunt ipsi columnæ. Illud ergo τὸ ἀπλὸς ἀδελφῶν, id est simpliciter & indefinitè dictum certis finibus distingue.* Hi autem fines sunt, vt autor & Dominus à notario & scriba distinguantur. At hæc, Hay, tua: Non quòd hinc loquendi morem reprehendar, *Euangelium secundum Matthæum.* Cur igitur, magne Theologe, illum reprehendis, & nodum in scirpo quæris? Vtrunque dicendi genus verum est, si commodè intelligatur, & suum habet vsum.

## HAYVS.

*Quomodo defendas Caluini tuum qui Euangelium dicit esse Luca? Doce Caluini latine loqui, ex cuius venenatis scriptis, quæ in nos effusis, diligenter hausisti. Quid ad illud Apostoli dices, Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, &c. Possent antiquissimos, Eccle-*

Se Doctores laudare: sed quia res perspicua est, vnius Augustini testimonio contentus ero: Totum Evangelium Ioannis contra hæreticos est. Non quod hunc loquendi morem reprehendam. Ματθαίου & μαρθαίου, quem Ecclesia Latina, vt vides, à Græca est mutuata, & in sacrosancto Missæ sacrificio quotidie usurpat. Pag. 11).

## SERRANVS.

Quum mihi Calvinum, Apostolum & Augustinum opponas, eodem ordine à te instituto, Calvinus, Apostolus & Augustinus, meo patrocinio minimè indigentes, aduersus hæc tuæ mentis deliria sese defendunt, quid enim est delirare, si hoc non est?

Quomodo dicatur Euangelium Pauli.

CALVINVS disertè ait: Suum Evangelium vocat Apostolus, non quasi se illius autorem diceret, sed ministrum. Omnino quum Christianum sit axioma. Fidem nostram Deo non hominibus inniti, atque adeò veritatem eam quam fides nostra complectitur, non esse hominum sed Dei: idcirco tenendum est, Evangelium non esse Matthæi aut Ioannis, aut cuiuslibet hominis: sed secundum Matthæum & Ioannem, vt Matthæi & Ioannis opera ministerioque perscriptum intelligatur: qui non autores, sed ministri atque notarij illius fuerunt. Hoc cene est venenum, Scorpiae, è Caluini scriptis à me haustum, an tu potius venenum è melle legis?

APOSTOLVS autem quomodò suum vocet Evangelium exponit, illud appellans, *Euangelium Christi*: Non me pudet *Euangelij Christi*: & quo se in Rom I. 16  
I. iij.



2. Cor 4.5. pretio habeat, disertè docet: *Non certè nos ipsos prædicamus, sed Christum Iesum Dominum: nos autem serui vestros propter Iesum. Habemus etiam thesaurum huius in testaceis vasculis, ut eius virtutis præstantia sit Deis in ex nobis. Quid potuit dici luculentius?*

Tract. I. AVGVSTINVS quomodo Euangelium Ioannis inprimū cap. Euāg. secundum Ioan.

nis dixerit, interpretatur, de omnibus vniuersè Apostolis etiam loquens: *Et tamen non ipsi montes sunt, in quibus spes nostra ponenda est. accipiunt enim montes quid nobis dant. Ergo & vnde de montes accipiunt, ibi spes nostra ponenda est. Oculos nostros quum leuamus ad Scripturas, quia per homines ministratæ sunt Scripturæ leuamus Oculos nostros ad montes vnde veniat auxilium nobis. sed tamen quia ipsi homines qui scripserunt Scripturas non de se lucebant: sed ille erat verum lumen qui illuminat omnem hominem venientem in mundum. Et, Ioannes de Deo vt homo dixit, & quidem inspiratus à Deo, sed tamen homo. Audin', erudite Antiquator, quomodo se Augustinus interpretetur quum Euangelium Christi à Ioanne scriptum, & Euangelium Ioannis vocat, vt eum videlicet hominem ministrumque intelligamus?*

In proemio Euāgelij secundum Lucā, lib. 1. cap. 1.

AMBROSIVS verò) vt huius veritatis accedat testis) ne Euangelij historias à Mattæo, Lucā, Marco & Ioanæ scriptas, illorum esse cogitauerimus, vt sint totidem Euangelia quot scriptores.

“ Ecclesia, inquit, quæ vnum Euangelium habet, vnum Deum docet. Illi autem qui alium Deum veteris testamenti, alium noui afferunt, ex multis Euangeliis non vnum Deum, sed plures fecerunt.

Omnino ita est. Si diceretur Euangeliū Matthæi vel Lucæ & cæterorū simpliciter & absolutè, equis nō videt statim quatuor Euāgelia, & quatuor Deos? quo absurdo nihil absurdius excogitari potest.

test? At quoniam eandem vnus eiusdemque Dei veritatem iidem notarij scripserunt, omnino credendum est, illos non autores Euangelij sed scribas & ministros extitisse. Itaque illud dicendi genus, *Euangelium, Pauli, Matthæi &c.* sic exponendum est, *Quod Paulus, Matthæus ceterique scripserunt vel voce prædicarunt, Distinctius autem, Euangelium Christi secundum Matthæum, ut autor & scriptores discretis distinctisque vocabulis notarentur.*

Tu verò bellus scilicet homo es, qui è Missa, delitiis nimirum meis, testimonium petis quo apud me facias fidem veritatis! Neque sentis, nugator, te mente captum esse?

Argumentum verè Iesuiticū è Missæ arculis depromptū.

H A Y V S.

*Hoc vnum à te postulo ut mihi probes, Matthæum eo modo Euangelium suum inscripsisse, tecumque de hac loquendi ratione non amplius decretabo, Pag. 119.*

S E R R A N V S.

In Græco codice, cuius Matthæum esse scriptorem non est dubitandum, scriptum est, *Εὐαγγέλιον κατὰ ματθαίου*. Hunc tu quoque titulum agnoscas. In Syriaco disertè legitur, *ܩܪܝܢܐ ܕܡܬܬܝܐ* id est, *Euangelium secundum scripturam, siue signaturam Matthæi*. quibus verbis Matthæus disertè designatur scriba Euangelij. At in ipso primario titulo dicitur esse Euangelium Iesu Christi. E Turnonia Bibliotheca codicem repete, & locum inspice: neque mecum amplius hac de re decertato: vel te violatæ fidei reum appellato.



ΕΠΕΞΕΡΓΑΣΙΑΣ, id est

ILLVSTRATIONIS AD  
primariam Quæstionem  
institutæ,

PARS SECVNDA.

Complectens refutationem earum re-  
rum quæ à veritatis aduersariis huius  
doctrinæ opponuntur vniuersè pri-  
mùm à Pontificijs, singulatim verò  
Iesuitis in his Turnonijs assertioni-  
bus. Ita secundæ huius partis  
*οὐδὲν αὐτῆς ἐστὶν ἔργον* particulæ sunt  
duæ, Generalis, vna: Particularis  
altera.

SERRANVS.

QVVM id vnicè elaboraret aduersarius meus  
vt à re primaria excurrens, tenebras offundat ve-  
ritati: factum est vt variis rerum ab instituto no-  
stro alienarum digressionibus hæc maximè par-  
ticularis in mendacij commentis refellendis veritas  
sit inuoluta: ac proinde filo sit opus, cuius  
auspicio & indicatione tutum in his mæandris  
ter lectori pateat. Ideo apposui Oeconomiam  
huius particulæ, notatis non modò præcipuis ca-  
pitibus disputationis, sed ipsis quoque digres-  
sionibus.

*Oeconomia huius prima particula*  
*ὡικονομία πρῶτης.*

E S C R I P T V R A.

- Primus locus*, Ioannis x x i. 25. Sunt & alia multa quæ Iesus fecit: quæ si scriberentur sigillarim, ne mundum quidem ipsum opinor capturum eos qui scriberentur libros.
- Secundus locus*, Adhuc multa habeo quæ dicam vobis, sed nunc non potestis portare. Ioannis xvi. 12. 2.
- Demonstratio* è duobus illis locis constituta ἀποδείξεις, Verbi-scripti commentum ex his duobus locis probari nullo modo posse. 3.
- Locus de Traditionibus*, Apostolicis & Apostolicis. 4.

E P A T R I B V S.

Chrysofostomi, Epiphaniij, Tertulliani, Cypriani testimonia: quorum priora duo nobis frustra opponuntur: cætera nostræ doctinæ astipulantur.

*Hayana digressiones ad rem primariam*  
*eludendam intrita.*

- Ordinis à me instituti vellicatio.
- Principij ἀυτοπίσου & per se rati oppugnatio. 1.
- Nouæ è Scriptura & Antiquitate exceptiones ad rei primariæ fugam, solidarum responsionum loco iniectæ. 2.
- Nova argumenta è Patrum testimoniis cōcinata ad Traditionum non-scriptarum auctoritatem stabiliendam. 3.

## PRIMA HAYI DIGRESSIO

HAYVS.

*Si tibi suppetunt argumenta quibus  
theses te infirmare posse existimas, quid  
idem tam frequenter inculcare? Pág. 115.*

SERRANVS.

Ἐπιχειρη-  
σίας & τῶν  
πολογίας δι-  
scrimen.

Plurimum differunt, Idem putidè & infeliciter repetere: & Idem inculcare vt & melius intelligatur & tenaciùs hæreat memoriæ, id est, iisdem principiis idem explicare accuratius, & prohibitis nouis circumstantiis ad id ipsum illud: nam has leges bene differendi Academicus & Peripatus posuerunt, vt res primùm & ἐν τῷ πρῶτῳ, id est leuiter adumbretur: eadem inde expoliatur, tum nouis rationibus astruitur ab iis quibus infirmari solet, liberata: vt in nimis hominum sensum veritas adolescat ac efformetur. Inde apud philosophiæ proceres videntur hæ frequentes præfationes: Τὸ δ' ἀπὸ ἀναλόγου, idem repetito principio resumamus, siue tractemus: τὸ δ' αὖτις διεξέρχουμεθα, idem rursus persequamur siue edisseramus: & δεύτερον δὲ πάλιν ἀποδείξω, quoties repetit Plato! At bene differendi methodum ignorat Iesuitarum Logica. Certè eius rei ἐπιχειρησίου siue δῆμιοναί, non sunt ταυτολογία, id est expolitiones, non sunt repetitiones, quæ quid Hayus inertium artium Decanus obstrepens

Ordinis  
ratio de-  
fenditur.

Porro, quem ordinem in hac disputatione sequutus, dedi operam ne Lectorem lateret.

Primariæ quæstioni firmamentum substruam ipsam Quæstionem è suis principiis adumbra primam

primū, deinde explicavi: nunc verò eandem accuratius demonstro, vt & doctrina plenius intelligatur, & obiectiones illis oppositæ refellantur. quam tam varia & vniuersæ & singulatim opponantur. Mihiñe autem in re tractanda defuerint argumenta, non tuū est, Iesuita, iudicium, sed eruditi & sobrij Lectoris.

Assertionum denique vestrarum aphoristicam breuitatem idcirco damnaui vt prolixam, quòd præter institutæ scriptionis rationem, in rebus sicca & exanguis sit, in verbis redundans. Rectè enim dictum est à Philosopho, Non ex verbis sed ex rebus prolixitatem diiudicandam esse: breuitatem autem sine ratione, importunam esse prolixitatem. τὸ δὲ βραχὺ αἰὲν λόγου, δυσφοροῦν μῆκος ἐστίν.

In quinto  
de Repu-  
blicæ.  
“  
“  
“

## H A Y V S.

*Miror te vehementer qui Caluini doctrinam sequeris, quòd omne erroris tui presidium in hac vna interrogatiuncula ponere sis ausus. Pag. 115.*

## S E R R A N V S.

At non miror te tuo more cæcutionem tergiversari. Postulant rectè demonstrandi leges, vt principia rei tractandæ substernantur, quò ab av-  
tōris & notis ad rem controuersam & ignotam argumentationis auspicio progrediamur. Dissendi autem ratio in rebus datis ordine componendis tota versatur, vnde conclusio existit, è necessitate & vi rerum concessarum. Huius methodi tormentum persentiscis, qua fit vt è communibus notionibus suaque luce manifestis maxi-

marum rerum demonstrationes conficiant.  
 Das igitur hæc axiomata Christiana, Prophetarum  
 Apostolorum doctrinam literis mandatam, esse veram  
 salutarem: &, A Prophetis & Apostolis nihil fuisse  
 termissum quod ad salutem pertineret? Hæc principia  
 quantumvis leuia existimato, & interrogatio-  
 culas vocato *καταλογιστῆρας*, siue potius hypocrite  
 & Iesuiticè: quidnam tamen ex his consequatur  
 mox constabit.

## HAYVS.

*Quum ex fidei definitione quam ille tradidit  
 concludamus quod maximè ad salutem maxime  
 existimatis in Scripturis non reperiri: si tu fidei  
 Caluino habes, doce in quo Scripturæ loco legi-  
 diuina erga I. S. Caluini ministrum beneuolentiam  
 firmam certamque cognitionem. Quòd si Scripturæ  
 verbis destitutus Præceptor: tuo id *ἀπίστος* & ad  
 τὰ π̄ asserenti credendum esse putas, non Caluini  
 sed Caluini fidem habere conuinceris.* Page 11

## SERRANVS.

Gloriatur Hayus in fine huius paragraphi,  
 eam mihi responsionem opposuisse quæ infirmis  
 ri à me non possit. Agedum igitur, Hay, inexpe-  
 gnabilem illam tuam responsionem uti confide-  
 remus, iuuabit primùm notare quanam sit notitia  
 controuersix status: deinde, quum hæc à te & Ep  
 inuolutè, prolixè congesta fuisse omnes qui te  
 legunt, conuerantur, & inter hæc dumera intri-  
 cari veritas possit: ego & veritatis & studiosi Le-  
 ctor

ctoris causa, tua hæc verba ad Analyseôs limam velis nolis, reuocabo.

Sit igitur hic nostræ controuersiæ status, Vni-  
 cæne Scriptura satis sit ad plenam solidamq; co-  
 gnitionem nostræ salutis: sitne necesse adiungi  
 ad Scripturam, Traditiones non-scriptas siue  
 Verbum non-scriptum eiusdem cum Scripto au-  
 toritatis, quod mero imperio Ecclesia modere-  
 tur. Illud ego affirmo, illud tu negas: hoc ego ne-  
 go, hoc tu affirmas. E duobus illis Ioannis testi-  
 moniis vis effici, Non omnia contineri in Scri-  
 ptura, ac proinde illam indigere supplemento  
 Verbi illius non-scripti. Sed vide Hay, quid agas.  
 Hæc quidem cupio à nobis accuratissimè expen-  
 di: nunc tamen breuiter sunt iudicanda, vt enu-  
 cleatius copiosiusque postea suis locis expendan-  
 tur. Hic tu non modò fateris, Apostolorum  
 scriptis contineri doctrinam nostræ salutis, & ni-  
 hil ab illis fuisse prætermisum, sed mihi quoque  
 indignaris, quòd hæc (vt tu vocas) interrogatiun-  
 culam, vt per se nimirum notam atque concessam, mihi à te perspicuè cõcedi rogem. Si ita est,  
 cur doctrinæ salutaris, in qua explicanda à san-  
 ctissimis viris nihil fuit prætermisum, nouo com-  
 mento supplementum quæris? Hæc est summa  
 proluxi sermonis mox sequuturi. Sed primum  
 Argumentum tuum è tuis verbis primùm euol-  
 uamus.

Cõtrouer-  
 siæ status.

## PRIMUM HAYI argumentum.

*Si nihil in Scriptura desideraretur, sed omnia  
 quæ ad salutem nostram pertinent, in ea perfecte  
 continerentur: omnino consentaneum esset id ma-*



ximè in ea reperiri quod maximè ad salutem necessarium est, nempe Fidem: ac proinde propria & peculiarem testificationem de singulorum hominum salute.

At de singulorum hominum salute non legi Scripturam, perspicuum est. Vnde efficitur scriptura desiderari quamplurima que ad hominum salutem spectant.

Consequens est falsum & absurdum. Ergo & antecedens.

Maiorem è Caluino vis astruere, qui docet Fidem esse assensum benevolentia Dei erga nos. Minorem ut per se notam nemo nescit. Ecquis enim dicat, de singulis hominibus legi qui Scripturam? Cõclusio ex illis positae perspicua est. Quum enim necesse sit vnum quodque nostrum esse certum de sua salute, necesse tamen de singulis hominibus in Scriptura designetur: omnino effici tibi videtur. Omnia ad salutem necessaria in Scriptura maxime contineri. Ego verò sic tibi respondeo.

## R E S P O N S I O S E R R A N I.

Hoc argumentum tribus dolis implexum atque inuolutum, Homonymia, Diuisione, & tioso consequenti.

*Fidei vocabulum multi-plex.*

Primùm enim confundit nomen *Fidei*, quod duo significat sibi cognata atque coherentia: ipsam nimirum doctrinam qua fides nostra innitur: & Certum animi nostri assensum firmo acquiescentis promissionibus Dei. Doctrina

lutaris continetur in Verbo Dei. Huic assentitur animus noster. Licet ergo fides sit habitus salutaris illius scientiæ à Spiritu sancto per meram Dei gratiam in nobis insitus : ecquis tamen non videt, ipsam illam fidei doctrinam, quæ idcirco vocatur fides, esse ipsum Dei Verbum Prophetarum & Apostolorum literis commendatum : & nostræ fidei obiectum esse, Verbum illud Dei, ac proinde eam esse ex illius Verbi auditu, nullamque adeò sine illo? Hactenus igitur fides est in Verbo Dei contra Hayi exceptionem : tú quòd doctrina illa quam fides nostra amplectitur, tota sit in Verbo Dei, tum quòd fidei obiectum sit verbum Dei, quemadmodum oculi obiectum, est aer lucidus, sine quo nihil oculus videt. Itaq; crasso *Homonymiæ* dolo ludit necquicquã Iesuita.

Deinde, fallit *Divisionis* strophæ, ea diuidens atque discerpens quæ in veris Ecclesiæ filiis seungi separative nullo modo possunt aut debent: generale nimirum cognitionem de Deo & de nostra salute, illarumque promissionum *ἰδιωτικῶν*, id est peculiarem propriamque applicationem in singulorum fidelium cordibus : quum nimirum vnusquisque statuit audiendo, generales Dei promissiones ad se propriè pertinere. Illæ quidem in omnium communiter auribus personant : at de ipsis fidelibus sermo est hinc propriè institutus, quibus hoc videlicet proprium est & peculiare, vt diuinæ erga se benevolentis firmam certamque cognitionem in animis suis insculptam habeant : vt aliàs exposui. Fidei quidem *ἰδιωτικῆς* & forma essentialis est, Spiritus sanctus, Verbi auditionem reddens vi sua efficacem in animis nostris : volens tamen Verbo externo vtitur ad fidem in nobis ingenerandam. Vbinam igitur est electorum fides, nisi in Verbo Dei? ec-

Generali promissionum peculiaris applicatio proprii Dei effectum,

quid enim fide amplecteretur, nisi verbū Dei illar  
 que singulorum fidelium per singulas Ecclesie  
 etates & familias licet non fiat mentio in Scri  
 ptura: est tamen verum, in Ecclesie Catholice  
 ολομερείη id est Vniuersitate, omnes electos id fit  
 propriè applicare quod in Verbo Dei generatim  
 omnibus personat: vt nō possit ipsorum fides esse  
 se extra Verbum Dei. Hoc enim neque Dei elec  
 ctionem, qui nouit eos qui sunt sui, neque Spiritus  
 sancti in fidelium cordibus efficaciter agen  
 tis vim efficacitatēque vllō modo impedit: quā  
 hīc illa valeat regula, *Subordinata non repugnant.* Sc  
 de Abrahamo dicitur, Credidit Abraham, & im  
 putatum est ei ad iustitiam: & David de se testat  
 tur, eiuſque exemplum & verba sequutus Apolto  
 lus, Credidi, & loquutus sum. quum enim Euan  
 gelium sit potentia Dei omni credenti, verum  
 quoque est Christianum axioma, *Iustus ex fide uiuet.*

Denique, nō videt Sophista vitiosi consequen  
 tis incommodum, quo eius argutiola implicat  
 tur? *Omnium singulatim hominum an à Deo amenitas  
 non sit mentio in Scriptura. Ergo Scriptura non satis ad iu  
 lutem valet.* Quid ais, magne disputator? Eūdem  
 hominē sanum esse existimares qui sic argumēto  
 retur; Physica nō loquitur de singulis rebus indi  
 uiduis. Ergo nō rectē explicat principia & causas  
 rerum naturalium. Medicina non loquitur de sin  
 gulis hominibus. Ergo non præscribit commodā  
 remedia ad sanitatem siue recuperandam siue  
 conseruandam: & sic de Ethica, Oeconomia, Po  
 litica Iurisprudētia. Certē vt nulla est infiniti  
 rum scientia, ita neque indiuiduorum siue sin  
 gulorum: quē ideo ad Vniuersa reuocantur, vt  
 ex illorum Naturæ cognitorum commonstratio  
 ne, ipsorum singulorum propriæ naturæ explor  
 entur.

Singula  
 ria vniuer  
 sorū am  
 bitu con  
 tinentur.

rentur atque intelligantur. quum enim dicimus *Hominem*, singulos homines illius speciei ambitu complectimur. Serióne igitur an ioco, Hay, in re seria nugaris? Tene enim artium Decanum existimem Vniuersorum ad res singulas naturam ignorare? Omnes siquidem scientiæ agunt de generibus singulorum, non de singulis Generum, *τά γὰρ ἕκαστα* nimirum Generum *ἅπλῃ καὶ ὁλοῦ* amplitudine comprehendentes: neque minus tamen firmos habent rerum suarum assensus. Omnium autem scientiarum maximæ augustissimæque, quæ salutis nostræ scientia est & dicitur, non sua constant certitudo? quum ad hoc etiam à Deo præfata sit hominibus, non vt generali contemplatione hominum animos imbuat, sed vt seria cognitione de Deo & de sua salute iter illis sternat ad veram felicitatem: quod scientiarum humanarum nulli competit. Itaque illi soli vt constat verè certitudo, ita & eam amplectentibus id est fidelibus, verus & firmus assensus, sicuti mox dicemus.

## H A Y V S.

*Ac ne videatur ἐπιτήματος tui vim subterfugere voluisse, respondeo, in paucis Scripturæ verbis generatim contineri quæcumque ad Christiani hominis salutem desiderantur. Vidēsne quàm liberaliter tecum agam, qui in paucis verbis contineri assernem, quæ tu vniuersam Scripturam complecti, me negaturum existimasti? Pag. 116.*

## S E R R A N V S.

Video, Hay, te esse Hayum. id est in leuitate tua constantem. Quum enim modò bene ponas,  
m. ij.

ex illa tua semper-parcitate veri nunc demum  
 ctus liberalis, continuò liberalitatem illam tuam  
 reuocas. Malè igitur coniecisti, te enim verum  
 negaturum existimauisti.

## HAYVS.

*Sed caue ne fallaris. nam quamuis generaliter  
 comprehendat breuis oratio illa Domini, quæ pro-  
 cipit Ecclesie obtemperandum ( vt & illa Apo-  
 stoli, Ecclesia est columna & firmamentum verita-  
 tis ) omnia fidei mysteria, non tamen inde con-  
 dedes, nihil speciatim fide Christiana teneri, &  
 non sit in Scripturis expressum. Pag. 116.*

## SERRANVS.

Caueo equidem, quantum possum, ne à te  
 lar. te enim, Hay, Iesuitam & Apostatam me-  
 ni. id est summum impostorem. At te grauius  
 falli video. Si enim generaliter omnia fidei  
 stræ mysteria breuis oratio Domini compre-  
 dat, quidni tota Scriptura speciatim?

A parte  
 ad totum  
 valet con-  
 sequutio.

## HAYVS.

*Quòd si apud Catholicum aliquem Scripturam  
 legisti aliquando, omnia ad salutem necessaria  
 Scripturis esse explicata, scias eum de iis religio-  
 nis nostræ mysteriis loqui, quæ ignorare nemo Chri-  
 stianus sine scelere potest. Pag. 116.*

## SERRANVS.

Cum tua illa monitione scito te variè peccare. Primum enim confundis quæ erant distinguenda. Licet enim quicquid scriptum est, scriptum sit ad nostram ædificationem, non tamen vniusmodi sunt omnia quæ in Scriptura continentur. Profanorum hominum & populorum scelera & horribiles euentus, resque in Ecclesia variè gestas commemorat Scriptura, vt Dei prouidentiam, iustitiam, misericordiam consideremus. Eadem verò accuratissimè describit ea quæ pertinent ad nostram salutem: & quæ sunt quidem huiusmodi vt ea sine scelere ignorare nemo Christianus potest, qui debet reddere rationem fidei suæ & spei. Vnde verò nisi ex Verbo Dei, id est, eo modo quem præscribit Filius Dei, *Scrutamini scripturas?* Deinde, nulla est tua consequutio, si enim fundamèntalia Christianæ religionis dogmata continet Verbum Dei, ecquid opus est Verbi illius non-scripti supplementis?

Promissiones, minas, vtriusque enè tū Scriptura docet: & ea variè pro varia illatū rerū natura Christianus tenetur intelligere:

## HAYVS.

Non te adeò hallucinari existimo, vt quæcumque in sacris literis continentur, ab omnibus necessario, explicatè & distinctè credi velis: quum & vestri Rabini plerima ignorent: & D. Augustinus multa in Scripturis latere scribat, quæ ex Hereticorum delirationibus occasione accepta, à Catholicis Doctoribus sunt illustrata. & c. Ibidem.

## SERRANVS.

Te verò omnes oculati toto cœlo hinc hallucinam. iij.

Abfurda  
varie im-  
plexa.

lucinari vident, tēque nouis adeò absurditatum  
laqueis inuolui, Si enim verum est quod hic asse-  
mas, tum ipsa fidei nostrę præcipua dogmata, quę  
ignorare nemo Christianus debet, tum cętera om-  
nia quę necessariò ab omnibus explicatę & di-  
stinctę nihil est opus vt credantur, in Scripturis  
contineri: ecquid restat quod in Scriptura non  
contineatur: quum per te præcipua & accessoria  
in ea contineantur? Deinde, si multa in Scripturis  
latent quę data occasione illustrantur, nonne te-  
teris ea in Scripturis contineri: ac proinde te  
tuo iugulari gladio non sentis, & Andabaratum  
in morem cum Iaruis dimicare? Quomodo enim  
laterent, si non reuera extarent, vt in lucem con-  
gnitionemque educerentur? Hęc planè esse  
satur nemo non vider.

---

H A Y V S.

*At vestri magni Rabbini plurima ignorantia  
Ecquisiam est Ministrorum, qui omnia quę in Bi-  
bliorum voluminibus scripta sunt, non dicam in-  
telligat, sed memoria teneat? Ibidem.*

---

S E R R A N V S.

Esto. plurima ignoremus. Quidnam inde con-  
sequitur, omniscie Doctor? Perfecta est Biblio-  
rum epitome, Nossē Iesum Christum eumque crucifixum  
& Poenitentiam agite. appropinquat enim regnum cę-  
rum. Hęc nemo nostrum, Dei beneficio, ignorat.  
Phil. 3. 13. Apostolus de se fatetur, se nondum perfectę con-  
gnitionis metam apprehendisse, sed ad eam con-  
ni: vt siquid aliter alij sentiant, hoc illis quoque  
Dei

Deus retegat: in eo tamen ad quod peruénimus, eadem regula incedamus, & idem sentiamus. Nón omnia quæ in Bibliis scripta sunt, tenemus: hoc tamen tenemus ex Bibliis, Papam Romanum esse Antichristum: & ex vestris delirationibus (sicuti, Hay, loqueris) occasione accepta, multa quotidie illustramus quæ mysterium iniquitatis prodant, ad Romani illius prostibuli infamiam. In hac tamen inexhaustæ scientiæ quæ in Verbo Dei continetur vel cognitione mediocri, vel rerum plurimarum ignoratione, ecquale est tuum, magne Theologie, argumentum? *Mini- stri plurima ignorant. Ergo non omnia continentur in Scriptura.* Ecqua tu veri specie hominum imperitiam in Scripturam deriuas? Dignum profectò te le-  
sita argumentum!

## H A Y V S.

*Habes ad argutam tuam interrogationem, breuem quidem, sed quam nunquam infirmabis, responsionem. Ibidem.*

## S E R R A N V S.

Breuissimam videlicet (id est tota pagina sic effusam vt Bacchantis voces esse videantur, multo vulneribus siue contradictionibus implexæ & inuolutæ:) ad quam licet ita responderim vt de illius firmitate iam iudicare Lector possit, machinis ramen maioribus experiendum est, illane non modò infirmari sed profligari penitus possit. Et tuis igitur, Hay, inuolucris nostra Analysis argumentum tuum extricabit, vt illius continuo  
m. iij.



Cataly fin ostendat, te etiam tuæ importunissimæ  
vanitatis futuro teste.

## SECUNDVM HAYI argumentum.

*Qui singula non habet omnia non habet.  
Atqui Scriptura non complectitur singula  
ad nostram salutem spectant:*

*Ergo non omnia: & ex vi consequentis, Non  
satis valet ad plenam cognitionem nostræ salutis  
sed alterius Verbi supplemento indiget.*

Maiorem ponis sed non probas. Minores  
iis mediis, probare instituis & quæ implicat  
contradictionem, & quibus tuum argumen-  
tum radicatus euellitur. ais enim idcirco Scri-  
pturam non omnia continere ad salutem ne-  
cessaria, quia omnia continet, tum præcipua  
quæ ignorari sine scelere nemo Christianus  
potest, tum cætera quæ distinctè & explicite  
credere nemo tenetur: deinde, quia nemo potest  
test complecti ea perfectè quæ in ea continen-  
tuntur. Conclusio igitur perbellè ex iis necesse  
citur, Non omnia scripturam complecti quæ  
sunt necessaria ad nostram salutem: ac proinde  
de indigere supplemento Verbi non scripturam  
Hoc est argumentum Hayanum, & illud  
indocile: ad quod ego sic respondeo.

## R E S P O N S I O SERRANI.

Hoc argumentum est planè paralyticum, & in-  
sultuosum.

suiticæ vanitatis illustre exemplum. Peccat enim in materia & in forma, idque variè. In forma quidem, (vt à propinquiori incipiã) trib. modis.

Primò, quia est importuna Battologia superioris argumenti. nam repetit idem medium, *Singula in Scriptura non contineri, neque à singulis percipi.*

Secundò, quia constat ex puris negantibus, è quibus rectam conclusionem constitui non posse, ipsi pueri norunt. Est tamen necesse hunc Syllogismum ita componi, vel Hayum mutare sententiã & verba. Etenim vult ille probare, Non singulã tim omnia in Scriptura contineri. Hoc medium tota pagina inculcat: ex quo instituit concludere, Nò omnia vniuersè in Scriptura cõtineri. Ecquis igitur purè negãtes nò videt propositiones?

Tertiò, ridicula est, à *Stulticia & nugacitas* quæ manifestam implicat contradictionem. Non omnia in Scriptura continentur, quia omnia in Scriptura continentur. Huius vanitatis testes omnium etiam Iesuitarum oculos appello, vt norint qualem patronum adoptarint.

AT IN MATERIA variè quoque peccat.

Primò, *falsa hypothesis*: Cognitionem nimirum eam quæ in Verbo Dei hominibus proponitur, æquandam esse mentis humanæ imbecillitati. Quod tam falsum est, quàm verum est, Humanam mentem magnis errorum tenebris inuolui: mentem etiam non regeneratam in luce infusa imbecillam esse. Quis igitur immensam Dei cognitionem in Scriptura reuelatam perfectè completatur mens humana?

Secundò, *vitioso consequenti*. non enim consequitur, Humana mens non complectitur omnia quæ sacris Bibliis continentur. Ergo omnia ad salutem necessaria non continentur in sacris Bibliis. Vitiosi consequentis ruina è falsæ hypothe-

feos explicatione apparet.

Tertio, *argumento à minori ad maius*. Concedit liberalis Hayus, in paucis Scripturæ verbis omnia ad salutem necessaria contineri. Si ita est, Hay, cur non in totius Scripturæ vniuersitate omnia continentur? Argumentum valet à genere ad speciem, à specie ad indiuidua. Si igitur omnia, cur non singula contineantur in Scriptura? Euer- tendæ igitur erunt, si Hayo credimus, Naturæ leges: neque verum erit amplius, Genus dici de speciebus sibi subiectis, & Species de suis indiuiduis: & Totum esse maius sua parte: at noua deinceps edicta erunt perferenda, Speciem dici de genere, Indiuiduum de specie, Partem suo toto esse maiorem. Hæc nimirum fuerit Iesuitarum Logica, & rerum & ordinis vomica & pestis. At rectè dictum est à Veteribus, *Τὸ ψῆδος ἐπιφανέστερον ἀπαντῶν*, Mendacium sibi ipsi aduersari: quemadmodum hîc luce ipsa clarius perspicuum est.

VERVM vt argumentum tuum, Hay, vi veritatis euertitur, sic in tuum caput hunc in modum obuertitur.

*Ἀντεπιχείρημα* siue **OBVERSIO.**  
superiorum argumentorum.

*Qui omnia habet, singula quoque habet.  
Atqui Scriptura omnia habet ad salutem nostram necessaria.*

*Ergo singula: atque ex vi consequētis, satis valet ad salutem.*

*Ἀντεπιχείρημα* **EXPLICATIO.**

Argumenti huiusce mei *ἀποδείξαι* demonstrare me quoque æquum est, quum non minus mihi debeam

debeam quàm Hayo, & omnia veritati. E doctrina à me iam demonstratæ *ομολογία* & hypothesi ratum est hoc axioma, Omnia ad salutem necessaria in Scriptura contineri: neque vt Hayani patenti libidini indulgeam consentaneum est vt hic importunè agam iam opportunè actum. Hac mihi vnum demonstrandum restat, Qua ratione singulatim omnia quæ ad salutem nostram pertinent, in Scriptura contineantur. Sophisticum est *ὅτι τὸ ὅλην τῆς λέξεως* commentum, sic interpretari modum illum cognitionis, quasi omnium singulatim hominum qui fuerunt, qui sunt, qui erunt omnibus seculis, nationibus, ordinibus, commentarius in Scriptura ederetur, nomina, viuendi rationes varix, varij euentus designarentur. Est crassus *ομοιοχημοσύνης* dolus, longiori refutatione indignus. Sed enuntiationis illius hæc est sententia, In Scriptura sic tradi generalem doctrinam ad vitam bene beatæque instituendam, vt omnibus omnium hominum generibus, ordinibus, conditionibus, ætatibus leges præscribantur ad officia rectè obeunda: ex quibus regulis singuli tum accommodent ea quæ sibi è vocationis suæ modulo conueniunt. Id nimirum in Scriptura elucet quæ postquam docuit principem primariumque vniuersæ nostræ vitæ finem, & certum ad eum finem iter commonstrauit, peculiare quoque omnibus viuendi generibus leges dictat, ex quibus vnusquisque seipsum, familiam, vocationem suæ munus in quo versatur, rectè possit regere. Iam verò fidem quæ salutaris illius cognitionis instrumentum est, sic amplecti veritatem in Verbo Dei explicatam, vt propriè applicet singulis fidelium conscientis generalis illius scientiæ præcepta: ac proinde in vnoquoque fidelium Spiritus sancti virtute per externum Ver-

bum agente, propriam & peculiarem salutis suæ agnitionem obsignari: vt minimè dubium sit vniuersi cuiusque hominis fidem Verbo illo stabilitur sicuti dixit Filius Dei, Oues meæ audiunt vocem meam. Hactenus igitur singularem fidelium *πληροφορίαν* in Verbo Dei cōstare verum est: non quasi in Scriptura dicatur Ioannes Calvinus vel Ioannes Serranus (nam libet tuum illud, I.S. explicare quod tu Iesuiticè, id est ridiculè notasti) vel quilibet alius homo singulatim à Deo amatur, sed quia in Caluino & Serrano generales Dei promissiones quæ per externum Dei Verbum illorum auribus personarunt, propriè obsignatur à Spiritu sancto, qui dato illis electionis suæ arrhabone, eos reddidit persuasos sua nomina scripta esse in libro vitæ: ac proinde diuinæ erga ipsos benevolentia firmam certamque cognitionem in ipsorum animis cordibusque verè & efficaciter insculpsit, vt certissimum & infallibile electionis salutisque suæ testimonium: quia nimirum dona & vocatio Dei sunt *ἀνεπιμέλητα*, & nouit Deus qui sunt sui, & illi sunt SVI quos his internis notis insignit Spiritus sanctus *ἀνεκκαλιπτό* testimoniis. Ita τὸ κρῖν in promissione, fit τὸ κρῖν *δέξασθαι* in adoptione: quæ est generalis promissionis propria & peculiaris applicatio. Hoc posito fundamento, sequitur Sanctificatio quæ cum electionis nostræ certitudine necessariò coniungitur. Non dicit Scriptura singulis hominibus. Hoc vel illud agito: sed omnibus peræque, quid agendum, quid fugiendum in Lege perscribit: vocationum quoque rationem finésque circumscribit: edicit marito, vxori, patri, matri, liberis, domino seruo, Magistratui, Pastori, omnibus denique publicis muneribus quid agendum ipsis sit. Hæc edicta omnibus vniuersè personant in Verbo Dei,

per quod suā hominib. voluntatē patefacit Deus. Ex illo igitur nouit vnusquisq; quidnā sibi sit singularim & proprie agendum, quasi eos singulos de coelo compellaret Deus: & Patrifamiliās diceret, Ama & foue tuā vxorem, tuos erudi, tuis seruis moderatē impera: &c. Magistratui verò, Hunc populum tuæ fidei commissum iustē & prudenter governa, hos bonos foue, hos malos dele, hūc pupillum, hanc viduam vindica ab huius & illius latronis manu, &c. Pastori denique. Pasce gregē meum, ei vitæ exemplar esto, veritatem meam fideliter doce: hanc ouem tuæ fidei commissam consolator, illam increpato: mendacio te fortiter oppone, ab Hayi Iesuitæ & Apostatæ calumniis meam veritatem vindicato, &c. Vide igitur, Hay quā tibi indulgeam vt quæ nō alioqui sunt obscura vel mediocriter eruditus patent, ea tamen quòd tuis dolis vis inuoluere *τυ ποσειδων* ostēdam: imo tuum exemplum sequens, quia exemplum in me propriè cepisti, in te propriè etiam capiā: quum credam quoque vt mei muneris esse scio veritatem aduersus mendacium pro meo modulo tueri, sic tibi me, quum te veritati opponas, cōstanter opponere. Verūm quod adhibitis exemplis ostendi, *δωματικώς* in certa doctrinæ capita reuocetur, sic habeto.

Vt omnia quæ ad bene beatēque viuendum, id est ad salutem nostram & ad vitam rectē componendam pertinent, in verbo Dei continentur: ita & singulas: quatenus & singulas personas, & singulas vocationes, & singulas vitæ nostræ actiones, attingit.

Qui enim in electis externam vocationem ab interna vocatione disiungit, ille homonyma cū synonymis confundit, filios Ecclesie cum hypocritis, granum cum palea. Omnibus quidem i-

Quomodo generales promissiones sibi applicant fideles.

idem Verbum personat: at omnes non audiunt peræquè vocem illam externam Dei. Illi soli eam audiunt ad salutem, qui credunt, vitæ æternæ a Deo destinati.

3. Singulis igitur electis propria est & peculiaris testificatio de Dei erga se propriè & singulatim beneuolentia: quia externū illud Verbum omnibus commune comitatur, interna vocatio, virtute Spiritus sancti *ἰστοῦ χριστοῦ* id est propriè & singulatim applicantis in corde electi hanc vocem externam audientis, vim & efficaciam promissionis generalis. Hactenus in Verbo Dei vnusquisque comperit diuinæ erga se beneuolentiæ certam firmamque testificationem, quia Deus vult vti Verbo illo suo ad suam in nobis gratiam testificandam: quam vt fides amplectitur, & fides est ex auditu, ita auditus est ex Verbo Dei.

4. Iam verò fidem necessariò comitatur obedientia & vitæ nouitas quæ vniuersè consideranda est & singulatim, habita singularum vocationum siue functionum ratione.

5. Hactenus quoque singula in Verbo Deo continentur, quæ singulis personis & functionibus conueniunt. Primùm, quia vnusquisque nostrum propriè in Verbo Dei debet discere veram certamque rationem vitæ rectè instituendæ, quasi se Deus propriè & singulatim alloqueretur: & in omnibus rebus suis debet interrogare os Domini, in illo Verbo: vt statuatur Deum reuera respondere, quum in Verbo audit & legit quid sit Christiano consentaneum, vt ex officij sui descriptione consilium capiat quod è re sua sit futurum. Id quoque pertinet ad omnes omnium vocationum actiones, siue cum priuatis sit nobis res, siue sit aliquid publicè agendum. Adsunt regulæ generales

rales singulis vocationibus perscriptæ, ex quibus ita se vnusquisque gerere debet quasi Dei vocem sibi propriè & singulatim insonantem audiret.

Sic igitur SINGVLA in Verbo Dei continentur, quum in eo OMNIA contineantur, quæ ad salutem nostram pertinent.

EXTANT huius Veritatis testificationes in Verbo Dei, exemplorum appositione illustrissimæ: quas tamen non est consilij nostri, sicut neque instituti, commemorare: sed quoniam insultat Thrafo meus quasi victor, & suam illam exceptionem huiusmodi esse gloriatur quæ infirmari non possit, æquum est mihi condonari ab erudito Lectore, vt in hoc argumento explicando paulò liberius versari possim.

De primo igitur modo quo promissiones generales singulatim applicantur in electis, vt extat hoc generale axioma, *Oues meæ audiunt, vocem meam*, sic illud etiam interpretatur Paulus, illud propriè applicans Ephesius, *Audito sermone veritatis*, id est, *Euangelio salutis vestræ*, postquam credidistis, *obsignati estis Spiritu illo promissionis sancto.* & de seipso propriè, *Mibi persuasum est neque vitam, neque ullam rem aliam creatam posse nos separare à charitate Dei,* &c. Fidelis autem cōscientiæ Deo respondentis vim graphicè repræsentat Dauid, *Tibi dixit cor meum, Querite faciem meam: faciem tuam Iehoua queram.* Loquitur enim in Verbo suo Dominus. Ei respondet conscientia Dei veritatem amplexa. In Sacramentis autem promissiones generales applicantur, sicuti diximus suo loco: nam vnusquisque fidelium memor Baptismi sui, & in sacra Cœna sumens panem & vinum, vera corporis & sanguinis Christi pignora, debet statuere rem significatam, id est Christum, per æquè ad se pertinere ac signum ipsum reuera ipse percipit, quum e-

Exemplū  
doctrinæ  
illius dicitur  
µαθηται  
compre-  
hensæ.

Ioan. 10.

Ephes. 1.

Rom. 8. 38

Psal. 27. 8.



nim omnibus vniuersè vna vox personet, in Sa-  
 cramenti promissio generalis singulis proprie  
 applicatur. Idcirco Petrus, Sacramentorum (quæ  
 1. Pet. 3. 21. *verba visibilia rectè appellantur*) usum docens in  
*πόμψα eis* & *βαπτισμῶν*, Baptismum vocauit, qui vsus factus  
 Eucharistiæ idem quoque cõstat, è singulis qui  
 pe fidelibus rogatus Deus singulis à quibus ro-  
 gatur, respondet se ipsorum esse patrem. Quum au-  
 tem suo loco ostenderimus Sacramenta esse Ver-  
 bi *σπέρματος* & sigilla, vt loquitur Apostolus: om-  
 nino consentaneum est, idem Verbum quod  
 eis obsignatur singulatim, in cordibus quoque  
 delium propriè applicari. Sic igitur idem Pro-  
 pheta posita generatim doctrina de remissione  
 2. Pet. 3. 21. peccatorum, eam sibi propriè accommodat,  
*tu dimissisti iniquitatem peccati mei.*

De obedientia autem Dauid concionatur,  
 indiuiduo vinculo cum peccatorum remissione  
 1. Pet. 3. 21. *connexa, Quia tecum est venia vt timearis.* De se  
 2. Pet. 3. 21. *tem propriè, Tunc dixi, Ecce veni: in volumine libri scri-*  
*ptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus mihi.*  
 postolus quoque carnis pugnam & Spiritus  
 2. Pet. 3. 21. *ctoriam in electis describens, id ipsum omnibus*  
*fidelibus commune sibi propriè applicat, &*  
 2. Pet. 3. 21. *concludit sermonem: Ipse ego igitur mente quidem*  
 2. Pet. 3. 21. *Legi Dei, carnè verò legi peccati.*

De sua autem vocatione Dauid studiosè re-  
 2. Pet. 3. 21. *tur se promissorum vt omnia rectè in regno suo*  
*administrentur: se intellecturum in via perfectæ*  
*ambulatorum in perfectione cordis sui in medi-*  
 2. Pet. 3. 21. *domus Dei. &c. Et Apostolus, Si euangelizem non*  
 2. Pet. 3. 21. *quòd gloriar. necessitas enim mihi incumbit. &c. aut non*  
 2. Pet. 3. 21. *est nisi euangelizem. &c.*

Summa  
 responsio  
 2. Pet. 3. 21. *nis.* Hæc verò de multis pauca, vt ex his intelligi-  
 tur sic tradi in scriptura ea vniuersè quæ ad salu-  
 tem nostram: & officium obeundum spectant.

generalem illam doctrinam sibi vnusquisque accommodet: ac proinde inanem esse Hayi argumentationem qua conatur euertere sempiterni huius Axiomatis firmitatem, Scripturam ad plenam solidamque salutis nostræ cognitionem factis esse: quum *TOTA SIT IN TOTO, ET TOTA IN QUALIBET PARTE*: vt celebre dictum Animæ, hominis *εντελεχεια* accommodatū, Verbo Dei, quod ipsius item animi *εντελεχεια* est, accommodem: quum denique Scriptura sic vniuersè omnibus proponatur, vt singulatim electis sit efficax ad salutem. Atque hoc quidem ad primam Hayi digressionem hæctenus: proximum est vt testimoniorum quæ ab veritatis aduersariis solent nobis obiici, veram germanamque sententiam ab illius calumniis vindicemus.

**T E S T I M O N I O R V M**  
 quæ à Pontificiis obiiciuntur, vera  
 & germana expositio, aduersus  
 Hayi Iesuitæ calumnias.

DE LOCO IOANNIS XXII. 25. *Sunt & alia quæ fecit Iesus, quæ si scribantur sigillatim, ne mundum &c.*

HAYVS.

*Nihil ab Apostolis est temerè prætermisissim, quamuis tu inscitiam tuam prodas, quum illius prætermisionis causam à te excogitatam ita subicis: Causam ipse Ioannes reddit, Tot tantæ que nimirum fuisse à Christo gesta, vt ea*

- “ mundus capere non posset, si scriberentur  
 “ Addit Augustinus, Ea quæ scripta sunt ad sa-  
 “ lutem fuisse satis, Pag. 116.

## SERRANVS.

O admirabilem vim Veritatis, quæ ab Hæ-  
 id extorquet quod maximè negat, & cogit nega-  
 re quod maximè affirmat! Si enim Apostoli ni-  
 hil prætermiserunt, cur ad illorum scripturas ad-  
 iungit Verbum non-scriptum? Si vt Scripturas  
 Apostolicæ supplementum, accusas Apostolos  
 quasi aliquid prætermiserit, & disparata dicis, Si  
 vt idem cum Verbo scripto, cur id nõ-Scriptum  
 appellas? A quibus verò non fuit scriptum? Ab A-  
 postolis puta, qui scripti illius Verbi sunt scribæ.  
 Itaque non-Scripti Verbi autores non potest  
 appellare Apostolos, ac proinde non est Aposto-  
 lica doctrina ea, quæ in Verbo ab Apostolis ni-  
 nimè scripto cõtinetur. Duorum igitur alterum  
 necessario consequitur, vel aliquid ab Apostolis  
 fuisse prætermisum, vt necessarium fuerit sup-  
 plementum: vel illos esse blasphemos & sacrile-  
 gos, qui ad perfectam veritatis Apostolicæ scri-  
 pturam ausi sunt aliquid adiungere. Nihil potest  
 esse medium. est enim luce naturæ manifestum  
 Vnius eiusdemque rei negationem & affirmatio-  
 nem eodem modo veram esse non posse. Sunt au-  
 tem disparata, Scriptum & non-Scriptum: neque  
 vllus potest esse vestris æquinocis locus: quum o-  
 mnibus sit notum quidnam Verbi scripti, quid-  
 nam non-Scripti nomine intelligatur.

Tu verò res alias agis, qui diserta Ioannis ver-  
 ba non legis. & tuas res agis, qui tuo more ca-  
 lumniaris & conuictiaris ait enim ille, *Miseratione*  
*capit*

Maximū  
 absurdum  
 de Verbo  
 non-Scri-  
 pto.

DE VERA ECCL. AVTORITATE. 197  
*capturum eos libros qui de rebus à Christo gestis sigillatim  
scriberentur.. quæ ego ipsissima verba retuleram.*

H A Y V S.

*Quàm sis diligens causarum investigator, doce-  
bit te Calvinus, qui longè aliam verborum D. Ioan-  
nis affert sententiam: Nequis, inquit, Ioannis  
sermonem suspectum habeat, ac si ad gratiam  
esset compositus, propterea quòd à Christo  
diligebatur, hanc objectionem anticipat, plu-  
rà à se præterita fuisse dicens quàm scripta,  
sic de quibusvis Christi actionibus loqui-  
tur, sed quæ ad publicum eius manus specta-  
bant. De tua prætermissionis causa in hac Calvi-  
ni explicatione ne verbum unum audis. Pag. 117.*

S E R R A N V S.

Pergis Iesuiticè prævaricari, particulam vnam  
è tota Calvini sententia decidens: quam vt ex-  
scribam integram, & ratio iubet & eruditus Le-  
ctor postulat, de fide Iesuitica iudicaturus. Non  
tantum (ait) numerus operum Christi confide-  
randus est, sed pondus quoque & magnitudinem  
expendere convenit. Divina illic Christi maie-  
stas, quæ sua infinitate non modò sensus homi-  
num, sed cœlum & terram, vt ita dicam, exhau-  
rit, suum illic fulgurem mirabiliter proferebat.  
In eum si Euangelista oculos coniciens, attoni-  
tus exclamat, iustam narrationem ne à toto qui-  
dem mundo capi posse, quis miretur? Deinde, mi-  
nimè reprehendendus est si trita receptaque fi-

Explica-  
tio verbo  
rū illorū;  
Mundum  
non captu-  
rum esse.  
&c.

« gura ad commendandam operum Christi excel-  
 « lētiam vtitur, Scimus enim vt se ad communem  
 « loquendi modum accommodet Deus, ruditatis  
 « nostræ causa, imo interdum quodammodò bal-  
 « butiat. Interea tenēdum memoria est quod prius  
 « habuimus, quam Euangelistæ Summam literis  
 « complexi sunt, tum ad instituendam fidem tum  
 « ad salutem conferendam sufficere. Satis ergo sa-  
 « pēque sapiet quisquis ritè sub iis magistris pro-  
 « fecerit. Et certè quum diuinitus nobis ordinati  
 « fuerint testes, sicuti fideliter defuncti sunt sus-  
 « partibus, ita nostrum est vicissim ab eorum testi-  
 « monio totos pēdere, neque plus appetere quàm  
 « ab illis proditum est: præsertim quum eorum ca-  
 « lami certa Dei prouidentia gubernati fuerint, ne  
 « immodica rerum congerie nos onerarent, & tan-  
 « dem delectu habito traderent quantum expedi-  
 « re nouerat qui solus sapiens est & fons vnicus sa-  
 « pientix, Deus. Hactenus Calvinus. Ex cuius  
 « verbis perspice à me aliam quàm ab ipso causam  
 « notari, dum Hyperbolæ illius, *Ne mundum quidem*  
 « *capturum fuisse vnquam*, rationem reddit: tu vero  
 « Hay, nimum es hyperbolicus, qui verbum  
 « *συν*, quo Ioannes vsus est supra modum hyperbo-  
 « licè interpretaris. audiamus enim tuam inter-  
 « pretationem.

## H A Y V S.

*Quod etiam ex voce Græca ὑπερβολή (qua verbum  
 Apostolus) confirmari potest. num ad locorum  
 tuum refertur. Ibidem.*

## S E R R A N V S.

Iesuitica  
 interpreta

Mirabilem profectò inauditæ Topographiæ  
 mag

maginem nobis repræsentas, hoc glossemate, **MUNDVM NON CAPTVRVN** : id est, te interprete, Tantam futuram librorum de Christi gestis, si scriberentur, congeriem vt illa vniuersum mundum oppletura foret, terras nimirum & maria, ab intimo Lunæ orbe ad hæc loca vsque inferiora: deinde ab eadem Lunæ sphæra (tibi enim Lunatico hæc imago pulchrè quadrat) ad citimum vsque primi Mobilis orbem, vt vix ac ne vix quidem tâtilus relinqueretur axi locus, circa quam Orbis vlueretur. Neque te horum absurdorum indicatione pudet, Iesuita, vecordia tuæ? Parceras in Verbo scripto Apostolorum recognoscendo, nunc modum plane exuperas, qui libros Scripturæ per vniuersum modum vis occupare spatia locorum.

tio illorū  
verborū  
magna cō  
sideratio-  
ne digna

*Dum stulti vitant vitia, in contraria currunt.*

Verum vt Caluinum supra aduersus me inuocabas testem, nunc Augustinum locali tuæ interpretationi astipulantem audi. **NON SPATIO, IN LOCORVM** credendum est mundum capere non posse, quæ in eo scribi quomodo possent, si scripta non ferret? Sed capacitate legentiū comprehendendi fortasse non possent. Audis igitur quomodo *τὸ χωρὶς* non de locorum spatio crasse & corporaliter, sed de humani ingenij apprehensione, figurate & spiritualiter interpretatur Angustino Figuræ autem modum notat, quo videlicet à tramite significandæ veritatis minime erratur. quoniam sic verba rem quæ indicatur, excedunt vt voluntas loquentis, nec fallentis appareat, qui nouit quousque credatur. Sic figuratum in hyperbole dicendi genus describit Augustinus: *credendi autem modum sic Apostolus definit: Anima lis homo non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei. sunt enim ei stultitia, nec potest ea cognoscere, quia spiritaliter*

diudicantur. Non audis Apostolum Apostoli interpretem. Vult hæc spiritualiter diudicari, ne mensam quandam librorum congeriem imaginemur. Augustam de Christo historiam angustis litterarum cancellis. Ioannes ait circumscriptam fuisse, quia non omnia *Kαθ' εὖ* fuerint perscripta. Ne verò vel scripturam vel scriptores accusaremus, angustæ scriptionis causam reddit, Humanæ ingenij angustias & imbecillitatem, quum infinitam illam rerum maximarum copiam humanæ mens capere non posset: ac proinde singula illa ad summam vniuersam fuisse reuocata, quæ quidem satis sit ad hominum salutem.

Itaque præclarè Augustinus, quicquid Hayes obganniat, Ioannem interpretatur limitatæ scriptionis causam reddentem, *ELECTA EVANGELII QVÆ SALVTI CREDENTIVM SVFFICIENTER VIDEBANTVR.*

---

### H A Y V S.

*Imo idem Euangelii sui conclusionē Hereticorum insolentiam comprimit qui omnia ad sacros libros reuocant. negat enim omnia Christi Domini gesta se Euangelio suo complexum. Pag. 177*

---

### S E R R A N V S.

Ad Iesuitas tamen, belle disputator, minime nos remittit, vt ab illis cætera quæ Euangelio suo non est complexus, intelligamus. Cedo quænam sunt illa vt Paralipomenon codex conficiatur? *Ioannes* musca es. Millies repulsus reuolas eodem. *neq̃*

nes disertè testatur mundum non esse capacem singulorum à Christo gestorum, ac proinde quum non opus fuerit vt scriberentur, nos Christianos reuocat ad sacros libros qui nimirum satis sunt ad salutis cognitionem. Hæreticos autem haud dubiè appellat eos, qui non contenti Scriptura nouas doctrinas comminiscuntur. Ecquid tibi superest frontis, omnium Sophistarum importunissime? Negas Solem meridie lucere: neque tui Coccyssi pudet? Est verò portentosa insolentia, peregrini vocem audire & amplecti, Sponsi mandata negligere ad Scripturas scrutandas disertè nos mandata reuocatis. At tu, licet non possis non esse Hayus, id est, audacissimus Thraso, neminem falles tamen audacia.

Tenetur  
Hayus.

## HAYVS.

*Si propterea plurima silentio præterit quòd ea mundus capere non posset, dic quaeso, cur Euangelium suum scripsit, quum nemo sit omnium qui per seclam vel primi capituli intelligentiam satis sit assequutus? Quasi omnia quæ ab eo de Domini gestis prætermissa sunt, faciliora essent primi Euangelii ipsius verbis, In principio erat Verbum.*  
Pag. 117.

## SERRANVS.

Hoc argumentum aduersus te facit. Si enim ingeniis nostris obscura est Euangelij doctrina quæ salutis nostræ fundamentum ponit, Iesum Christum verum Deum & verum hominem: ac

Retorque  
tur argu-  
mentum in  
Hayum.

n. iij.



proinde primum illius Ioannis caput augustum  
 Filij Dei Patri *ἐκκοιότης* incarnatique loquens, in-  
 geniorum nostrorum infirmitati perobscurum  
 est: ecquid futurum esset, si quod breui Epitome  
 luculenter proposita sunt ad credendum, amplius  
 simis libris fuisset explicatum? Perperam enim  
 ponis, Hay, si arbitraris nouum quendam Chris-  
 tum aut nouam quandam Christi vitā, mortem  
 resurrectionem, nouaque ad eum illius benefici-  
 illis singulis explicationibus quas ab Euangeli-  
 stis propter nostram imbecillitatem fuisse pre-  
 missas testatur Ioannes, hominibus propositas  
 iri. Idem Christus, eadem *ἐκκοιότης*, eiusdem tri-  
 unitatis Maiestas, eiusdem Humanitatis cum Di-  
 uinitate hypostaticè coniunctæ efficacitas, fuit  
 set repræsentata. Quomodo igitur in infirmis  
 rum ingeniorum nostrorum vasculis infinita ce-  
 lestium diuitiarum plenitudo contineretur? Quo-  
 nino te tuo iugulas gladio, & si qua fides diuina  
 tibi verbis est, te Apostolus hoc interdicto incre-  
 pat, quod tu alibi importunè citabas vt aduer-  
 te hic opportunè citetur, *Ne quis sapiat supra quod  
 oportet sapere: sed sapiat ad sobrietatem*, prout cuius  
 Deus partitus est mensuram fidei. Verum *Infirmis  
 dum sapientiæ Consultus erras*, non vides quā m-  
 fera & ridicula dementia preceptis tuas: ita nim-  
 rum *ὑπερόπλις* & desipiens vt eum quæras patre-  
 num, à quo nunc increpabare: Augustinum: quem  
 sic audes veritati opponere, vt te Veritas ex illius  
 verbis cogat manus dare, solam in mēdacio me-  
 dicis retinendo peruicaciam mentis que delirantem  
 testantem. Hæc enim est ad tua proxima verba  
*αὐτὸς ὁ θεὸς ἀνὴρ.*

Rom. 12.3

HAYVS.

Quum D. Augustini decretam reperis sic

tentiam, satis prodixit te in Augustiniana doctrina parum esse versatum. Sic enim ille, Electa sunt quæ scriberentur, quæ salutem credentium sufficere videbantur. Ibidem.

## SERRANVS.

At tu prodixisti excessum in Iaponia exulantis. Quid enim dixi nisi quod dixit Augustinus? Non omnia scripta esse aiebat Ioannes, at quæ scripta sūt, electa fuisse ait Augustinus quæ ad credentium salutem sufficerent. Quidnam igitur ex Augustino decurtavi? Negat ita Augustinus non esse opus supplemento Verbi non-scripti. quod est positum in controuersia. Quum igitur ut hæc tantum scriberentur, opportunè prouidit Spiritus sanctus, & Ecclesia Dei sui voci obtemperans, credentium illorum est cœtus: affirmo hanc Augustini interpretationem rectè illustrare dictum Ioannis, quod vestris importunissimis supplementis obscuratur. Ecquis non videt sobrius hæc non esse decurtata Augustini *τεμνάμενα*, sed & de Augustini sententia rectè dici, & ad quæstionis instituta explicationem maximè pertinere? interpretem audiamus.

Hayana  
absurda.

## HAYVS.

Quibus verbis tantum significat ex admirandis Christi Domini operibus, admirabili Spiritus sancti consilio & prouidentia factum esse, ut ea scriptis mandarentur, quæ ad constituendam fidem aliarum rerum omnium, quæ literis comprehensa

*non sunt, satis sufficere poterant. Quam sententiam idem eodem loco perspicue tradit. Audiuit inquit, quia Dominus Iesus mortuum suscitavit, sufficit tibi ut scias, quia si vellet, omnes mortuos suscitaret: & hoc quidem sibi ad finem seculi reservavit. Et post pauca: Oportebat ut modò aliqua faceret, quibus datis veluti virtutis suæ indicibus, credamus in eum.*  
Pag. 117.

## SERRANVS.

Quum Augustinum adoptes testem huius interpretationis. Augustini verba expendantur. Dixerat Augustinus, ea fuisse electa quæ scriberentur quæ saluti credentium sufficerent. Id est admirabili Spiritus sancti consilio & providentia factum esse ais. Rectè. Cur non igitur auctore Augustino Apostolorum scriptis acquiescis, qui ad salutem sint satis? Sensu communi planè cæres. Augustinus disertè loquitur de scripto quod vult sufficere ad salutem. Tu id de non-scripto vis intelligi. Ecquid tibi superest vel mentis vel etiam sensus? Balaamo es deterior, qui quum videret Deum velle ut benediceret Israël, non abiit sicut semel & iterum, in occursum auguriorum, sed Israël palam benedixit: at tu veritatem ex Augustini testimonio confessus, pergis oblatrare aduersus Veritatem.

At vide, infelix Apostata, quomodo te Veritas constringat, ut proprio ore condemneris. Si enim (ut totidem verbis Augustinus ait, & tu Spiritus Sancti consiliū & providentiam ea in re agnoscis) illa sunt è Christi gestis electa quæ scriberentur.

Num 24.

Noua  
Hayi ab-  
furda.

rentur id est ab Apostolis scripta, quæ poterant  
 sufficere ad salutem credentium, qui tu nobis a-  
 lias res profers? Si admirabili Spiritus sancti con-  
 silio & providentia id factum est, ecquoniam tu, Ie-  
 suita, consilio aliud quidpiam moliris. Si suffi-  
 ciunt, occur tu res superuacaneas obrudis? Quod  
 si sunt ALIÆ RES illæ quæ literis non sunt com-  
 prehensæ (vt totidem verbis ais) non sentis te  
 proprio ore conuinci? Quum ALIUD EVANGE-  
 LIUM doceas, de Spiritus sancti per Apostolos  
 loquentis sententia & decreto, es anathema: id  
 est fateris tandem quod erat positum in contro-  
 uersa, Vestrum illud verbum non-scriptum esse  
 aliud quam scriptum: atque adeo vis è tuis ver-  
 bis colligi, Execrabilem esse doctrinam quæ Ver-  
 bo illo Non-scripto continetur: & de industria  
 tuorum hominum verba inculcans, vis ea vide-  
 ri penitus absurda. *Ad constituendam, inquis, fi-  
 dem aliarum rerum omnium quæ literis non sunt compre-  
 hensæ.* Qui verò, Hay, si aliæ sunt & peregrinæ illæ  
 res Non-scriptæ, poterit Scriptura illarum fidem  
 constituere? Mahomedis doctrina post Apostolos  
 nata, alia est quam Euangelium ab Apostolis scri-  
 ptum. Qui possit Alcorano fides constitui A-  
 postolorum scriptis? Sic de tuis illis Verbi non-  
 scripti rebus planè consequitur. Plana & perspi-  
 cua sunt verba, licet aliud te cogitare verissimum  
 sit: sicuti & aliud Caiaphas cogitabat, neque ex  
 semetipso loquebatur, quum in Synedrio dixit,  
 Expedire vt vnus homo pro populo moreretur.

Hæc sunt plana, perspicua, luculenta confes-  
 sionis tuæ verba, Augustini esse sententiam vt ea  
 scriptis mādarentur ex operibus Christi quæ suf-  
 ficerent: id Spiritus sancti consilio factum esse:  
 Res literis non comprehensas esse alias à Scri-  
 ptis. Quid igitur responsas? Si *omnino* est Euange-  
 "

lium non-scriptum, si ἐπερφηρῆς, si traditiones non-scriptæ, sunt ἐπεδιδασκαλίας, cur pergis obstrepere?

Nam quod Augustino subiungis, contra te citat. Ait ille nos omnes quidem mortuos à Christo fuisse suscitatos, de tribus constare tantum: ex his paucis exēplis norimus, Christum omnes quidem potuisse mortuos suscitare, sed id tempore reservare: atque adeò his suæ potentie quasi iudiciis credamus in eum, & ad ultimam resurrectionis spem præparemur. Augustinus vobis hanc de Christo cognitionem nobis sufficiens. Quidnam inde colligis, magne demonstrator? Num in vestri illius Verbi non-scripti mysterii commentarium extare omnium hominum quod Christus suscitabit? Nobis satis est τὸ κατὰ λόγον nobis ex quo nimirum vera scientia comparatur: τὸ ἐπιγινώσκον quum noluerit Spiritus sanctus à nobis ignorari, cur exquiramus? Vide quo te rapiunt tuæ deliria. Conuictus tamen pergis minari.

## H A Y V S.

*Nos infra D. Augustini pro traditionibus non-scriptis, te ita obruemus sententis, ut si Christus in te vllus est pudor, in posterum hiscere non audebis. Pag. 117.*

## S E R R A N V S.

Est vetus dictum,

*Κύων ὑλάκτης & ἔφθρα καὶ ἀσπίς*  
Oblatras, neque veritatem neque me mordet  
tibi vni Veritatis hosti planè iniurias. Quidnam  
igitur

DE VERA ECCL. AVTORITATE. 205  
igitur sis acturus, suo loco viderimus: at quid  
proximè dicas, videndum est.

---

HAYVS.

Diximus D. Ioannem *ὁ βελικὸς* loquentum esse. Quod autem concludis, Turca ac Iudæo, Christiani nominis hosti, similem concludendi rationem, si vere Christianus esses, reliquisses. Nihil enim siue gesta siue dicta Christi Domini spectes, invenire poteris, quod & Ecclesia non profuerit, & mortalibus omnibus, si cognoscerentur, magnum non potuerit utilitatis fructum asserre. D. Lucas testatur Christum &c. Hac tuo iudicio superuacane a eorum, quæ Evangelista ea literis non consignarint. Pag. 118.

---

SERRANVS.

Sunt quidem per se vtilia, quæcunque siue dicta sint à Christo siue gesta: sed propter animorum nostrorum imbecillitatem commodius certiusque visum est Spiritui sancto breuem quandam summam amplissimarum illarum rerum ab Evangelistis perscribi, ne infirmi hominum stomachi copiosiori cibo onerarentur: ecquis enim vltus est rei incognitæ, quantumuis per se magnæ? Est igitur vernacula illa tua, Hay, fallacia, *A dicto secundum quædam ad dictum simpl. ceter*, nam quod tribuitur personis in res deriuas: perinde ac si dicas, culpam in cibum & vinum esse transferendam, quod illis impensius aliquis indulserit. Verùm idem est cibus, idem vinum & sobrio & ebrio.

Sancta prudentia testatur Apostolus se lac  
lidum cibum variè exhibuisse Corinthiis. La  
dabitur prudentia præceptoris qui se discipulo  
ingenio captiue accommodauerit. Ecquis se  
rat proteruiam Iesuitarum qui summam Dei sa  
pientiam impudenter damnant, quòd sui cogita  
tionem nobis eo modulo dispense quem salutem  
nostræ nouerit expedire? Tu igitur, Hay, omnium  
opinionum periclicator, vel Turcæ vel rebelles  
Iudæi furores tibi vendicato, qui Scripturam no  
bis inutilem reddis, quum ad omnes vitæ nostræ  
partes manet, sicuti docet Apostolus. Per se quo  
dem semper erit utilis, at impiis non modò in  
utilis sed lethalis erit.

Mirificam verò tuam audaciam, licet passim  
statam, in nouo tamen commento relinquas.  
*resurrectionem multa & dixit & fecit Christus donec  
caelum ascenderet. Ita planè est. Illane fuerunt superna  
nea & non profutura? Nequaquam. Ecquid verò  
de colligis, Hay? Illorumne custodia vobis lesu  
tis est commendata, aut illa nouum quidpiam  
quàm Apostolorum scripta complectuntur? Re  
culum caput! Prædixerat Christus, se ea ipsa Apo  
stolis in memoriam reuocaturum, quæ illis di  
xisset antequàm ad Patrem proficisceretur. Ho  
sunt videlicet maxima Iesuitarum mysteria de  
rum ab Apostolis prætermittarum supplementis.*

IVDICAVIT Dei sapientia hanc generalis  
cognitionem satis esse ad nostram salutem: re  
rum singulariù narrationibus noluit ingenia no  
stra onerari. Ecce igitur desideremus prolixio  
rem historiam Euangelij, vt norimus quidnam  
gerit Christus ab incunabilis ad trigessimum  
que annum, quo anno in publicum prodit vt mi  
nisterio suo fungeretur: quot porò habuerit cog  
nitiones, quot miracula ediderit toto illo triennio  
ad mor

ad mortem vsque, singulatim teneamus, quum illarum summam scripto Euangelistæ commendarine? Præterea, quum propagatum fuerit ab Apostolis Euangelium per vniuersum terrarum orbem, æquid necesse erat singulatim perscribi in Actis Apostolicis, quidnam Matthæus, quidnam Thomas, quidnam Andreas, quidnam etiam Petrus copiosius, quidnam Ioannes, quidnam denique cæteri Apostoli singulis in locis egerint in quibus legationem suam obierunt: quandoquidem de ipsa legatione luculentum extat in Scriptura monumentum. In summa, nõ temerè Deus res illas selegit quas voluit scripto commendari à notariis suis, de quorum fide & prudentia dubitare nefas est: neque temerè voluit res cæteras prætermitti, quum scriptæ ad salutem nostram abundè essent. Denique, vanissima est & planè diabolica disquisitio rerum prætermittarum, cui nimirum solennibus Scripturæ sacræ tabulis omnis est præclusus aditus à Deo.

Ex quibus efficitur, Pontificios grauissimè abuti testimonio Ioannis, & Hayum malæ causæ patronum importunè vellicare veram germanamque illius testimonij sententiam à me allatam. Illud igitur è priori loco exturbatus, in secundo planè est mutus: suoque more quærit noua diuortia. Dixeram ego, Scripturam veritatis esse fidam custodem: & in hac quidem deliri & insipientis mundi senectâ, Scripturam esse planè necessariam. Prætermisso Ioannis testimonio secundo, Hayus Ieremiæ testimonium profert, quo scilicet probet, Scripturæ vsum esse nullum his extremis temporibus: vt illud non Scriptum Verbum quod tueretur, auctoritatem nunc demum consequatur. Quum rectè igitur excurret, videndum est, vt illius desultoriæ leuitati aliquid

Comple-  
xio huius  
argumen-  
tationis.



indulgeamus : licet hæc *πίστις* possimus præ-  
termittere.

S E C V N D A H A Y I  
digressio, qua instituit probare, *Hæc  
extremis temporibus non modò inu-  
lem esse Scripturam, sed plane pernicio-  
sam : ac proinde ab Ecclesia extermi-  
nandam.*

*Primus locus* è Jeremia petitus est, quo molitur  
docere, Nullum esse usum Scripturæ his extremis  
temporibus.

*Tres loci* insequentibus sunt Tertulliani, quibus  
vult effici, Perniciosam esse Scripturæ lectionem

*Quintus & ultimus*, Augustini est ad idem pro-  
bandum.

*Sextum argumentum* Hayus ut vernaculum pro-  
fert & suum.

ANIMADVERTE LECTOR  
quousque serpat Iesuitarum virus. Quo-  
nam enim illis non liceat (ut ait Tertullianus)  
post blasphem.

DE LOCO IEREMIAE cap. XXI  
Hoc erit fœdus &c.

---

H A Y V S.

*Inani tua loquacitati respondebit pro nobis Je-  
remias, Hoc, inquit, erit pactum, quod fero*

eum domo Israel post dies illos, dicit Do-  
 minus: Dabo legem meam in visceribus  
 eorum & in cordibus eorum scribam eam.  
 &c. *Quam sententiam usurpat Apostolus, ut*  
*legem Evangelicam veteri antecellere pro-*  
*bet. Quere à Spiritu sancto, Hóccine modo*  
*magis capax fuerit mundus salutaris doctrine,*  
*quam scripto? Verba Prophetæ perspicua sunt, &c.*  
 Pag. 114.

SERRANVS.

Rísumne tenere potes, bone Hay, quum mihi  
 loquacitatem obiicis, qui mihi breuitatem libel-  
 li mei tam saepe exprobrasti? At futili Pseudopro-  
 phetæ Veritas est loquax, quæ plus loquitur quã Fugæ Ie-  
suitaræ.  
 velle, ipsius vanitatem prodens. Tu verò debe-  
 bas expendere secundum Ioannis testimonium à  
 me allatum, Hic taces; vbi debebas loqui: illic lo-  
 queris, vbi debebas tacere. Écqua enim fronte  
 Prophetam, è Scripturæ notariis vnum, Scriptu-  
 ræ opponis? Si nullus est Scripturæ vsus, cur Scri-  
 pturæ antiquatæ atque exoletæ auctoritatem præ-  
 texis?

Verum, Christiane Lector, vt intelligas quàm  
 procax sit & insanæ Iesuitæ tenebrionis audacia:  
 qui thraónico supercilio Prophetæ & Apostoli  
 nomina & verba contra veritatem usurpat, inue-  
 nit pulcherrimum Ieremiæ locum perperam ab  
 illo citatum accuratiùs expendere. Atque vt de  
 re tota certius solidiùsque constet, controuersia  
 huiusce nostræ statu singulatim indicato, Hayi  
*vsam* siue exceptionem ex illius verbis euolu-  
 tum Syllogismo representabo.

Ego affirmo Scripturæ vsus in Ecclesia esse

Status cō  
trouerſiq.

neceſſarium, & his vltimis quidem temporibus  
in quibus Deus omnem ſuam de ſalutis generis  
humani voluntatem ſic per Filium ſuum pateſce-  
cit, vt nullæ aliæ reuelationes ſint porro expe-  
ctandæ. Idcirco ne humani ingenij vanitati ad-  
tus pateret, aio, Dominum prouidiſſe Scriptura  
monumentis, quibus ſuam illam voluntatem de-  
ſiniuit, quantum ad ſalutem noſtram eſſet ſatis.

Hayus hoc negat, & cōtrā affirmat, Extare quæ-  
dā ſalutis noſtræ myſteria, illis ſacræ Scriptura  
myſteriis minimè comprehenſa: quæ alio quoſi  
doctrinæ genere contineantur, quod Verbum  
non-ſcriptum appelletur vt à Scriptura diſtin-  
guatur. Sux autem ſententiæ ſponſorem proferat  
Ieremiam, & aſtipulatorem, Apoſtolum: qui Ie-  
remiæ ſententiā ſic interpretetur vt his vltimis  
temporibus ſolenni Euangelij prædicatione per  
vniuerſum terrarum orbem patefacta, nihil opus  
ſit Scriptura. Sic verò argumentatur.

Argumen-  
tum Hayi  
ex hoc te-  
ſtimonio  
Ieremias,

*Quod Propheta euenturum prædixit & Apoſtolus  
eueniſſe docet, id ratum habendum eſt.*

*Propheta euenturum prædixit vt vltimis tempo-  
ribus Deus ponat legem ſuam in medio ipſorum, & in  
corde ipſorum ſcribat eam & Apoſtolus id de Euangeli-  
o interpretatur.*

*Ergo his extremis temporibus poſt ſolennem Euangeli-  
 prædicationem non eſſe opus Scriptura.*

Hoc Hayus ex Propheta quomodò eliciat, &  
vera germanaque loci ab eo citati ſententiā per-  
ſpicietur: quæ huiusmodi eſt.

PROPHETA his verbis luculenter deſcribit  
Eccleſiæ inſtaurationem & primùm Iudæis ex-  
libus & Babylonicæ ſeruitutis iugo ſubactis, po-  
licetur Deinomine, fore vt in patriam poſt limi-  
nioreduces non modò piſtrinam auitamque li-  
bera

bertatem recuperarent, sed longè augustiorem excellentiorèmq; cōditionem, noui cuiusdam fœderis beneficio consequerentur.

Quum autem Legem cum Euangelio compareret, vetus fœdus cum nouo fœdere, primùm omnium intelligendum est quidnam LEGIS, quidnam fœderis veteris & noui, nomine intelligat.

LEGIS nomen aliquando accipitur pro tota doctrina sacra: cuius partes sunt duæ. Vna quidem, quæ in mandatis versatur, & complectitur regulam bene viuendi, hæctenus quidem vt promissiones Dei nobis efficaces denuntiet, si illius voluntatem impleamus: minas contrà cum pœnis opponat iis omnibus qui mandata Dei non impleuerint. Altera verò *Euangelium*, id est saluta-

Legis

ris doctrinæ pars ea quæ nos per Legem condemnatos ad Dei per Iesu Christi gratiam nos reuocat, vt in eo & per eum Dei nobis reconciliati misericordiam per fidem adepti, vitam æternam cōsequamur. Hæc in promissionibus Dei tota est, quæ à nobis pendeant meritoque nostræ non huiusmodi quidem quales Lex præscribitur, sed à Dei mera in Christo gratia, nostræ indignitatis agnitione efficaces: vt id nimirum quod præstare ipsi non possumus, credamus sola Dei per Christum Seruatorem misericordia nobis exhiberi, Fœderis autem veteris appellatione, Lex noui autem, *Euangelium* significatur.

&  
Euangelij  
significa-  
tio.

Notatis vocabulorum notionibus, de re ipsa dicendum est: & quoniam Legis & Euangelij cōparatio instituitur, triplicem à Propheta quum designari perspicuum sit, de singulis singulatim dicendum est. *Prima*, comparatio est in ipsis rebus de quibus agit Propheta, Lege puta & Euangelio. *Secunda*, in personis. *Tertia*, in temporum circumstantiis.

Legis offi-  
cium & v-  
sus.

IN REBUS autem bifariam, è Legis nimirum  
& Euangelij Natura, vt intelligamus quidnam  
fit vtrique primò & per se proprium, quod à mi-  
ſtris appellant: tum ex vtriusque Vſu & Offi-  
cio prout hominibus accommodantur. Lex eſt con-  
ſtans & perpetua bene beatèque viuendi regula.  
Hanc naſcentis hominis animo inſeuit Deus  
Opificem ei patefaciens ad imaginè ſuam crea-  
to, in eum finem vt veram felicitatem confeque-  
tur. Ita naturale & verè à ſeipſo Legis proprium  
eſt, vt Dei voluntatem hominibus exponat,  
proinde doceat eos quidnam debeant Deo,  
qua via ad veram felicitatem poſſent peruenire.  
Sic vſus & officium Legis eſt, ex primigenia  
dem hominis creatione, vt hominem è  
perfectè obſequutum beet: at quum homo è  
creatione deſciuerit, vſus officiũque Legis  
gè aliter deſcribi debet in hac corruptione  
neris humani: luculenta enim eſt obligatio  
Legem, ſempiternaque rectè viuendi regula.  
Quid ſi ſua culpa homo factus ſit non ſoluen-  
dum idcirco minus ſua Deo conſtabit autoritas.  
Hominem igitur corruptum Lex damnat, non  
ſuo quidem illo naturali proprio, ſed hominis  
culpa. quum enim doceat quidnam homo  
beat Deo, prodit corruptionem & imbecillita-  
tem hominis ita oberati vt ne teruntium quidem  
ſoluere poſſit, imo qui non poſſit non amare mor-  
tum & miſeriam ſuam ex corrupta illa natura  
ſua. Proponit quidem quid rectum ſit quid non  
quid faciendum, quid fugiendum, oculos ledit  
ne, aures auditione erudit, viam ſternit bene viu-  
endi, commonſtrat veram felicitatem: at eor-  
um efformat, morbum indicat, non sanat: des-  
tum oſtendit, non ſoluit, eſt enim ligera lapide  
bus incifa, obligatio tabulis conſignata: atque de-

deò considerata per se, in nobis mortuis est mortua, in nobis non-regeneratis caret Spiritu regenerationis: minimè nos regenerat, sed nos prodit non-regeneratos. Sic ait Paulus, *Literam occidere, Spiritum vivificare*. Atque hoc quidem officium naturalis Legis est, vt in mandatis, minis, & promissionibus versetur. Hanc in hominis animo obliuiscit Deus instaurauit ministerio Moysi. Adiuuati sunt quoque veræ religionis ritus, quibus populus Dei de recuperandæ felicitatis ratione edoceretur, id est ad Christum reuocaretur, per quem vnum vera constat hominibus felicitas. Hæ autem ceremoniæ ita sunt cõsiderandæ vt quum essent chirographa condemnationis illius, (quæ admodum ait Paulus) veram tamen solutionis rationem in Christo repræsentarent, ad quæ obæratum & rerum hominum animos reuocabant. At erant temporariæ illæ Legis ceremoniæ, ad aduentum videlicet Christi: ac proinde suo tempore abolendæ quod ad legitimum ipsarum vsum Deus definierat. Atque hæc quidem de lege.

Coloss. 1.

14.

Vbi definit Lex, ibi incipit Euangelium. licet enim Euangelium sit odor mortis iis qui pereunt, è sua tamen natura propriè æstimatum, est odor vitæ, Euangelium nimirum, id est felix nuntius de salute eorum quos Lex damnauit. Nos igitur nostri reatus nostræque corruptionis & imbecillitatis reos Euangelium affatur, certos reddit de remissione peccatorum in sanguine Mediatoris, & de virtute Spiritus sancti habitantis in nobis vt simus nouæ creaturæ: quum eiusdem sit Dei gratiæ, & nos iustificare & nos sanctificare vt nos stato tempore glorificet.

Euangelij  
officium  
& vsus.

Verum igitur & proprium Euangelij officium hoc Apostoli dicto describitur, *Euangelium, est potentia Dei ad salutem cuius credenti*. Vult Deus ser-

uare electos suos è communi pernicie generis  
 humani, & quum sint homines, damnatos in seipso  
 & sua culpa, vult per se & sua gratia seruare. Per  
 quam igitur horrenda vox Indicis insonuit peccatori  
 cati pœnas denuntians, succedit suauissima vox  
 Patris per Filium suum electis suis è peccatorum  
 colluue segregatis verè reconciliati: & voce illi  
 offeruntur peccatoribus duo maxima dona, vti  
 ta peccati remedia, Remissio peccatorum, & Sa-  
 ctificatio: & vox illa salutaris intelligenter clama-  
 mat, *Pœnitentiam agite: quia appropinquat regnum celo-  
 rum.* Felix igitur illud nuntium, quod *græcè*  
*ἔξω* vocatur EVANGELIUM, est doctrina à Deo  
 Patre per Filium Redemptorem hominibus  
 missa, id est primis parentibus nostris statim post  
 lapsum data ad salutem: quippe qui vt reatum  
 calamitatem, tristissimas peccati pœnas peccato-  
 perant, ita dulcissimam promissionem ample-  
 sunt DE SEMINE MULIERIS obtrituro capite  
 Serpentis. id est DE CHRISTO Filio Dei  
 quem Pater creauit mundum, & per quem peccato-  
 ditum mūdum instaurat, id est eos liberat è seruitu-  
 do, quos in Filio illo suo adoptauit, vitæ æternæ  
 felices heredes. Itaque EVANGELIUM, offer-  
 dens nos à Deo liberari & seruari per Filium  
 non-imputato nobis peccato nostro, aliena  
 stitia seruemur, duo electis perspicuè offert, &  
 missionem peccatorum in plena Redemptoris  
 tisfactione qui pro nobis factus est peccatum  
 iustitia Dei in illo fieremus: & Inchoatam in nobis  
 bis sanctificationem, cuius vi peccati reliquie  
 nobis sensim perdomentur. Illius autem sanctifi-  
 cationis hæ sunt primarię partes, Agnitio veritatis,  
 id est Fides qua verum Deum sic discernimus  
 ob omnibus commentis vt cum Patrem verè esse  
 sciamus: & Voluntas congruens rectæ rationis se-  
 mper

quam præscribit Lex Dei, & vitæ vniuersæ actiones ex illa regula confirmat. Euangelij igitur doctrinam hæc nobis proponentem efficacitate sua comitatur & animat Spiritus Dei, vt illius voce in nobis excitet fidem, poenitentiam, vitæ nouitatem, indicat pignus nostræ felicitatis, ac proinde sternat iter ad vitam æternam salutaris illius doctrinæ agnitione. Hoc est verum, proprium & quasi *totius* officium Euangelij à Lege his no-  
tis discriminatum atque distinctum: sed quibus & quando exhibitum sit, paucis est commo-  
strandum.

Quum enim vna sit veritas & vna Ecclesia, do-  
ctrinæ sacræ œconomia & dispensatio notanda  
est, quam constat variam fuisse & multiplicem  
pro variis personarum temporumque circum-  
stantiis. Hoc verò maximè pertinet ad institutum  
sermonem.

Doctrinæ  
sacræ œco-  
nomia.

DE PERSONIS ergo sic breuiter habendum  
est, Omnibus quidem hominibus Legem Dei in-  
notuisse, quippe quæ naturaliter sit in ipsorum a-  
nimis insculpta: & postquã instaurata est à Deo:  
Mosis ministerio, per vniuersum quoque terra-  
rum orbem summi Dei Edictum emanasse. At  
Euangelium vni Ecclesiæ destinatum esse certum  
est, licet illius vox passim personet, vt omnes  
homines salutaris passim doctrinæ oblatione in-  
nitentur ad salutem, & peragantur rei, quum  
illam repudiauerint. In hac tamen generali siue  
Legis siue Euangelij prædicatione ij soli partici-  
pes sunt salutaris doctrinæ, qui eam per fidem  
amplectuntur. In cordibus igitur fidelium solis  
Lex inscribitur, quum in omnium auribus inso-  
net, oculis obuersetur. Post lapsum autem Ada-  
mi Deus incepit colligere Ecclesiam suam voce  
Euāgelij cuius vnus vi electi insiti sunt in Chri-  
o. iij.

Pro perso-  
narum &



stum, solum & perpetuum Redemptorem generis humani. Porro salutaris doctrinæ fidelibus reuelatæ gradus intelligendi sunt.

Temporū  
variā &  
multi-  
plex.

TEMPORVM ratio distinguenda est, vt modis illius doctrinæ hominibus salutariter patefacta perspiciatur: pro singulis enim Ecclesiæ suæ ætate veritatis suæ œconomiam exhibuit Deus lucemq; salutaris doctrinæ mundo exeruit: quem admodum supra ostendebam ex Epistola ad Hebræ. quæ duabus his vocibus, *πλημερῶς* & *ποικίλως* temporum articulos, & varium multiplexcémque vnus Veritatis modum ostendebat. Vnica igitur Veritas post homines natos hominibus in Christo exhibita est, sed prout Deus Ecclesiæ suæ expedire nouit, & vario modo & variamensura: & ante Legem & sub Lege & post Legem. Ante Legem latam, nouū hoc fœdus Deus percusserat cum priscis Patribus Adamo, Nocho, Abrahamo, cui illustrius signum datum est in Circumcisione, illius in Christo iustitiæ signumculo. Successit Lex quæ & notitias naturales percati caligine obscuras instaurauit & illustrauit sicuti vetera scripta è sicu & squalore eruuntur vt eadem exscribantur. Sic Dominus Legem quam in hominum nascentium animis inscripserat, publicis tabulis inscribit & promulgat per Mosem, vt ab omnibus illustrius commodiusque intelligeretur. Adiunctæ sunt ceremoniæ quæ essent solennes testificationes de corruptione & miseria generis humani, & de eiusdem Redemptione in Christo homine. Legis naturalis illarumque ceremoniarum interpretes accesserunt Prophetæ, qui & vsum officiumque Legis ostenderent, hominesque Legis iudicio damnatos, Evangelij voce ad Christum reuocarent. Veram cognitionis illius, pro temporum momentis sit

circumstantiis, mensura sic dispensata fuit à Prophetis veteri Ecclesiæ, donec plenè illuxit Sol iustitiæ Christus, qui impleto Redemptionis nostræ mysterio sinè imposuit ceremoniis, quarum usum Dominus illius aduentu terminarat. Ex illius igitur Oeconomix pro modo, mensura, temporibusque variæ ratione, idè *Fœdus* vocatur *Vetus & Nouum*, quamuis reuera idem sit. Ante Legem & sub Lege obscurius: sub Evangelio tantæ lucis vbertate splendescens, vt nullæ posthac reuelationes debeant expectari. Sic Legis & Evangelij discrimen, quantum pertinet ad loci huius circumstantiam describitur.

Ex hac igitur Legis & Evangelij descriptione elucet vera germanaque Prophetæ sententia. Quamuis enim primo loco futuram Iudææ instaurationem Dei nomine polliceatur, quum tamen promissiones temporales in se considerata, sunt imperfectæ, neque vaticinij illius magnificentix respondeant: perspicuum est, Prophetam reuocare fideles ad Christum, in quo nimirum vno promissiones omnes Dei sint Etiam & Amen. Illius autem in Ecclesia sua instaurationem vim hæctenus commemorat, vt quemadmodum eam in veteri fœdere collegisset, Abrahamo posterisque veritatis suæ ceremoniarum figuris adumbratæ cognitione imbutis: ita solenni tandem Evangelij prædicatione illustriorem vberiorémque sui cognitionem fidelibus suis sit largiturus, illis nimirum quæ à Lege præsignificata, & à Prophetis prænuntiata essent, impletis. Ita fore vt vltimis temporibus, quum se mundo exhibuerit, Redemptionis nostræ mysterio perfecto atque absoluto, Evangelij sui præconio clarioris augustiusque gratiam suam effundat, salutariémque illius doctrinam animis cordibusque e-

Vera &  
germana  
Ieremiæ  
sententia.

lectorum suorum efficacem reddat. Non negatur  
 "gitur Propheta, Christū Patribus olim sub Legge  
 "ad salutem innotuisse, sed loquitur comparatē  
 "vt meliorem Ecclesiæ sub Euangelio siue nouo  
 "fœdere conditionē repræsentaret, eiusdem qui-  
 "dem veritatis participem futuram, at & luculen-  
 "tiori modo & vberiori mensura. Sic nimirū hunc  
 Jeremiæ locum exponit Apostolus, Legis & Eu-  
 angelij discrimen instituens, & ex vniuersi loci  
 circumstantiis constat hanc veram simplicemque  
 esse illius sententiam.

Respon-  
 sio ad Hayi  
 argumen-  
 tū ex hoc  
 Jeremiæ  
 testimo-  
 nio con-  
 flatum.

HIS ITA constitutis, agendum, Hay, argumen-  
 ti illius tui te dignam consequutionem expendē-  
 mns, vt qui te nondum norunt, discāt inde quā  
 piē & sobriē Propheticam doctrinam tractes.  
 postquam dereliquisti Ecclesiam Dei. *Propheta  
 inquis, vaticinatur futurum vt nouissimo tempore Deus  
 inscripturus sit Legem suam in cordibus ipsorum. Ergo his  
 ultimis temporibus non modò non opus est Scriptura, sed  
 perniciosa est Scriptura Ecclesiæ.*

RESPONDEO multiplicem hūc esse variorum  
 mendaciorum hydram, & materiæ & formæ præ-  
 uaricatione variis erroribus insanientem.

Primus error est, *Falsa hypothesis*: quasi Euange-  
 lij solennis illa patefactio sit, scriptis caritura. Ec-  
 quis verò sine summa blasphemia Apostolorum  
 scripta repudiauerit?

Secundus error est, *Falsa nominis notatio*: quasi  
 dicat Propheta, Deum sine Verbo suo inducturum  
 salutarem sui cognitionem in animis electorum  
 suorum, quum ait, Ponam Legem meam in cor-  
 dibus ipsorum. At quis non videt contrarium di-  
 citi? Quidnam enim est Lex Dei, nisi Verbum Dei  
 scriptum ministerio Moysi & Prophetarum? Difer-  
 tē ergo testatur Propheta, futurum vt Deus Ver-  
 bo suo incrementum sit vberimē daturus, cuius-

que vim & efficaciam in illorum animis impres-  
surus.

Tertius error est, *Falsa descriptio sententiæ*: quasi negaret Propheta eandem Christi cognitionem, quæ nobis exhibita est per Euangelium, Patri-  
bus sub lege innotuisse: quum eadem de Christo doctrina illis fuerit patefacta, licet pro variis tē-  
porum circumstantiis & forma & mensura fuerit diuersa, vt diximus. Illi enim crediderunt in eum qui vêturus erat: nos credimus in eum qui venit: eum vere quidem sed figuris Legis ad-  
umbratum: viderunt: nos omnibus vmbri-  
bus e- uolutum media luce contemplamur. Illi, fa-  
tis quidem quòd ad ipsorum salutem attine-  
bat, eum cognoscebant, sed parciùs mysteria suo  
tempore reuelata per ceremoniarum inuolucra  
videbatur: nos pleniùs & vberius in Verbo & Sa-  
cramentis illustri sese patefacientem peruide-  
mus. Doctrinæ igitur siue foederis illius nouitas,  
non est posita in substantia, sed in forma dunta-  
xat: quemadmodum è luculentis Prophetæ ver-  
bis elicitur. neque enim dicit Dominus, *Legem a-  
liam dabo: sed scribam Legem meam*: nimirum eandem  
quæ Patribus data fuerat Moysi cæterorumque  
Prophetarum ministerio.

Quartus error est, *In vitioso consequenti*. non enim  
consequitur, Spiritus sancti efficacia agit in cor-  
dibus fidelium. Ergo non est opus Scriptura. Cer-  
tè subordinata non repugnant. Verbum Dei sine  
Spiritu Dei, est quidem nullum & inefficax: id est  
qui serit, aut qui rigat nihil est, sed Deus qui dat  
incrementum, agit efficaciter in cordibus fide-  
lium per Spiritū sanctum. Fides, est donū Dei:  
at Verbi sui auditu, ac proinde ministerio vult  
vti Deus ad fidem ingenerandam. Legis autem,  
id est Scripturæ, fit mentio apud Prophetam, vt

omnis Scripturæ hostibus respondendi occasio præcidatur.

Quintus error est, *In forma argumenti*, quod non ex præmissis conficitur, sed quarto quodam termino euagatur. Hoc enim Hay, posueras è *Ieremia, Fore ut Deus inscribat Legem suam in cordibus fidelium suorum ultimo tempore*. Quidnam concludis inde? Nullum non modò Scripturæ usum his nouissimis temporibus futurum, sed perniciosam quoque Scripturam esse Ecclesiæ. Ecquid hoc monstri est: ubinam hoc Scripturæ exilium apud Prophetam?

Hoc nimirum volebas, Sophistarum omnium modestissime, quod quærerem à Spiritu sancto. Tu potius ab illo quære ecquid de eo homine edicat statuendum esse, qui Scripturæ usum nõ modò nullum, sed errorum etiam omnium seminarium esse audeat scribere. Si Esaiam Spiritus Dei gubernauit, te Spiritus Dei ad Legem & Scripturam amandans, reum peraget caliginosæ ignorantia: si Petrum, te irrisorem, te indoctum, te nefarium appellat Spiritus Dei, qui Scripturas detorques tuo ipsius exitio: sic enim disertè loquitur Petrus, siue potius Spiritus sanctus per Petrum, causam affert cur ea quæ uia uoce docuerit, literarum monumentis commendet, Scripturæ autoritatem aduersus canum latratus asserens.

Neque te terret cõscientia ad hos blasphemiarum scopulos tam apertè, Hay, allidentem? At se Deus aduersus tuos furores tuebitur: & fidelium auribus insonabit semper vox Filij Dei, *Scrutauimus Scripturas*: ipsorumque animi erunt memores eorum quæ Prophetæ & Apostoli vnanimi consensu scripserunt, quemadmodum eos Petrus hortatur. Tuam uerò argumentum in caput tuum reuertitur: nemo non eruditus & sobrius animad-

*Prædixit Esaias, fore ut Deus inscribat Legem suam in cordibus fidelium suorum:*

Obversio  
Hayani ar  
gumenti.

*Atqui Lex Dei in sacra Scriptura continetur, neque aliam Deus Legem inscripturus est quam suam, ut disertè testatur Propheta.*

*Ergo Scripturæ necessarius usus est Ecclesiæ, his nobilissimis temporibus.*

Atque hæc quidem de vera germanaque Ieremiæ sententia aduersus calumnias.

QVAM rectè etiam Scripturæ Antiquitatem opponas, porrò videndum est.

DE DVORVS TERTVLLIANI  
TESTIMONIIS.

Vnum explicatum est supra in secunda Quæstionis parte, pag. 254.

Alterum est, in eodem libro de præscript. aduersus hæreticos.

HAYVS.

*Repete quæ supra ex Tertulliano adduximus de Hæreticis, & tuas ansas nondum præcisas inuenies: ac diligenter perpende præclaram eiusdem auctoris sententiam, quæ tibi resipiscendi ansam dabit. Nec periclitor dicere ipsas quoque Scripturas sic esse ex Dei voluntate dispositas ut Hæreticis materias subministrarent, quum legant oportere hæreses esse, quæ sine Scripturis esse non possent. Pag. 114.*

SERRANVS.

At tu repete quæ ad eum locum tibi respondi. Tu verò præclarus scilicet es, ansarum sector, qui

non modò vasis anfas, sed totum vas effregisti, factò fidei naufragio, vt Apostata in mare Iesuiticum te præcipitem dares. Omnino sapiens, tandem aliquando respiscendi ansam arripes, quam ex ridiculo tuo aduersus veritatem conatus Deus tibi offert. Sic nimirum verè esses. Si has salutis tuæ ἀναβὰς amplecterêre, quas tamen non irridebis impunè. Atque hæc quidem de primo de secundo sic habeto.

Quomodo hæretici abutuntur Scripturæ, Tertulliani testimonium.

TERTULLIANVS à te citatus seipsum interprete-  
retur vt sobriis Lectoribus constet quoniam  
fit fides Iesuitica vel Hayana. Tuū autem est hu-  
iusmodi, Hay argumentum.

*Hæretici sine Scripturis esse non possunt, teste Tertulliano, id est, è Scripturis ansam arripiunt sacramentorum hæresin.*

*Ergo exterminandus est Scripturarum usus ab Ecclesia.*

Rationem dubitandi Tertullianus ipse eodem loco ostendat. Sed queritur, inquit, à quibus intellectus interpretetur eorum quæ ad hæreses faciunt. Id est, Quomò perspicuum sit hæreticos è Scripturis occasionem quærere errorum, quæritur vnde illa nascatur interpretatio, ex qua hæresis emanet. Scripturane fit causa illius erroris quem ab ipsa prætexunt hæretici. Minimè omnium, deinde respondet, sed à diabolo, cuius sunt partes interuertendi veritatem & qui ipsas quoque res sacramentorum diuinorum in idolorum mysteriis emulatur. Hæc sunt ipsa Tertulliani verba. Non igitur à Scriptura, sed à Diabolo est, Scripturæ abusus.

At idcircone minus sua constabit Scripturæ autoritas, quòd eam hæretici prætexant? Idem Tertull. respondet. Sed & ipsi hæretici de Scripturis agunt, & de Scripturis suadent. Aliunde scilicet loqui possent de rebus fidei, nisi ex literis fidei? Num Scripturæ

rum ipsarum vitio? Minimè, inquit idem. Hæc regula à Christo instituta, nullas habet apud nos quæstiones, nisi quas hæreses inferunt, & quæ hæreticos faciunt. Et ibidem, Scripturam qui non recipiunt, nec Spiritum sanctum possunt agnoscere discipulis missum, sed nec Ecclesiæ se dicant defendere. Et in eodem libro de analogia fidei, vera intelligendæ Scripturæ regula loquês: Fides in regula posita est: habes legem & salutem de observatione legis & c. Quæramus in nostro, & à nostro, & de nostro. In quo? Duntaxat quod salua regula fidei potest in quæstionem devenire. Regula est autem fidei, ut iam hinc quod defendimus, profiteamur: & c. ne uniuersum locum exscribam, in quo summam contexit Apostolicæ doctrinæ Symbolo comprehensæ, quam Apostolorum scriptis contineri qui negat, eo ipso mendacij conuincitur. Reliquam verò doctrinam (ut Tertullianis verbis utar) de mendacio præiudicandam esse, At ultra Scripturæ cancellos nemini fas esse egredi, his verbis docet idem autor: *Vnum vtiq; & certum aliud institutum esse à Christo, quod credere omni modo debeant nationes, & idcirco quærere, ut possint quum inuenerint, credere. VNIVS porro & CERTI INSTITVTI INFINITA INQVISITIO non potest esse: quærendum est donec inuenias, & credendum ubi inueneris: & nihil amplius nisi custodiendum quod credidisti: dum hoc insuper credis aliud nõ esse credendum, ideò que nec requirèdum quum id inueneris & credideris: quòd ab eo institutum est qui non aliud tibi mandat inquirendum quam quod instituit. De hoc autem si quis dubitat, constabit penes nos esse id quod à Christo institutum est.*

His verbis Tertullianus affatur Iesuitas Verbi non-scripti fabros. Ecquis enim quærendi modus erit, si extra Scripturam diuagemur? Non posse veritatis, quæ vna & certa est, infinitam esse inquisitionem: at in Scriptura certos definitòsque cancellos ad eius cognitionem nobis esse da



tos, vt vltcrius nihil quæramus, sed inuentę veritati acquiescamus: si quis vltcrius quærat, non tamen minus constaturam veritati in Scriptura reuelatę fidem & autoritatem, rectę dixit, vir doctissimus, vt omnibus Verbi non-scripti diuinitatis omnes aditus intercludat.

Et audes, modestissime Antiquator, Tertullianum aduocare testę aduersus scripturam, vt eam non inutile modò sed planè perniciosam esse demonstrēs, eo nomine videlicet quòd hæretici illa abutantur? Fallacię Sophisticę elenchum Petrus iam Tertullianum docuerat, indoctos Petrumque stabiles detorquere Scripturas suo ipsorum exitio: vt errorum quos è Scripturis detorquebant hæretici, causam non in ipsis Scripturis sed in phanaticorum hominum impudētē Scripturis abutentium, cerebris inueniamus.

DE SECVNDO LOCO

Tertulli. ex eodem libro, *Sed vtantur  
Hæretici omnes Scripturis &c.*

HAYVS.

*Et alio loco in eandem sententiam scribit idem*  
Sed vtantur hæretici omnes Scripturis eius  
cuius vtuntur etiam mundo. erit illis hoc  
quoque in testimoniũ iudicij, quod de exemplis  
ipsis blasphemias suas instruit. Ibidem.

SERRANVS.

*Hæretici, inquit Tertullianus, sic vtuntur Scripturis  
vt Mundo. Esto. At quis nescit illos abuti Mundi?*  
Cettè Mundi opificem suis blasphemias facillimè  
ac proinde vt fures & latrones abutantur eius  
donis.

donis. Sic Scriptura nimirum vtuntur, id est profana & scelerata audacia abutuntur. Abusum igitur Scripturæ cur in Scripturam deriuas, quum rotus sit hæreticorum, omnisque culpa in ipsis hæreat, atque adeò cõdemnatio & culpa quemadmodum disertè exponit Tertullianus his verbis, *Erit illis hoc quoque in testimonium iudicij, quòd de exemplis ipsius blasphemias suas instruunt*, Non audis, Antiquator, reos peragi hæreticos propter abusum Scripturarum? Tu igitur, subtilissime disputator, ex hoc Tertulliani testimonio collige, Nò modò inutilem sed perniciosam Scripturam, quòd illa hæretici abutantur: eadèmq; mente & fronte adhibe consensum Augustini.

DE LOCO AVGVSTINI  
 è libro de fide & symbolo, cap. IX.  
 Multa de illo in Scripturis inveniuntur &c.

## HAYVS.

*Cum Tertul. consentit D. Augustinus scribens:*  
 Multa de illo (Christo) in Scripturis inveniuntur ita dicta, vt impias hæreticorum mentes, prius volètes docere quàm nosse, in errorem miserint. *Ibidem.*

## SERRANVS.

Hayi argumentum est huiusmodi, Hæretici prius volentes docere quàm nosse, Scripturæ lectione abusi, in errorem se dant præcipites. Ergo Scriptura, vt hæreseõn errorumque causâ, planè repudianda est.

Alias res agis, Hay: crassissima Elenchi ignorat.

tione abreptus, Augustinus disertè accusat hereticos temeritatis & procacitatis, quòd prius velint docere quàm discere, atque ad eòd Scripturæ imperiti Scripturis abutuntur. Tu vero, com-  
modus scilicet Augustini interpres, Scripturas accusas, hæreticorum culpam in ipsas Scripturas deriuans. Quidam est non modò nugari, sed in-  
fanire, si hoc non est?

## HAYVS.

*Et quamuis nullum contra hanc tuam falsam opinionem haberemus Catholici Scriptoris testimonium, res ipsa omnino convinceret: cum nullum à Christo nato extiterit tempus, in quo tot errorum monstra viguerint, ac nostro infelici seculo. Quæ sacra Scriptura passim omnium linguis, ab omnibus minimum genere siue vllò delectu curiose lectuatur.*  
Pag. 119.

## SERRANVS.

Hoc sextum Hayi argumentum verè Iesai-  
cū, eòdem delirio quo superiora, laborat. Est autem huiusmodi.

Blasphemū Hayi argumentum.

*Christi tempore longè plures demoniaci extiterunt quàm vnquam extitissent. Ergo Euangelium Christi est expulsum ut diabolica doctrina.*

Nonne vides, insane, quo te Diabolus agar precipitem? Accusa Diabolum mendacij Patrem, et doctrinam veritatis, cui se Diabolus opponit: infana hæreticorum ingenia impellens ad errores infeminandos. Sic Apostolorum etiam temporibus complures lupi subingrediebantur, qui veritatem obscurarent pacemque Ecclesie perturbarent: & extremis temporibus exsurrecturos Pseudo-  
doctrinam

doctrinos concionatur Christus, & pseudo-christos tantæ efficacix, vt si fieri possit ipsos etiam electos seducant: & ex Domini doctrina Paulus multos à fide defecturos prædicit. Ex illis ergo temporum variorum circumstantiis concludet, magne Logice, Neque veritatē à Christo annuntiatam, neque ab Apostolis, neque ab Apostolorum successoribus: quòd Samoiatenus, quòd Arius, quòd Nestorius, quòd Eutyches, quòd omnis denique cæterorum furiosorum turba blasphemias suas euomuerint, concludet, Euangelium non esse Euangelium. Quòd oriente Sole varij vapores è terra exhalentur, concludet, solem esse humidum. Imo insaniam tuam si tu non agnoscis, & infelicis apostasiæ tuæ furor te transuersum agit, sobrij Lectores animaduertent inter omnes impostores quos hæc delira Mundi senectus videt, longè perniciosiores esse Iesuitas, qui non tam efficiunt vt Euangelium desinat esse Euangelium: quod suam naturam constantè conseruabit, odor vitæ ad vitam iis qui seruantur: odor mortis ad mortem, iis qui pereunt.

Euangelium nõ est causa turbati, sed fatan & impij, qui se opponunt Euãgelio.

## H A Y V S.

*Quod de delira mundi senectate subicis, non assequor quorsum spectet, nisi Christo Domino sic & vobis capere velis illudere, quum tempus hoc in quo lux Euangelii per extremas terrarum oras, magno Christiane Ecclesie commodo peruagatur, Deliram mundi senectam appellas. Hoc tuum Democriticum dictum in cæteris Sectæ vestre blasphemias merito reponendum indicabis. Pag. 119*

## S E R R A N V S.

Non est mirum te non assequi quid sit delira-

re, quàm delires. Sani & sobrij norunt in his extremis temporibus delirare mundum, illiusque deliria Iesuiticis fascinis quotidie adaugeri. Lucem ergo Euangelij per extremas terrarum oras vis peruagari. Bona verba quæso, mi homo. Sicine sapis, vt post longam disputationem nos iam falli posse existimes? Vestra igitur discursationes erunt peruagantis Euangelij errores. Peruagandi enim vocabulo Euangelium Iesuiticum ab Apostolico & vero Euangelio rectè discrimina-  
sti: & peculiaris circumstantia ostendit te non loqui de Euangelio Apostolorum, quàm Apostolorum Scripturas his extremis temporibus non modò inutiles, sed perniciosas esse arbitrè. Ecqua igitur fronte Christum appellas autorem turæ insanix, quum non aliud agnoscat Euangelium quàm quod sui Apostoli & voce & scripto docuerunt? At ais me *σαπίζεις*. imo scito me serio loqui aduersus te, qui Christi autoritatem tantum mihi *σαπίζεις*: siue Democriticum dictum obiticias, audi ipsum Tertullianum quo te *σαπίζεις* non Democritico sed verè Christiano, vt veritatis hostem persequatur eo nomine quod Verbum quoddam scriptum præter illud quod ab Apostolis scriptum est, imagineris. Quid, inquit, ego dicent qui illam stuprauerint adulterio hæretico *virginem traditam à Christo?* Credo allegabunt nihil unquam sibi ab illo vel ab Apostolis eius, de seuis & peruersis doctrinis futuris prænuntiatum, & de cauendis abominandisque præceptum. Ecquis non vider id ipsum esse quod modò excipiebas, Hay, de Euangelij luce per vniuersum terrarum orbem peruaganda extremis temporibus, quasi nulli sint futuri errores in extrema mundi senectate? Agnoscent suam potius culpam, inquit Tertull. & suorum qui nos non antè præstruxerunt.

yunt. Ita pergit Hayus apostata veritati cogniti-  
 obluetari. Adiciens præterea, idem ait, multa de auto-  
 ritate cuiusque doctōris hæretici, illos maximè doctrinæ  
 suæ fidè confirmasse, mortuos suscitasse debiles reformasse, su-  
 turæ significasse, uti merito Apostoli crederentur: quasi nec hoc  
 SCRIPTVM SIT, vêturos multos qui etiã virtutes mul-  
 tas æderent, ad fallaciam muniendam corruptæ prædica-  
 tionis. Layolæ mysteria, Iesuiticas gloriations de  
 noui orbis populis Christo subactis, miracula  
 variè ab illis ædita non audis, erudite Lector: ne-  
 que reminisceris APOSTOLORVM nomine, Iesui  
 tas disertè gloriari? Itaque ventam, inquit Tertull.  
 merebuntur. id est grauissimas pœnas qui perspi-  
 cuæ veritati volentes-scientes aduersantur. Per-  
 git Tertullianus, Si verò memores dominicarum & A-  
 postolicarum SCRIPTVRARVM & denuntiationum  
 in fide integra steterint, credo de venia periclitabuntur, re-  
 spondete Deo: Prænuuntiaueram planè futuros fallaciæ ma-  
 gistros in meo nomine & Prophetarum & Apostolorum  
 etiam, & discipulis meis eadem ad vos prædicare man-  
 daueram: sed quum vos non crederetis, SEMEL EVAN-  
 GELIYM & eiusdem regulæ doctrinam Apostolis meis  
 delegaueram: sed libuit mihi postea ALIQUA INDE MV-  
 TARE. Resurrectio etiam promiseram carnis: sed recogitaui  
 me implere non posse. Natum me ostenderam ex vir-  
 gine, sed turpe postea mihi visum est. Prohibueram vos au-  
 tem accommodare hæreticis: sed erravi. Talia capit opinari  
 eos qui exorbitant, & fidei veritatis periculum non cauēt.  
 id est, Qui rectam veritatis viam quam perscribit  
 Scriptura, reliquerint, multiplicibus laqueis se  
 inuoluunt, variis erroribus circumferuntur, ideir-  
 co errantes quia nesciunt quid opinentur, vel si-  
 ne Scripturis, vel non intelligentes Scripturas,  
 quemadmodum ait Filius Dei.

Ioan. 4.22

Tu igitur, H. y, Tertullianum vobis absurdissi-  
 ma quæque sine Scriptura comminiscensibus il-

ludentem, & contra Scripturas infomnia & prestigias ostentantibus vobis sanctè insultantem non audis: eoque nomine maximè vobis indignantem quòd Scripturæ auctoritatem eleuctis, vt nouam doctrinam, novos religionis ritus, nouam salutis viam inducatis?

## H A Y V S.

*Tu affirgis Ioanni, quod Ioannem fecisse probare non poteris: & tamen non puduit te nobis dicere, Vt Ioannem argui te mendarii. Hæc est Caluini vestri religio, qui Apostolis ipsique Spiritui sancto præscribit. Pag. 119.*

## S E R R A N V S.

Ioannes respondet, te non modò id sibi affingere, sed extra omnem effingendi veri speciem impudenter euagari. Causam enim disertè reddit, cur omnia singulatim nõ scripserit, quæ Christus dixit & fecit, Quòd mundus nimirum non esset capturus eos libros, qui his de rebus scriberentur, quorum verborum hæc est sententia, Hominum ingenia tantum rerum multitudinem ferre non posse, quemadmodum angusta vasa magnam rerum copiam non capiunt. Ita factum esse ait propter imbecillitatem vicium humanarum, vt rerum maximarum copiosa cognitio in Summam quandam *ἰσότητι*, luculentamque consonantiam à quatuor Euangelistis reuocaretur. Hanc enim veram germanamque esse loci huius sententiam, iam ostendimus supra. Meus autem diuinator ingentem quandam librorum congeriem imaginatur quæ hanc Vniuersitatem compleat vsque ad spheram Lunæ.

Denique, bonæ fidei interpret ait, Caluinium Apосто-

Apostolis ipsique Spiritu sancto præscribere. Quí  
 verò? Locù illum, Hay, quem è Caluino profers,  
 age, expendamus. Caluini hæc sunt verba. *Esso i-* In st. 4. 8. 8  
*gitur hoc firmum axioma, Non aliud habendum esse* “  
 Dei verbum, cui detur in Ecclesia locus, quàm “  
 quod Lege primùm & Prophetis, deinde scriptis “  
 Apostolicis continetur: nec alium esse ritè docen- “  
 di in Ecclesia modum, nisi ex eius Verbi præscri- “  
 pto & norma. Hinc etiam colligimus, non aliud “  
 permissum fuisse Apostolis quàm quod olim ha- “  
 buerāt Prophetæ: nempe vt veterem Scripturam “  
 exponerent, ac ostenderent in Christo completa “  
 esse quæ illic traduntur: id ipsum tamen facerent “  
 nisi ex Domino, hoc est præunte & verba quo- “  
 dammodo distante Christi spiritu. Hac enim le- “  
 ge eorum legationem definiuit Christus, quum “  
 iussit vt irent ac docerent, non quæ temerè ipsi “  
 essent fabricati, sed quæcunquæ ipsis præceperat. “  
 Et eodem loco, *Et quia quæ audierant & didicerant* “  
*ex ore magistræ, capere pro sua ruditate non pote-* “  
*rant, Spiritus veritatis illis promittitur, à quo di-* “  
*gantur in veram omnium intelligentiam. Illa* “  
*enim restrictio attente notâda, vbi partes Spiritu-* “  
*ni sancto assignat, suggerere quæcunque ante* “  
*ore docuit. Hæc sunt ipsa Caluini verba. Hoc-* “  
*cine est præscribere verbo & Spiritui sancto?* “

## HAYVS.

*Acumen hoc est planè Caluini ministro dignum,  
 quo nihil vnquam ineptius legi. Verbum non-scri-  
 ptum illud appellamus, quod in sacra Scriptura  
 libris aperitè non continetur. Nemo est nostrum,  
 qui Canones Apostolorum, & Scripta Clementis  
 in Canonicis libris numeret. Restitue nobis dixi-  
 ptos tui cornua, quæ paucis verbis conuulsa vi-  
 des. Pag. 119.*



## SERRANVS.

Quid ais igitur, acutissime Disputator: Ne-  
 gas nimirum vos numerare Canones Apostolo-  
 rum & scripta Clementis in scriptis canonicis  
 & idcirco mihi conuitiaris quasi ego affirmarem  
 id à vobis dici. Hoc ego non scripsi. Redi ad  
 meum codicem. Status quæstionis est, Sicne du-  
 plex Dei Verbum: vnum, scriptum: alterum, non-  
 scriptum. Certè, Verbum scriptum esse Prophe-  
 tarum & Apostolorum doctrinam scripto com-  
 mendatam, id est Scripturam sacram, inter nos  
 conuenit. Restabat vt explorarem quidnam sit  
 Non-scriptum Verbum. Dicebam igitur quæren-  
 dos esse illos testes siue auritos siue oculos  
 quorum fidei hoc Verbum non-scriptum sit com-  
 mendatum, quod quàm operosum sit, prudentie  
 tua est, erudite Hay, considerare. Eruenda omnia  
 à te erit Antiquitas, & omnes Verbi illius non-  
 scripti cellæ erunt perlustrandæ, an custodum il-  
 lorum aliquis in illis lateat. Cedò igitur, Hay, v-  
 binam gentium est Verbum illud non-scriptum.  
 Equidem quærebam Canones ne illi Apostolo-  
 rum, quos tanti facitis, & Clementis *ἀποστολική*  
 quæ appellantur sint verbum illud non-scri-  
 ptum. Hæc ipsa verba è meo libello, si me-  
 moria exciderunt, recognoscito. Teneris  
*ἐπ' ἀποφάσει*, ne conuitorum nube fugam qua-  
 ras. Sit igitur hoc inter nos ratum, Apostolorum  
 canones, & Clementis diatypothes illas in canoni-  
 cis scripturis minimè contineri. Erunt igitur ca-  
 nones non-canonici, & *ἀπὸ πῶτε*: quum non  
 Scriptura sed hominum arbitrio innitantur & si-  
 de aliena. Hoc absurdum è tuis verbis narum,  
 Hay, si potes, dissoluito. Audit Lector monstra,  
 huiusmodi quidem qualia nouus Iesuitarum or-  
 bis

Absurdum  
 cogitatio.

bis parit & alit. Hayus autem quomodò illis ob-  
stetricabitur? Magnum est pelagus. Enatabunt, ni  
ad Scyllæos scopulos illiserint. At ne nos horum  
mysteriorum imperitos incertis animis dimittito.  
Duas Verbi illius non-scripti tui species audi-  
mus. nam aliud audimus Scriptum non-scriptum  
aliud reuera non-scriptum, De ultimo dicemus  
modò: at quidnam hoc monstri est? Verbum non-  
scriptum quod sit scriptum. Contradictum *αυ-*  
*τλεως* audio, exitum non video. Intellego quid  
dicas. Non-scriptum idcirco appellari, quod in  
Prophetarum & Apostolorum scriptis minimè  
contineatur. Video illud esse verissimum. nam de  
vestris illis mysteriis quæ è Verbi illius non-scri-  
pti penu depromitis, scio ne verbulum quidem  
extare in Scriptura: nisi quod eorum refutando-  
rum rationes in ea extent, efficere velis illa exta-  
re in Scriptura. Sit igitur illud Verbum non-scri-  
ptum reuera non-scriptum. Quicquid igitur Scri-  
pturæ literis non continetur, erit non-scriptum  
Verbum, eiusdem cum scripto autoritatis. Hæc  
sunt vestræ factionis verba: at non vides quid-  
nam inde consequatur.

Latissima profectò erit Verbi illius non-scri-  
pti seges. Platonis, Aristotelis, Platoniorum, A-  
ristoteliorum, sanorum & insanorum dogmata si-  
ue opiniones illiusne generis ambitu cõtinebun-  
tur? Non sentis *κατα το ποιε* disputator, quò te abri-  
piat contradicendi libido? Si enim quicquid Scri-  
pturæ literis non continetur, est Verbum non-  
scriptum, quò omnium phanaticorum insomnia  
non erunt Verbum-scriptum? Certè limitandum  
erit tuum illud *το κατ'ολα ἀδύοεισον*, & venia peten-  
da temeritatis.

At de rebus fidei do te intelligere. Quònam *cc*  
etiam pergis? *Vnius igitur & certi instituti infinita e-* *cc*

rit inquisitio (vt Tertulliani verbis vtar) humani ingenij leuitas cōcipiet, & pariet noua in dies commenta, nouas opiniones, & erunt Verbi illius non scripti foetus, eiusdem cum Scripturæ decreti autoritatis. Maximùm verò intelligendi compendium. Id quidem Scripturæ literis non contineri sed Verbi non-scripti mysteriis sanciri! Ecclesiæ infantiæ non quadrabit cothurnus iste Verbi non-scripti? Scio quidem Apostatas ita sentire, quibus religio ludus est: neque ignoro Hayum Apostatam de rebus omnibus Academicè & in vtraque parte disputare: at nobis non ita videretur quibus vna est veritas, vna fides & vna religio.

## HAYVS.

*Verbum non-scriptum cum scripto Verbo non pugnat. Quòd si tu docere poteris, Christe Ecclesiæ siam vel minimum dogma non-scriptum Verbo scripto repugnans tradidisse, de nobis te triumphasse apud tuos iactitatio. Pag. 119.*

## SERRANVS.

Iactitationes sunt Iesuitis vernaculæ: has Ecclesia Dei in cuius sinu educatus fui, planè ignorat: accipio tamen conditionem, & ea quidem lege vt è maximis religionis dogmatibus triumphum mihi largiaris. Sic igitur habeto.

Triumphus  
veritatis  
ex ipso  
Hayo assè  
su. Hæc  
autè exē-  
pli causa,  
Hayo qui  
dē ipso vt

SALVTARIS doctrinæ fundamentum, quantum in se est, euertit Verbum illud non-scriptum Scripturæ è diametro repugnans. Scriptura docet vnicum Deum esse inuocandum. Verbum non-scriptum, Sanctorum inuocationem contra statuit.

Scriptura, vnum Deum verum esse docet per se.

fectè misericordem & perfectè iustum, qui Filium suum in mundum misit, vt quicumque credit in eum, habeat vitam æternam. Verbum non-scriptum, docet meritis & satisfactionibus hominum conciliari Deum, ac proinde non esse perfectè iustum, quippe qui imperfecta corruptorum hominum satisfactione sit contentus: nec perfectè misericordem, qui id tantum pro bonitate sua suppleat, quod hominum meritis deest. id est idolum, Dei nomine, ad imaginarij illius & fictitij numinis insaniam prætexto, suis repræsentat.

Scriptura, Iesum Christum vnicum & sempiternum generis humani redemptorem & mediatorem, Ecclesiæ suæ caput, verum Deum & verum hominem esse docet. Verbum non-scriptum, Sanctorum sanguinem ad Christi sanguinem adiungit, meritorum thesaurum siue ærarium in hominum meritis statuit: varios mediatores disertè compellat, ab illis salutem perit: caput vicinæ Pontificem Romanum cum Christo agglutinat, vt duo sint vni corpori capita: Christi corpus è caelo elicit, in Eucharistiæ sacramento multiplicat, panem & vinum in corpus transfundit, ac proinde corporis substantiam suæ negat: Christo nobiscum diuinitatis vicariis legatos affingit, vicarium vt absenti legat: eum appellat Deum, seruandi & perdendi animas potestatem hætenus ei constare dicit, vt quum ipse omnes iudicat, à nemine sit iudicandus, etiamsi animas cateruatim ducat mancipio gehennæ.

Scriptura, vnico vnici Christi sacrificio, neque vnquam iterando, nos seruari affirmat. Ver-

gente, afferi Letor agnoscat.

bum non-scriptum, Missæ sacrificium pro viuis & mortuis offerendum, illo vt opere operato nos consequi remissionem peccatorum in dies.

Scriptura, affirmat nos Christi sanguine purgari, peccata nostra planè expiari, Deum illo pretio pro nobis persoluto verè placari, vt Christus sit nobis vnicus *ἡ ἀριστὸς & ἰλασμός*. Verbum non-scriptum, contrà docet Christum satisfecisse tantùm pro peccatis Baptismum præcedentibus ad peccata Baptismum consequentia verò quæ ad attinet, culpam tantum remitti per Christum, penam autem igni Purgatorio sic eluendum tradendam vt ex infinita finitam Missarum sacrificiis & oblationibus fiat, animis ex hac vita ad pœnas infernalis cum suppliciorum illorum horrore emigrantibus.

Scriptura, docet nos natura filios iræ sine Christo nihil posse. Verbum non-scriptum, Libertatem arbitrij *ἡ ἀρεσκία* & facultatem sic nobis conferre, vt vel vitam vel mortem eligere pro nobis valeamus. Scriptura, docet nos sola fide sine operibus iustificari: Verbum non-scriptum, nos operibus nostris mereri vitam æternam.

Scriptura ait, *Non habebis imagines vt eas colas.* Verbum non-scriptum, *Imagines tibi in templo habeto, eas adorato.*

Scriptura, duo tantùm sacramenta Baptismum & Coenam, præscribit. Verbum non-scriptum, septem sacramenta describit.

Scriptura, vult nos vti sobriè creaturis Deo nullo ciborum discrimine, & matrimonium vocat honorabile & sanctum, cuius vsum mandat ad carnis intemperies fugiendas: & matrimonij ciborumq; interdicta diabolorum doctrinas repellat. Verbum non-scriptum, ciborum discrimina certis diebus indicit: Matrimonium sanctioris

ctioribus Ecclesie membris vetat, vt profanum, matrimonio copulatos in carne esse, neque Deo placere posse affirmat.

Quid plura? neque enim consilium est omnes Scripturæ & Verbi non-scripti *ἡ τὴν θεοῦ* commemorare. Volui Hayo aliquid condonare, paciscenti se victum esse & triumpho nostro inuehendum, si ostendero Verbum illud non-scriptum Romanæ Ecclesie cum Scriptura repugnare. Ex pauculis his quæ vt aduersario meo gratificarer, hic obiter annotavi: è quibus mihi triumphum deberi, è pacti-conuenti formula, Iesuita, si negas, non audis eruditorum piorumque aduersus te voces? Atque de his quidem hætenus: quum autem in hoc Ioannis testimonio obscurando variè euagatus fuerit Hayus, neque ad meam demonstrationem ex illo conformatam respondeat, operæ pretium fuerit eam breuiter repræsentare, vt huic sermoni clausula adhibeatur.

## DE MONSTRATIO E Ioannis testimonio in vtranque partem conformatam.

*Ἀναστανῆς.*

Si Prophetarum & Apostolorum scriptura, est Verbum Dei: si Verbum Dei vnâ vnus Dei veritatem docet: si nullum aliud Euangelium agnoscitur quàm quod Apostoli prædicarunt: neque aliud scripserunt quàm quod prædicarunt: consequitur, Non posse induci Verbum Non-scriptum, eiusdem cum Scripto autoritatis & potestatis, quin & aliud Dei Verbum, & aliud Deus & alia veritas, aliud denique Euangelium inducatur. Quod consequens quum sit absurdissimum.

“mum, écquis non animaduertat antecedentem  
 “absurditatem?

MAIORIS autem, quo hæc absurda deman-  
 “strantur, hæc est explicatio. Verbum illud Iesuiti-  
 “cum quod ad scripti discrimen, vernaculo voca-  
 “bulo NON-SCRIPTVM appellatur, est vel idem  
 “cum scripto, vel aliud. Si aliud non potest esse ve-  
 “rum, quia non potest esse veritas multiplex: &  
 “proinde, Aliud docere, est falsum docere, id est  
 “Ετεροδιδασκαλεῖν, est ἄλλοδιδασκαλεῖν. Sic idem, cu-  
 “noua specie Scriptum non-Scripto opponitur  
 “Quod si idem est substantia, circūstantiis variis  
 “& multiplex, res eòdem planè recidit: ac pro-  
 “de, inanis est & futilis repetitio. id est, ἄλογον  
 “Relinquitur igitur totum illud commentum  
 “de Verbo Non-scripto commentum Iesuitarum  
 “esse idolum & carcinoma veritatis. Atque is  
 “quidem ἀνασκευαστικὴ Demonstratio ἵνα ἀφαιρε-  
 “conficiatur.

Κατασκευαστικὴν autem hoc modo.

“Ioannes ait se ea scripsisse quæ satis erant ad salu-  
 “tem credentium: & Christus pollicetur se illa in  
 “discipulorum memoriam reuocaturum quæ iam  
 “ipsis dixerat: & quæ postea ipsi, auriti & oculati  
 “testes, scripto commendarunt ad perpetuum Ec-  
 “clesiæ vsum. Ergo Scripturæ vsum non modo salu-  
 “est ad salutem, sed omnes quoque non-scripturæ  
 “Verbi artes à nouis hominibus excogitatas ex-  
 “terminat ab Ecclesia. QVOD ERAT DEMON-  
 STRANDVM.

LOCVS DE TRADITIONIBUS,  
 nibus, id est, *quanam recipienda, &  
 qua contrà repudianda.*

HAYVS

## HAYVS.

Nullam profers repugnantiam, Minister, sed incredibilem tuam inscuriam prodis. Quis te sic argumentari docuit? Apostolus ait se id tradidisse quod accepit à Domino. Ergo quod de Pauli traditionibus profertur planè repugnat non scripti illius verbi decretis. *Pag. 119.*

## SERRANVS.

Veratro tibi opus est, Iesuita, non argumentis, qui Solem meridie non vides. Cedò enim quidnam Corinthiis tradidit Paulus? Cœnæ institutionem, quam à Domino acceperat. Hæc Apostoli verba num inscitè profero? Ego ACCEPI à DOMINO quod tradidi vobis. Id verò Paulus quod Corinthiis viua voce exposuit: nonne id scripsit: & nisi scripsisset, quomodò intelligeremus traditū: id est, quomodo traditum est, nisi scripto? Sat isne igitur sanus es, Mome, qui me inscitæ insimulas, quòd affirmem Traditionem Apostolicam de Cœna Domini, esse scriptam: & non vides me à Paulo edoctum sic argumentari?

*Traditionis vox pro ipsa scriptura.*

*Apostolus Cœna institutionem vocat Traditionem, quam Corinthiis, vniuersæque adeò Ecclesie scripto reliquit. Apostolica igitur traditiones ab Apostolis scriptæ sunt, ad proinde non possunt Verbi non-scripti Iesuici ambitu contineri.*

## HAYVS.

Negare non poteris quin Apostolus scripserit se tradidisse Corinthiis quod à Domino acceperat.



rat, Hanc autem traditionem non ait fuisse  
 datam literis, neque se in ullius scripto legisse, ne  
 rimum contrarium insinuat. Quare concludemus  
 rinthios sine scripto accepisse Encharistica  
 tionem. Pag. 120.

## SERRANVS.

Egone id, Hay, negem quod omnes vident  
 maximè affirmare. Sic audent mulierculæ in fo  
 ro. At vide, subtilissime Theologe, quàm belle  
 consequatur: Paulus à Domino accepit sacræ Co  
 næ institutionem. Ergo eam non scripsit. Non le  
 tis te vertigine abripi? Atqui in ullius scripto  
 ais, illam non legit. Auges insaniam. Euangelista  
 enim illius institutionem, quam à Domino acce  
 perant, nunquid literis mandarunt Pauli tempo  
 re? Nam authenticorum & oculatorum testam  
 scripta Paulus non legerat? Exstabant in luce Ec  
 clesie Matthæi, Marci, Lucæ scripta, & omniū  
 deliū manibus terebantur. Nū illa Paulus negle  
 xisset, qui Prophetarum scripta tā accurate legē  
 bat? Conuellis religionis Christianæ principia. Et  
 audes te negare Anabaptistā qui Anabaptistarū  
 mysteria tam sēpe inculcas? Querebas sollicitudine  
 Scoticis quæstionibus, Ecquis nobis persuadet  
 quatuor esse Euangelistas, & sint illa Euangelistarū  
 scripta quæ illorum nomine circumferuntur. Hæc  
 cine non sunt acroamatica & angustiora secreta  
 anabaptistarum & atheorum? Verūm res aliter  
 se habet, irrisor sacræ Coenæ institutionē, quam  
 Paulus traditionem appellat, à tribus locupletis  
 simæ fidei notariis summa accuratatione perferē  
 ptam fuisse omnes intelligunt, & ab ipso tādē  
 Paulo, sicuti perspicuum est, qui licet <sup>quædam</sup> vo  
 catum se fuisse testatur, non tamen neglexit scē  
 ptā

pta probatissimorum virorum, quos ad has operas Christus destinaverat. Itaque nemo non scilicet videt, & vanum esse vestrum de traditionibus non-scriptis commentum, & te, Hay, mente captum esse, qui è Pauli ad Corinthios scripta epistola, Corinthios sine scripto accepisse Eucharistiæ institutionem concludis. Hæcine verò Hayanæ sobrietatis, Lector erudite, emblemata non vides? At similes habeant labra lactucas: quoniam tamen Hayo proprium & solenne est, re primaria prætermissa, in circumstantioliis apiculisque variè vellicandis circumuagari: operæpretium est me nonnulla præfari, antequàm ad illius exceptiones respondeam, vt instituti sermonis ratio vsusq; intelligatur. Argumentum igitur Pontificiorum commemorabo, illud refutabo, veram denique de veris legitimisque traditionibus sententiam notabo: hisque ita constitutis, ad peculiare illius exceptiones respondebo.

### ARGUMENTVM PONTIFICIORVM.

*Quicquid in Scriptura commendatur, ratum habendum est.*

*Traditiones non-scriptæ in Scriptura commendantur.*

*Rata igitur sunt habende: atque ex vi consequentis Verbum non-scriptum pari auctoritate & potestate esse debet cum Verbo scripto.*

Maiores sua luce perspicua est. Minorem inde probant quòd in Scriptura *ἡ ἀρχαία*, id est traditionis, & *ἡ διατάξις*, id est constitutionis siue ordinationis frequens fiat mentio. Loci sunt manifesti, ne in re cognita probanda adhibeam testes non-necessarios. Damus

“ nos quoque Traditiones siue constitutiones  
 “ commendari à Scriptura: sed quæ & quales  
 “ sint traditiones illæ, & quatenus recipiendæ,  
 “ hoc verò dispiciendum esse dicimus. Sic r  
 “ gitur hæc

## R E S P O N S I O A D I L L V D A R G V M E N T V M.

*Tradendi  
& traditio  
nis voces  
multipli-  
ces.*

Fateor maiorem, imo vt verè nostram, adve-  
 sus Iesuitarum Scripturæ hostium versutias: (qui  
 Scripturam non alio consilio commendat quam  
 vt illius auctoritatem evertant) liberali mane-  
 uendico? Minorem distinguo, quia *ἡ παράδοσις*  
 id est Traditionis vocabulum est *ἡ παράδοσις* & ἡ  
 quiuoquum. At argumentum ab homonymia  
 sumptum, est fallax & planè nullum. Vocis igitur  
 homonymia est dispescenda atque explicanda.

TRADENDI vocabulum commune est & ve-  
 ritati & mendacio. idcirco Traditionis quoque  
 vox utrique tribuitur. Filius Dei damnat *ἡ παράδοσις*  
*ἡ παράδοσις*, id est traditionem Phariseorum, his verbis  
*Ἔκλυτον ἐστὶν τὸ μανθάνειν τὸν νόμον τοῦ θεοῦ καὶ ἀπαρῆναι τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων*  
 Iuratum fecistis mandatum Dei per traditionem vestram  
 Apostolus inter Euangelij corruptelas recenset  
*ἡ παράδοσις τῶν ἀνθρώπων*, hominum traditionem. Petrus, ait  
*ἡ παράδοσις τῶν ἀνθρώπων*, id conuersationem ex patrum  
 traditionibus acceptam, *ἡ παράδοσις*, id est vanam appellat.  
 Paulus contrà, ait se Corinthiis *ἡ παράδοσις* Cœlestis  
 institutionem, id est tradidisse quam à Domino accep-  
 rat: & suas *ἡ παράδοσις* traditiones, & *ἡ παράδοσις*  
 tiones commendat: sicuti & Lucas, Apostolus  
 quum igitur Tradendi siue Traditionis voces  
 hæc adhibebuntur, non rectè concludetur agi  
 Verbo illo, Iesuitæ, vestro non-Scripto, quod  
 eiusdem cū Scriptura auctoritatis: sed distinguen-  
 dum erit de quibus Traditionibus sermo sit in-  
 tur

ntus. Non enim ex voce æquivoca & ambigua consequutio recta est, *Traditum est. Ergo est Verbum Dei.* nam traditur quoque hominum verba, Verbo Dei contraria: sed videndum est quidnam tradatur, veritatisne an mendacium. Ipsarum igitur Traditionum discrimina sunt ostendenda.

## TRADITIONVM DISCRIMINA.

TRADENDI vocabulum omnibus rebus & veris & falsis commune, veritati propriè vendicandum atque asserendum est: vt constituamus eas traditiones esse amplectendas quæ veritati sunt consentaneæ, & veritatem nobis repræsentant. Itaque Traditionum aliæ sunt Apostolicæ, aliæ Apostolicæ, vt loquitur Tertullianus. Illarum explorandarum diiudicandarumque vna regula est, Verbum Dei, indubitata nimirum veritas, ac proinde constans & perpetua veritatis regula.

Omnino ratum est *ἀξιωμα*, *Scripturam esse diuinitus inspiratam, non propriæ explanationis, non hominum arbitrio inductam: sed quæ sancti homines à Deo acceperunt, id bona fide hominibus tradidisse.* quod enim de se testatur Paulus, omnibus fidei Dei seruis conuenit: *Equidem accepi à Domino quod tradidi vobis.* Ita veritatem suam seruis suis tradidit Dominus, quam scripto fideliter mandarunt, vt eam Ecclesiæ tradiderent: sic Tradendi vocabulum Scripturæ tribuitur generatim, quemadmodum è Prophetarum præfationibus constat: & Lucas disertè testatur, se scripsisse historiam Euangelij quam oculati testes sibi tradidissent. Verùm illa Traditio non scripta dici nequaquam potest, quum sit ipsa Scriptura. Fuit quidem tempus quum sacra doctrina Patribus à Deo reuelata ab iis sine scripto conseruaretur, & sanctis familiis discenda tradere-

Traditionis vox de doctrina & doctrinæ applicatione.

tur: at eadem doctrina stato tempore Dei mandato literis consignata fuit, ne hominum arbitrio libidinè exponeretur. In tabulas autem relictam desinit Ecclesiæ tradidit. Imo Scripturæ suæ custodiam suis fidelibus commisit Deus: quod prælegium Iudæis constituisse prænuntiat Apostolus, ut eis nimirum eloquia Dei crederetur. Eloquentia autem illa Scripturam esse veteris instrumenti, est, Mosis & Prophetarum scripta, ecquis dubitavit. Vnum igitur veræ traditionis genus, sumptius vocabulo, Scripturam esse perspicuum est, siue doctrinam, siue disciplinam doctrinæ *ἐπιταγή* & animam consideremus. Sicuti igitur Traditionem, ita Baptismi institutio est Traditio, ligandi & soluendi potestas: ita hoc disciplinæ principium, *Omnia decenter & ordine fiant in Ecclesiis* traditio est.

Iam verò illæ & doctrinæ & disciplinæ principia accommodanda erant hominum necessitatibus, prout personarum, temporum, locorumque circumstantiæ efflagitabant. Doctrinæ igitur & disciplinæ *ἐπιταγή* siue applicatione peculiari vocabulo *Traditiones* appellat Scriptura. De doctrinæ applicatione luculenter apparet è septimo præteritæ ad Corinthios epistolæ: è prima etiam Christianæ Ecclesiæ Synodo Hierosolymis habita, qua constitutæ sunt leges de legitimo usu rerum *ἀδιαφόρων*, ut & Gentium libertati & Iudæorum infirmitati consulere. Hæc Synodi Decreta è sempiternis doctrinæ disciplinæque principis conformata, *Traditiones* vocantur: quarum pars maxima usu & consuetudine conseruabatur, quum pro rerum, personarum, temporumque circumstantiis commutarentur. At quum conclusiones principis suis sint *ὁμοθυμῶν* & consentaneæ, ecquæ

Et de discipline institutis.

ecquis non videt illas traditiones communi genere contineri atque definiiri : atque adeò nefas esse nouum quoddam Verbi genus (sicuti loquitur Iesuitarum Catechismus) distincto nomine notari, vt indubitato Dei Verbo opponeretur. id est, sit aliud scriptum Verbum, aliud non-scriptum. In summa, hic est sermonis status, Hay, vt probes Traditiones illas vestras non-scriptas, esse Apostolicas. At quum nos euincamus, illas ab Apostolorum doctrina penitus dissidere, quidni illas esse apostolicas cõstituamus, & te veteratoriè Hononymix inuolucro illudere perspicuè veritati? At ne cogar idem repetere, ad tuas exceptiones, agè, aggredior, vt veritatem illam frustra à te oppugnatam defendam.

R E S P O N S I O A D  
singulas Hayi exceptiones huic  
doctrinæ oppositas.

H A Y V S.

*Noli quæso tibi eorum quæ in Ecclesia Romana sunt, cognitionem arrogare : qua quum Virgines velari negas, aut te rerum nostrarum imperitum, aut certe te falsitatis patrocinium suscepisse profiteris. Accipe Concilii Tridentini decretum. Et D. Ambrosius ait Apostoli verba ad nondum velatam virginem pertinere. Lutheri autem merrix, si vobis credimus, ancilla vitæ facta est, quum ex Monasterio ad incestos Apostata complexus conuolauit. Pag. 120.*

S E R R A N V S.

Romanæ Ecclesiæ res noui sicuti venena Op-  
q. iij.

Vestaliū  
chori in  
Papatu  
Antiqui-  
tati fue-  
runt inco-  
gniti.

pianus, vt illis nimirum ἀλεξίφάρμακον ἐστὶν ἀληθείας ἐπιπέτατον  
cognitione opponam. At tu nimirum es vecors.  
Ieiuita, & humani generis hostis qui solas virgi-  
nes eas in Gallia esse arbitraris quæ in cœnobis  
Monialium, siue (vt vos Iesuitæ elegantius loqui  
soletis) Vestalium familiis asseruantur. Omnium  
autem phreneticorum dementiam superas quæ  
Concilij Tridentini decreta, nobis Ecclesiæ Ro-  
manæ admirabundis cultoribus tam sollicitè  
stantes. Hæc enim rationum momenta maximi  
pud nos scilicet sunt ponderis, vt maximo cum  
fructu à vobis ad nos permonendos vsurpentur.  
Crescit verò cœcus furor, quum audes D. Ambro-  
sij autoritatē ad tuas insanias prætexere. Sicci-  
ne enim omnem pudorem, Iesuita, exuisti vt in-  
firmes Virgines Ambrosij tempore, Deo conse-  
cratas, illis Monialibus esse similes quas An-  
christus cœnobiorum septis conclusit? De mona-  
sterijs ipsis loquor & de monastico genere in te  
minas ipsas perditè profuso. De personis non lo-  
quor ipsis, palàm enim est honestas virgines pla-  
rasque monasteriorum carceribus circumseptis.

Hayi ca-  
lūnia ad-  
uersus Lu-  
therum.

Quod de Lutheri viri optimi & sanctissimi  
ptiis impudenter debaccharis, cur piis mirum  
videatur, quum in ipsam veritatem, cuius mirum  
ster fuit Lutherus, tanta rabie efferuescas? Er-  
rantes homines Lutherus ad rectam veritatis vi-  
reuocauit: legitimum Matrimonij vsum ostendit  
impurum cœlibatum diabolicæ (vt ait Spiritus  
Sanctus) doctrinæ scœtum damnauit: dum tu, inie-  
liciosissime Apostata, eum tuo nomine Apostatam  
appellas, quum diriori infaustiorique nomine no-  
tare nõ posses quàm tuo, neque veritatem quam  
prædicauit, impotentiùs oppugnare quàm me-  
dacij machina. Omnino Antiquitatis sermonem  
sequutus ego, De virginibus velandis dixi, quum

de mulieribus velandis dicere debuim. nam  
 Apostolus de omni muliere loquitur, *ἡ ἡσυχία*.  
 Omnino vt Græcarum mulierum immodestam  
 insanamque in capitibus ornandis intemperiem  
 Paulus emendaret, sacros conuentus adituris ve-  
 lum iniiecit. hæc enim omnibus fœminis com-  
 munis erat modestiæ ratio, quam Traditio præ-  
 scribebat. Hæc tamen exoleuit. non enim vel o-  
 mnes coniuges vel virgines velantur. Quòd si so-  
 las virgines in cœnobiis includi affirmes, vniuer-  
 sam, non modò Occitaniam sed Europam, ad vir-  
 ginum suarum honorem conseruandum insurre-  
 cturam scito.

## HAYVS.

*Ridiculus planè es quum hoc decretum literis  
 su traditum, quod etiam ipsa sine scriptis natura  
 satis per se docet.* Pag. 120.

## SERRANVS.

Risum placere meo Iesuitæ non est nouū, quip-  
 pe cui solenne est ludere in re seria. Verùm id vir  
 prudentissimus ridiculum appellat, quod ipsum  
 facere perspicuum est, vt à veritate coactus suo  
 se ingulet gladio. Quàm enim ridiculum est, Tra-  
 ditiones scriptas non-scriptas appellare in eaque  
 specie nouum Verbi genus inducere, quod Nō-  
 scriptum vocetur? Scio, Hay, traditiones illas A-  
 postolorum, quæ ad nostram cognitionem perue-  
 nerunt, scriptas esse: sed ex illis affirmo de cæte-  
 ris omnibus faciendum esse iudicium. Quantæ  
 autem est, impudentiæ tuæ de rebus incognitis  
 tam asseueranter statuere! Si maxima Apostolica-  
 rum traditionum pars, postquam personis tem-  
 q. iij.



poribusq; seruiertur, desiderantur: ecqua tu fro  
 te eas potes in lucem vsúmque reuocare tibi in  
 cognitas: iis commentis in illarum vicem supplē  
 tis quæ perspicuæ Apostolorum doctrinæ aduer  
 fantur. Hoc nimirum est in te tuisque ridiculum  
 quòd scriptum non scriptum Verbum ponitis, id  
 est disparata & contraria conferruminatis: hoc  
 perridiculum quòd illud scripti non-scripti Ver  
 bi idolum pari vultis esse autoritate & potestate  
 qua Verbum Dei, solennium notariorum scriptu  
 ris authenticum: tu denique perridiculus es, Hay  
 qui tam crassè principium petas, quasi ita facile  
 deludi possimus vt nequeamus perspicere te fal  
 sè hypotheseos positione nobis insidiari. Ponis  
 enim tuas Traditiones non-scriptas, & ex illo ca  
 pimento tuo verè Iesuitico creas aduersus nos ma  
 ximum incommodum, quam Apostolorum tradi  
 tiones scriptas afferamus: ac proinde sint ita Tra  
 ditiones scriptæ non-scriptæ. Tu igitur bellus ho  
 mo es, Hay, qui tua nobis insomnia affingis, ne  
 bisque eo nomine insultas.

De Traditionibus Apostolicis quidnam senti  
 remus, perspicuè testatus eram, vt nullus stro  
 phis tuis locus relictus esset. Traditiones Apo  
 stolicas literis fuisse mandatas minimè dubium est  
 sed eo modo quem ipsarum natura effragitabat.  
 quum enim essent peculiare applicationes ge  
 neralis doctrinæ, non debebant sacro Bibliorum  
 codici inferi, sed ad peculiare vsus Ecclesiarum  
 proprio codice ad disciplinæ vsu destinato de  
 scribi, sicuti enim Ecclesia non potest carere di  
 sciplina, ita disciplinæ anima est doctrina, cuius  
 fontes in Scriptura haud dubiè continentur. Erāt  
 igitur traditiones Apostolicæ, Apostolorū expli  
 cationes siue de doctrina siue de disciplina ma  
 ximè institutæ, & è Scripturæ sacre autographis  
 pro-

Traditio  
 nū Apo  
 stolicarū  
 species va  
 rix exem  
 plorū ap  
 positione  
 illustrata.

propagata ad lucem vsúmque vberiore & expeditiore. Ecclesiæ Leges de Disciplina erant scriptæ, at quum leges illæ rebus, personis, temporibusque essent accommodatæ, non mirum est si exciderint, temporum iniuria & Ecclesiarum ipsarum excidiis & ruinis. Ecquis verò sanus dixerit & Apostolorum traditiones literis caruisse vt sint non-scriptæ, quemadmodum ait Iesuita meus: & illas vniuersæ Ecclesiæ communes fuisse vt ab omnibus peræquè obseruarentur: denique, sic fuisse scriptas vt Scripturæ essent contrariæ, ac proinde peculiare illis nomen tribuendum sit vt Non-scriptum Verbum appellarentur, Scriptoque Verbo opponerentur?

Exemplorū appositione res ipsa fiet illustrior. Vt ordinarium Pastorum munus certis locis definitur atque circumscribitur. id est certæ Ecclesiæ singulis singulatim Pastoribus destinantur, sic Apostolorum dignitas planè extraordinaria nullis locis circumscribatur, neque singulis Ecclesiis alligata erat, sed omnibus vniuersè Ecclesiis patebat: ex mandati nimirum formula, *Profecti docete omnes gentes, vt ea seruent omnia que mandavi vobis.* Petro Iudæi, Paulo Gentiles attributi erant vniuersè. Ecclesias igitur Iudæorum ille, hic Gætilium obibat, & in eis constituabat quæ è re Ecclesiæ singulatim esse videbantur. Erant & generales constitutiones omnibus Ecclesiis communes, Apostolorum sententiis & decretis sancitæ, quarum vsus erat per omnes Ecclesias peruulgatus. Huiusmodi erat Decretum primæ Synodi Hierosolymis ab Apostolis habitæ, de suffocati abstinentia. Et ne cum imperito Iesuita vnicum illud Apostolorum decretum extare lector arbitretur, Epistola ad Corinthios prima ostendit quàm supinè de rebus sibi incognitis loquatur. Ex capite

enim septimo multæ huiusmodi traditiones col-  
ligi possunt. Ecquis verò sanus existimet quum  
Paulus iisdem testatur se cætera constituturum,  
quin varia quoque constituerit, prout Ecclesiæ &  
dificatio postulabat? Mulieres non nisi velo obte-  
ctas in Ecclesia precari aut prophetare, Traditio  
erat apostolica. Virum nudo capite in Ecclesia lo-  
qui, Traditio erat Apostolica. Virgines continen-  
tiæ dono prædidas domi à parentibus seruatis  
Traditio erat Apostolica. Ceremoniarum Mosai-  
carum vsus ad templi vsque excidium, indiffe-  
rentem esse, Traditio erat Apostolica. sic enim  
Paulus illis ceremoniis vsus est sicuti ipse docue-  
rat, ad ædificationem Ecclesiæ, habita infirmorum  
ratione. Conuiuia sacra charitatis quæ *Αγάθη* id-  
circo dicebantur, post sacræ Coenæ *συνάξις* à fide-  
libus celebrari, Traditio erat Apostolica: quæ ce-  
men propter abusum sublata est. Sic de cæteris  
constituendum est, quarum partem maximam  
nunc ignorari perspicuum est: eas verò quæ è scri-  
ptis Apostolicis erui possunt, ipso tempore desil-  
se, ne Hayus quidem ipse negat: sed cur in Eccle-  
sia Romana non obseruentur, diuinum assatum  
quendam prætexit: nos verò quibus magno du-  
cit probro quòd omnia ad scriptum Verbum re-  
uocemus, vult cogere vt eas obseruemus. id est,  
vt à suffocato abstineamus: idque Verbo scripto  
etiamnum sanciri contendit.

Quorsum mēdacij tuendi furor hominem ab-  
ripiat, vt Lector eruditus animaduertat, hæc ipsa  
Hayi verba commemorabo. *Quod quidem* [de suffo-  
cato nimirum] *decretum in Ecclesia Romana non serua-*  
*tur: quia diuino afflatu edocta intellexit Apostolos hoc se-*  
*cisse, non vt perpetuò à Christianis seruetur, sed tantum*  
*propter conseruandam inter primos Christianos ex Iudeis*  
*& gentibus conuersos consociationem.* Verba tua, Hay,  
agno-

agnoscis. Nunquid diuinum Spiritus sancti afflatum potes ab ipsius Verbo diuellere? Legaliū ceremoniarum vsum indifferentem esse propter fratrum Iudæorum infirmitatē decreuerant Apostoli: sanguinis & suffocati interdictum exceperūt. Causam disertè reddit Verbum Dei: quod iubet vt fide infirmum assumamus, atque ad eò docet charitatem in rebus etiam mediis necessariam esse. Cur tu igitur id in Verbo Dei explicari negas? Si consultò id facis, es Anabaptista in diuinum perspicuò Dei Verbo: sicuti sæpe facis, vt non obsecuram eruditis suspicionem iniieceris te Anabaptismum cum Iesuitismo coniunxisse. Si impetè, ridicula est tua proteruita qui ridiculum id vocas quod nescis, idque tuam culpam miserè prodens. Tu verò *ἀποστεινός* scilicet Apollo, obsecuris vera inuoluens, non sentis illius causam à te incogitanter notari. Quam nimirum prouidendum esset in illis Ecclesiæ primordiis nequa offendioli occasio oriretur qua Iudæi ab Euangelio abhorrerēt, quod ipsis vt Ecclesiæ primogenitis proponi debuit primis: idcirco quandiu stetit templum Hierosolymitanum, tandiu Legalium ceremoniarum reliquiæ extabant: quarum vsum licet Christi aduentu planè exinanitus esset, earum tamen reuerentia in Iudæorum animis ex patrio instituto sic hærebat, vt illis aliquid condonandum esset, nò vt Lex Christo admisceretur, (quod commentum grauissimè damnat Apostolus) sed vt sensim ad verum illarum vsum adducerentur, quæ credentes ad Christum vt principem primariumque vniuersæ Legis finem reuocabant. Diruto nunc templo, Iudæis que passim Christum de-  
testantibus, ecquid opus est remedium adhibere, quum & desperatus sit morbus, neque vlla infir-

tatis occasio Iudæis refractariis relinquatur? Hæc est causa cur nullus sit hoc nostro tēpore Decretū apostolici de sāguinis & suffocati abstinētia vsus.

Hayi igitur opportunam aduersus nos reprehensionem, erudite Lēctor, recognosce. *Vos vni Caluini (inquit Hayus) qui omnia ad scriptum Verbum reuocatis, nullam prætere potestis violati scripti Decreti excusationem: quum nullo scripto Verbo facta sit vobis potestas, ut contra hoc Apostolorū decretū, suffocati comedere valeatis.* Hæc ille. Ex quibus vide, quæ quidnā consequatur. Si enim Apostolorū decretū violatur, quū Christiani suffocatum hodie comedunt: si libertatis huius nulla constat ratio ex Verbo Dei: si quicquid fit sine verbo Dei sine fide fit: si quicquid sine fide fit, peccatū est: certē si Christiana Ecclesia Apostolorū decretū violat, nulla est Christianorum fides, quum id adorant quod nesciūt, sicuti Samaritanis Christus exprobrabat: denique Christiana religio, peccatum est. Hoc vnum est Hayanæ subtilitatis consecrarium. Contrā, rebelles illi Iudæi (quos Occitania nostra Maranos vocat,) sanctē obseruant Apostolorum decretum, vera est & firma illorum fides, excussōque Christi iugo veram salutis viam tenent. Hæc altera est Hayani acuminis consequutio. Non te pudet, Hay, apostatarum Iudæorum furorem non modò excusare, augusto Dei Verbo pretexto, sed Christianam religionem his blasphemis proscindere? Si Maranis Iudæis faues, quum Hispanicum genus Iesuitismus appellet suum, & Maranismum retineat vt generis sui stemma: meminisse tamen debueras, Iesuita, te inter Christianos versari, qui non passuri sunt, vos Christi hostes, Christum ducere scandalum, sacrumque ipsius Verbū Talmudicis & Cabbalisticis Iudæorum commentis antepone, Hæc si qui legent

eorum qui Iesuitarum scholis sunt additi, Hayi codicem adeant, illius verba explorent: ne oculis suis, ne perspicuæ veritati vltro fidem denequent: èque rebus ipsis agnoscant quidnam sit tueri malam causam, quæ nouis subinde absurdorū laqueis magis ac magis inuoluitur. Christum negat Hayus, religionem Christianam negat Hayus: Iudæos rebelles: Iudæorum deliria & furorem tueri Hayus, dum Non-scripti Verbi illius idolum molitur quòquo modo defendere, vt cum ratione insanire videatur.

Hayi igitur tota ratiocinatio aduersus Hayum sic obuertitur.

Non potest non falsa esse ea doctrina quæ huiusmodi absurda secum trahit, ex quibus religio Christiana verbo Dei repugnare: rebellium verò Iudæorum insania Verbo Dei niti videatur.

Iesuitarum doctrina de Verbo non-scripto vtrunque molitur, dum affirmat violari Apostolorum decretum de sanguinis & suffocati abstinētia, neque vlllo scripto Verbo fieri Christianis potestatem comedendi suffocati: & contrà Iudæos ex Verbo Dei rectè abstinere à suffocato.

Ergo falsa est Iesuitarum doctrina de Verbo non-scripto, sed blasphemus est Hayus qui Anabaptismi & Maranismi deliria ad Iesuiticos furores agglomerat, vt stultus mundus illis commentis dementatus, Christum ipsiusque Verbum vt scandalum detestetur.

IAM VERÒ, spiritualis Iesuita, ècquos tu diuinos afflatus quibus edocta fuerit Ecclesia Romana ad novos ritus sine Verbo Dei instituendos, nobis commemoras? Nunquid vanam hanc Pauli testificationem statueris, *Puto me quoque Spiritum Dei habere?* Atqui hæc est Pauli traditio, *Ne quis vos*

1. Cor. 7.  
Colo. 2. 16

Hæc  
 Hæbr. 13. 4 quoque, Honorabile est inter quosuis coniugium & uol  
 1. Tim. 4. 8 le impollutum. Atque hæc, Corporalis exercitatio & uol  
 & 3. guum habet utilitatis. Et, Matrimony & ciborum inter  
 dictum est demoniorum doctrina. Vt verò cæteras in  
 numerabiles prætermittam, ideone vos eritis spi  
 rituales, Paulus erit carnalis: & Verbum Dei sem  
 piterna obliuione abolendum, diuini autem af  
 flatus in vobis fuerint efficaces, quòd contrarias  
 planè disparatasq; traditiones cõstituatis: Est au  
 tem Romanæ Ecclesiæ constitutio, quam vos se  
 suitæ magno ardore tuemini: Carnem diebus festis  
 comedito: Dies festos reuerenter colito: Qui matrimonium  
 contraxerit, in carne esse censetor, ac proinde Deo placere  
 non posse: Ecclesiasticis uiris contrahere matrimonium, et  
 fas planè esto: Ieiuniis, peregrinationibus, uilibus uigiliis  
 uigiliis carnem qui macerat, uitam æternam meretur: et  
 cæteras huiusmodi traditiones uestras silentio  
 uolens præteream. Has verò de industria sele  
 gi ut quãdoquidem spirituales quosdam afflatus  
 spiratis, & religionis Christianæ summam in ex  
 ternis illis corporeæ exercitationis insignibus col  
 locatis: uiderint pij uobisne cum Apostolo con  
 ueniat, qui non modò corporales illas exerciti  
 tiones damnet, sed singulas quoque illius species  
 grauissimis uerbis traducat: quum autem illas  
 traditiones cum uestris traditionibus è diamet  
 ro pugnent, sintne Apostoli traditiones, corpo  
 rales & idcirco repudiandæ: uestræ autem spiri  
 tuales, & sine Verbo & contra disertum Dei Ver  
 bũ amandæ & amplectendæ: ut constituendum  
 sit Apostolum fuisse mentitum qui cœlibatus &  
 quadragesimæ cæterorumque macrorũ (ut aiunt)  
 dierum instituta uocat diabolica. Hæc de multis  
 pauca. tanta enim est traditionum uestrarum  
 copia & uertitas ut certo numero comprehendere  
 non

non possint, si vera est doctrina tua, Hay, de qua supra egi, Quicquid in Scriptura videlicet non discretè continetur, ad Verbum non-scriptum vestrum pertinere. Quatenus autem & quomodò, mox quidem viderimus. Traditionum enim explorandarum, rationem non sine causa à me flagitas.

---

H A Y V S.

*Quum rursus nobis rationem intelligendi Veterum de Traditionibus sententias suppeditas, Scilicet vestra causam omnino evertis. Pag. 120.*

---

S E R R A N V S.

Quidnam ego præstem, ex ipsa re indicabitur. Mihi quidem institutum est, veras germanasque Apostolorum traditiones à falsis adulterinisque distinguere. Prima verò lex siue regula verarum illarum traditionum à falsis diiudicandarum, est.

VT CVM SCRIPTVRA SACRA QVÆ VERITATIS FIDEIQVE INDVBITATA EST REGVLA, TRADITIONES APOSTOLICÆ OMNINO CONSENTIANT.

Si enim erudiram Vetustatem sensisse, locuples est autor Eusebius.

---

H A Y V S.

*Vellem locum Eusebii notasses, Minister, quum tam diligenter tuam orationem Grecis Eusebii verbis re interpretari profitearis. Pag. 121.*

---

S E R R A N V S.

Tene verò non modò Antiquitatis exercita-



tissimum (vt Tertulliani verbo vtar) sed ipsius Mysten, aut potius Muleum, hæc ignorare, lesu-  
ta, æquum est. Extat locus apud Eusebium libro quinto historiæ Ecclesiasticæ capite vigesimo. Hæc autem ex Irenæo refert Eusebius commo-  
rante eam consuetudinem quæ sibi puero cum Polycarpo Apostolorum discipulo intercessisset vt Florinum noua quædam dogmata sanæ doctrinæ contraria inducere moliente ad sanam men-  
tem reuocaret, qui Polycarpi quoque fuerat discipulus. Ei igitur exprobrat se à præceptore id minimè didicisse, & præteriti temporis statim commemorans, cuius in animo suo presentissima memoria obuersaretur, ait Polycarpum ea discipulis suis tradere solitum quæ ab Apostolis didicisset de Christo, quid nimirum ille egisset, quid docuisset: de doctrina autem disertè ab illis ocu-  
latis & auritis testibus ea retulisse Polycarpum quæ Scripturis conuenirent. sunt enim Eusebius  
τῆς ζωῆς τῆς λόγου περιληψίως ὁ πολύκαρπος ἀπὸ πάντων τῶν συμφορῶν τῶν γραφῶν.

Voluntati tuæ, Hay, si-  
fatiffeci, vt tu tuo iure nugator cum tuis cachin-  
nis habearis.

## HAYVS.

*Nullam ex Traditionibus, quas Ecclesia Ro-  
mana obseruat, inuenies qua non optime cum Scri-  
pturis sacris conueniat. Pag. 121.*

## SERRANVS.

Imò ne vna quidem è vernaculis illis & veteri  
propriis Romanæ Ecclesiæ traditionibus extat  
quæ non ex diametro pugnet cum Scriptura sa-  
cra

tra. Harum traditionum commentarium à me-  
bis supra notatum Lector quidem potest reco-  
gnoscere, at eas tantum patere norit, quantum v-  
niuersus Papatus patet, in quo sunt antiquarum  
traditionum vestigia quædam vt in ruderibus  
antiqui ædificij monumenta. Quicquid verò me-  
re Pontificium est in Ecclesia Romana, totum è  
diametro repugnat Scripturis. Probatio è rebus  
ipsis luculenta est. Verum meus Hayus quærit suo  
more effugia, & ad κοινωμοὶ suos redit.

H A Y V S.

*Traditiones itaque non-scriptas tuo iudicio  
Chrysostomus, Epiphanius, caterique veteris Ec-  
clesiæ Patres probant. Cur ergo nobis vitio vertis,  
quod easdem traditiones, defendendas suscepere-*  
mus? Pag. 121.

S E R R A N V S.

Traditiones Apostolicas siue scriptas siue nõ-  
scriptas Patres orthodoxi probant, & nos cum  
illis probamus. Tu verò nimium es tibi Suffenus,  
Hay, qui tibi cum bestiis rem esse putas. Idem e-  
nim centies explicatum eodem modo nobis im-  
ponis quasi tuis versutiis tandem queamus cir-  
cumuenire. Traditiones vestras non-scriptas ve-  
ritatis idolum, vomitam abortum sæpius esse di-  
xi: non Apostolicas, sed Apostaticas, ἀπειθητὴς καὶ ἀ-  
σεβῆς ἀναπλάσσειται, (vt Eusebij verbis vti) quip-  
pe quæ sunt τὰ ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἀρροῦσθαι, quo no-  
mine Eusebius idem Papiæ cuiusdam damnat de  
libria, id est, è Verbi vestri non-scripti, siue, vt ver-  
bum verbo reddam, traditionis non-scriptæ olla.  
Hocce non est illas probare traditiones è Pa-

Caput cõ  
trouerſiæ,  
vt probet  
Pontificij,  
ſuas tradi-  
tiones ef-  
ſe apoſto-  
licas.

Lib. 3. cap.  
25. & vlti-  
mo.

tribus? Proba igitur esse Apostolicas, aut desine  
nugari.

## HAYVS.

*Quod si Eusebius notat quomodo Chrysofostomus  
& Epiphanius de traditionibus sententia intelligi  
debeat, fuit sanè atate, aut par, aut posterior Chry-  
sofostomo, & Epiphanio, quare & Arcadius (quo im-  
perante hi vixerunt) antiquior fuit Constantino  
Magno, cui admodum familiaris fuit. Da in poste-  
rum melius operam Chronologie, ne tuam a sapie-  
ntia Lectores irrideant. Pag. 121.*

## SERRANVS.

Importu-  
na repre-  
henlio.

Redit ad suas nugas meus Thrafo, qui meam  
quandam *αἰσχρονομία* imaginatur, neque suam *αἰ-  
σχρονομία* sentit, homo nimirum in rebus magnis &  
paruis peræque suus. Tunc igitur, magne histori-  
ce, Veritatem non modò Chrysofostomo, Epipha-  
nio, Eusebio, vel ipsi (si maui) Adamo coenam  
sempiternam immutabilè que esse negabis, vt  
te Gratianus saltem uanitatis coarguat? Perpe-  
tuum esse illud *ἀείδιον* dixi quod Eusebius ex tre-  
næo refert, *Traditiones veras cum Scripturis consenti-  
entes*. Ex hac regula de omnibus prisca Ecclesie anti-  
quissimis traditionibus iudicium fieri debet, ar-  
tequam à Mose scriberentur: Adami nimirum, Se-  
thi, Enossi, Noachi, Semi, Abrahami, Isaaci, Iaco-  
bi cæterorumq; Patrum ad Mosè usque tradi-  
tiones, Mosi Prophetarumque scripturis *συμβα-  
ρως* & consentaneas fuisse, quum vnum in vno  
Christo Deum in vna eademque veritate, eadem  
fide amplectendum proponerent. Hic nimirum  
Hayanæ siue Iesuiticæ historie notatio cumpri-  
mis

mis prodest, quasi nouæ in dies suboleſcant ſuc-  
creſcântque veritates! Hôccine verò non erit  
tradi in reprobum ſenſum? Certè, quibus tempo-  
ribus vixerint Eusebius, Chryſoſtomus, & Epi-  
phanus, nò docebunt nos Ieſuitæ: aduerſus quos  
vt veteris Eccleſiæ doctrinam retinemus, ſic &  
antiquitatem proprio iure nobis vendicamus,  
eâmque commentitijs Romanæ Eccleſiæ ἀρχαι-  
οῦς, quos nullo pudore Ieſuitæ tuentur, ex ipſis  
veræ hiſtoriæ monumentis opponimus.

## HAYVS.

*Nouam argumentandi rationem in Chriſti Ec-  
cleſiam introducere conaris, Miſter.* Patres Scri-  
pturarum dignitatem commendant. Ergo  
traditionum nomine non intelligunt do-  
gmata Verbi non ſcripti, ſed Apoſtolica de-  
creta, de ritibus diſciplinæ Eccleſiaſticæ. &c.  
Pag. 121.

## SERRANVS.

Bona verba, mi homo! Itâne noua veſtra Lo-  
gica vos docet ſine fūco & minio prodere aper-  
tum mendacium? Id ſi tyroni fas eſt in ſchola Ie-  
ſuitica nondum verſato, in veterano tolerabitur?  
Itaque debebas ſaltè, Ieſuita, ex artis veſtræ vete-  
ri inſtituto prouidere, vt verum dicere viderèris.  
At hic manifeſtè præuaricaris Ἰσχυροῦς. Egône  
enim ſic loquor, vt tu vis me loqui? Non præciſè  
aut Traditionum nomine, ſola de ritibus Ec-  
cleſiaſticis Apoſtolica decreta à Patribus ortho-  
doxis intelligi, aut ita Scripturam ab illis com-  
mendari, vt ex nuda illa comparatione Traditio-  
nes de ritibus intelligantur. Ecquid eſt præuari-

Manifeſtā  
Hayi præ-  
uaricatio-  
nè è libel-  
lo meo le-  
ctor reco-  
gnoſcat.

cari, si hoc non est? Loquebar de traditionibus quibusdam Apostolicis, ut de suffocati & sanguinis abstinence, & de mulieribus velandis in publicis cœtibus. Ut autem variarum traditionum illarum notionem explicarem, de illis singulariter traditionibus loquens, dixi, *Non aliter loquutus sum se Patres quàm ut Traditionum illarum nomine, Apostolica decreta de ritibus disciplinae Ecclesiasticae significarent.* Et quoniam ex his vos Iesuitæ efficere conamini, ut noui vestri Verbi non-scripti dogmata intelligantur, hoc quoque disertè negavi. Inde verò bene docèdi leges postulant, ex ipsa re Traditionum naturam explicavi, & ostendi non ferèdum absurditatem Iesuitici commenti de Verbo non-scripto, & adhibui proprias probationes è Scriptura & Patribus: vestrisque illis traditionibus refutatis, sic disertè Traditionum Apostolicarum naturam explicavi: *Traditionum vocabulo in Apostolorum scriptis intelligi vel doctrinae ὁρδοτομίας & applicationem, vel disciplinae & rituum constitutionem.* Ecce igitur putidè *Ἰσθλογοίην*, calumniari, præuaricari, si hoc non est? Neque tamen te, amens Sophista, pudet tui, licet in manifesto médacio deprehendaris. Atque hoc quidem de tua calumnia

ARGUMENTVM autem meum est huiusmodi. *Es*  
 « Patres orthodoxi commendant Scripturam.  
 « go commentum de Verbo non-scripto detestantur. Est firmum argumentum à contrariis, quoniam  
 « Scriptum ac Non-scriptum *ἀντιστηνόμενος* contra  
 « ria esse perspicuum sit.

Patroni autem Non-scripti illius Verbi solent excipere: A Patribus Traditiones Apostolicas commendari, quæ tamen in ipsorum scriptis non comperiantur. Respondeo, esse infidias *quoniam* in Traditionis vocabulo, quo non intelligitur aliquid nouæ doctrinæ mysterium quod Apostoli homi-

homines celarint, sed decreta siue constitutiones Apostolorum, ad disciplinæ Ecclesiasticæ ritus componendos: quæ vt vt singulatim in Apostolice scripturis minimè comperiantur, in illis tamen firmamentum habent. Est enim & sempiternum & generale axioma in Verbo scripto: *Omnia vt ordine fiant & moderatè in Ecclesia Dei: & Deus nõ est autor confusionis, sed ordinis.* Hæc omnium legitimarum traditionum constans est & perpetua regula, licet illæ pro variis rerum, personarum temporumque circumstantiis variè commutentur: in quarum commutatione illud τὸ ἄνωθεν ἐστὶν & 1. Cor. 14. ἄνωθεν ordinis constanter retinetur, quod iubet 40. Apostolus.

## H A Y V S.

*Quid respondebis D. Basilio, qui dogmata non scripta in Ecclesia haberi, hac luculenta oratione confirmat?* Dogmata quæ in Ecclesia prædicantur, quædam habemus è doctrina scripto prodita: quædam rursus ex Apostolorum traditione, in mysterio, id est in occulto, tradita recipimus, quorum vtraque parem vim habent ad pietatem. Pag. 121.

## S E R R A N V S.

Nihil Basilio, sed tibi, qui Basilij auctoritate prolixè abuteris, pro Basilio respondebo. Vt autem erudito Lectori perspicuum sit, te multiplicitate fallacia veritati illudere, Basilij veram germanamque sententiam è luculentis ipsius verbis expositam commemorabo primùm, fallacias deinde tuas demonstrabo.

BASILIVS instituens probare diuinitatem Spi-

Illustris  
Basilij lo-

cus, ex quo per-  
spicuum  
est quæ iu-  
re Iesuitæ  
Antiquita-  
tis autori-  
tatem præ-  
tulerant,  
ad tradi-  
tionū nō  
scriptarū  
confirmati-  
onem.

ritus sancti, Patri & Filio verè *ὁμοουσίῳ*, vitur, hoc  
argumento: Quod eadem appellationes, eadem  
potētia, eadem autoritas, eadem denique gloria  
Spiritui sancto ac Patri Filioque tribuatur. Assen-  
tium autem hanc *ὁμοουσίῳ* formulā, in Ecclesiis Gre-  
cis vsitatam, GLORIA PATRI ET FILIO CVB  
SPIRITV SANCTO, VEL IN SPIRITV SANCTO.  
Illa enim dicendi genera eiusdem planè signifi-  
cationis esse ait, *Cum Spiritu Sancto, & in Spiritu San-  
cto*. Excipiebant Eunomiani & cæteri qui Spiritus  
sancti diuinitatem negabant, Hanc encomi-  
astulam in Scripturis minimè reperiri. Re-  
spondet Basilius, In Scripturis quidem extrare cet-  
tissima argumenta quibus Spiritus sancti diuini-  
tas astruatur, hanc quoque loquendi formulam  
Scripturæ consentaneam esse: nihil tamen impe-  
dire, quominus ad Scripturæ oracula traditionis  
Apostolicæ non-scriptæ autoritas, certo Ecclesiæ  
vsu approbata adiungatur. Hoc autem vltimum  
argumentum opportunè adhibebatur aduersus  
hæreticos quibus vnanimis Ecclesiæ consensus  
rectè opponitur, vt à veritate deficere eos cōstet,  
cuius custodem & interpretem esse veram Eccle-  
siam nemo sanus ynquam dubitauit. Quum ar-  
tem veræ Ecclesiæ emanatores & transfugæ, argu-  
mentum illud ab Ecclesiæ consensu vsuque sum-  
ptum, vt nullum, eludere solerent: docet Basilius,  
verum illud firmūque esse, quum vna sit veri-  
tas: quæ diserta Scripturarum testificatione fir-  
mata traditionum quoque Apostolicarum non-  
scriptarum institutis peræquè dominetur in Ec-  
clesia. Hinc de traditionibus Apostolicis non-  
scriptis nascitur disputatio, quā toto cap. xxviii  
persequitur Basilius.

SVMMA est, Ecclesiæ doctrinam atque prædi-  
cationem, Scriptura & non-scriptis traditi-  
onibus

bus Apostolorum contineri, quæ eandem habeant auctoritatem & potestatem. Τῶν (inquit) ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περιλαβῶν δόγματα καὶ κηρύγματα τὰ ἐκ τῆς ἐργασίας διδασκαλίας ταύτης, ἐκ τῆς τῆς ἀποστόλων ἐκδόσεως διαδοθέντα καὶ ἐν μυστηρίῳ ἡμετέροισι ἀποστόλοις ἔχοντα ἰσχύοντα ἔχει παρὰ τὸ δόγμα. Illarum autem non scriptarum Traditionum duo statuit genera. Vnum, quod de doctrina est: alterum de ritibus Ecclesiasticis. Vtrunque Ecclesie necessarium esse docet. Illud quidem δόγμα: hoc, δόγμα καὶ κήρυγμα vocat.

Traditionum non scriptarum luculenta descriptio.

Vtriusque exempla affert. Traditionis Apostolicæ quæ in doctrina versatur, hoc exemplum: *Baptizari in Patrem, Filium & Spiritum sanctum: & Credere in Patrem, Filium & Spiritum sanctum.* Hoc ait esse τὸ τῆς δόξεως ἀπόλογον, est enim consequens, ut in eum credamus, in cuius nomine baptizamur. Has doctrinæ Apostolicæ explicationes vocat traditiones, nimirum Symbolum Apostolorum, & ἐκδόσεις Conciliorum de illis Symbolis.

Iam traditiones Apostolicæ, quæ in ritibus versatur, multa adducit exempla: & hæcenus quidem, ut singulares illas traditiones in Ecclesiis veritas, quas ad Apostolos autores illæ referebāt, è Scriptura interpretetur: quemadmodum ex ipso loco eruditus Lector recognoscet. At illas traditiones, prout erant in Ecclesia variis temporibus institutæ, & in Ecclesia piè obseruabantur, affirmat Basilii accedere ad Scripturam veluti commentarios ut luculenta nimirum eiusdem veritatis explicatione quasi per diagramma oculis obiecta, hominum animi commodius efficaciusque instituerentur, qui oculari rerum demonstratione permoueri solent. sunt enim verba Basilij, Οἱ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἡμᾶς ἐπέτιμὸν δόξαν, ἐκ τῆς ἐνεργείας ἐκδόσεως.



Etiam si autem non totidem verba in Scriptura comperiantur, non tamen existimandum esse contrariam esse illarum discrepantemque à Scriptura sententiam. sunt enim eius verba, *Ομοθυμαδον εν εναντιωσιν, αλλ' ιδων θεου τον υιον αναφερειν εις δυσθεβειαν.*

Qua fronte verò audeas, Hay, Basilium traditionum vestrarum non-scripturarum patronum aduocare, ipse contestator, verarumque & adulterinarum traditionum discrimen explicato, ut Basilium Basilium aduersus mali interpretis ueritatem tueatur. Traditiones, inquit Basilium, apostolicæ licet non iisdem uerbis in Scriptura referantur, eandem tamen sententiam conseruant earum rerum quæ in Scriptura continentur. *Αξιολογος εν αυταις εν υπερειναι την θειαν γραφήν διανοουσα η εκεινη εν εναντιωσιν την εν χειρι των γραφήν διασφραζει.* His se traditiones amplecti, his se uti testatur Basilium: contrarias autem quæ & uerbis & re sint à Scriptura alienæ, & pietate abhorreant, repudiare. *Οσα δε προς την ξένω τ' λέξεως επι ην των ξένων ημών εναντιωσιν. Tuâ autē audaciâ & peruersitatē sic destatur, ut doceat rationē dignoscendæ traditionis uerè Apostolicæ, & ab adulterinis distinguendæ.* Oro autem eruditum Lectorem, ut totum hunc locum è Basiliano codice recognoscat, fascini Iesuitici præsentissimum haud dubiè amulectum futurum. Omnino constabit inde, ecqua sine scientiâ sine conscientia Thrasones nostri sacrosanctæ Antiquitatis autoritatem nobis opponant.

Aureū  
Basilij  
encomiū de  
Scripturæ  
autoritate.

Basilij hæc sunt uerba. *Φανερα εκπιωσις πειρασ, η εν αντιωσιν και επιροεια, η αδοτειν η εν γραμματων, η επιροειαν εν εναντιωσιν του Κυριου ημεν Ιησου Χριστου εναντιωσιν, Τα ενια περιστατα της ημενς θωνης ακουει εναντιωσιν, Αλλοτερον δε μη ακρα θησισιν, αλλ' εναντιωσιν απο αυτου, οτι εν οιδασιν των εναντιωσιν των εναντιωσιν.*

νῦν, ἢ τοῦ Αποστόλου ἐν ἰσθμῷ δείγματι ἀνθρώπων σφοδρῶ-  
 τερον ἀπαγορεύοντος τὸ προσθεῖναι ἢ ὑφελεῖν τι ἐν ταῖς θεο-  
 τικαῖς γραφαῖς, δι' ὧν φησι, Ομοῦς ἀνθρώπου κεκυρωμέ-  
 νου διαθήκῃ, ἡ δὲ εἰς ἐπειδιατάσσεται. ID  
 est, Manifesta fidei eversio, & superbix accusa-  
 tio est, aut aliquid Scripto demere, aut illi adiu-  
 gere quidpiam, quod non sit scriptum: quum  
 Dominus noster Iesus Christus dixerit, *Oves meæ*  
*audiunt vocem meam: & Peregrinum non sequentur, sed*  
*ab eo fugient: quia non intelligunt ipsius vocem:* Aposto-  
 lus verò è rebus humanis sumpto simili, vehe-  
 menter interdixerit ne quid aut addamus aut de-  
 mamus Scripturis diuinitus inspiratis. sic enim  
 ille, *Hominis licet pactionem auctoritate confirmatam ne-  
 mo abrogat, aut aliquid insuper instituit.*

HACTENVS igitur se traditionibus non-scri-  
 ptis uti testatur Basilius, vt hominum importu-  
 norum blasphemias refellat: easque traditiones  
 argumentis è Scriptura petitis se adiungere, vt  
 tamen è germano Scripturarum sensu minimè  
 abhorreat, neque voces inducant peregrinas, &  
 à veritate sacris literis consentanea discrepan-  
 tes: sic autem à se adhiberi, vt demonstrationis  
 suæ firmamentum in Scriptura collocetur, cuius  
 Decreta à bono Domino fidei suæ concredita,  
 integrè & intemeratè conseruet, nullo adulterij  
 aut cauponarij fuci suspitione. Hæc enim au-  
 rea sunt verè aurei Scriptoris verba. Αὐτῶν αὖ εἰς τὰς  
 συνάκτας οἰκονομήσαι ὡς εἰς τὸν ἀρχαίου δεσπότη πνευμάτι,  
 ταῦτα διατάσσει τούτοις ἀποθεύτως, καὶ ἀκαταλάττωτος. ὡς  
 καὶ ἐμαθόν ἐν τῆς θεοπνεύματος γραφῆς ταῦτα ἡμῶν  
 ὡς ἀπὸ θεοῦ καὶ τὸ ἀρέσκον τῷ θεῷ. Et, ταῦταις πολλάκις  
 ἀρχαίοις μέν, ὡς δὲ ἐκ ἀπὸ ἐξομολογίας τῆς καὶ ἡ γρα-  
 φῆς & σεβῶς διανοίας.

Hæc legant Iesuitæ, qui Christi Verbum pro  
 libidine cauponantur, & peregrinas non modò

voces, sed blasphemias opiniones erudita Vetus-  
tati incognitas, Vetustatis specie & nomine in-  
ducere moliuntur. Hos idcirco *ἄπιστοι* *ἠδὲ* *ἠεὶ* *ἰσοπέδιοι*  
Basilii rectè appellavit.

Veram itaque germanamque Basilij de tradi-  
tionibus non-scriptis sententiam, è Basilij verbis  
notatam, eruditus Lector videt. Restat tamen  
scrupulus à nobis explicandus, Cur dicat tradi-  
tiones illas Apostolicas, *ἐν κυρίῳ*, id est in oculis  
to siue arcano Ecclesiæ fuisse datas: cur hanc do-  
cendi per traditiones formam, *ἀδυσίδοτον* &  
*ἀσύνετον* *ἰσοπέδιοι* vocet. Certè, in Scriptura

Anton. Sadeel in libro de Verbo Dei scripto adversus humanas traditiones Regula sexta.

passim elucere Spiritus sancti Deitatem illudque  
dogma Christianos omnes in primis profiteri  
eamque veritatem Basilij tempore in vniuerso  
propè terrarum orbe celebratam vt in arcana  
se amplius non posset, rectè anuotauit doctus  
mus Sadeel: at complures ego magnasque cau-  
sas existimo cur non modò Basilii, sed  
cæteri Patres pij & orthodoxi, hoc argumentum  
è traditionum non-scriptarum & consensus Ec-  
clesiæ comprobatarum autoritate desumpserint.

Primum, maximi momenti est verè Ecclesiæ  
consensus: qui necessariò ponit autoritatem Scri-  
pturæ, nam verè Ecclesia audit vocem Spiritus  
sui, neque potest esse verus consensus nisi in ve-  
ritate, neque veritas extra Scripturam.

Quomodo Patres orthodoxi sunt vsi argumento à traditionibus non scriptis petito.

Deinde non solo hoc argumento eruditi Pa-  
tres sunt vsi, neque primo: sed & cum firmissimo  
cuncto argumentorum è Scripturæ autoritate peti-  
torum.

Denique, constat illo nunquam eos fuisse vs-  
suros, nisi contra schismaticos vel apertè hære-  
ticos: qui Scripturarum nomine abutètes, verè Ec-  
clesiæ autoritatem eludebant. Hanc certè equum  
erat defendi à piis Patribus, aduersus nebulonum  
impetum.

impudentiam. Illis igitur condonanda est pia sollicitudo in verè-Apostolicæ traditionis defensione, & aduersus quidem præfracta hominum ingenia, qui τὰ ἀντολεξίσιue ἐν ῥητοῖς γαζαμύδρα, (vt ait Eusebius) id est conceptam verborum formulam sic urgebant, vt dum in verbis hærent nuderent. Exemplum in Valentino, Ario, Nestorio, Eutychete, Macedoniano, cæterisque furiosis, quibus Patres opponunt traditiones non-scriptas, extant luculenta leuiculis Græcis (quos vt plurimum fuisse in Spiritum sanctum iniquiores, idem Sadeel rectè obseruauit) non modò res Basilii erat solis, sed cum manifestè præfractis hæreticis Eunomianis, qui Ecclesiæ iugum planè excusserant: aduersus quos iusta disputatione Basilii congredditur. Contra hos stelliones asserendum erat vnanimis Ecclesiarum consensus, eoque maximè nomine quòd veritatis causa ageretur.

Quatenus autem arcanas illas traditiones appelleret. Basilius ipse luculèter docet, eas ad Scripturam pro more institutòque suo constanter reuocans. Σιωπῆς ἢ αἰδος (inquit) ἢ ἡ ἀσὺφροσύνη κέχρηται ἢ γὰρ φησὶ, διὰ τὸ εἰρητὸν κατασκευάζουσα τῶν δογμάτων τῶν ἁγίων, πρὸς τὸ ἐκφυγεῖν τὸν λυσιτελεῖς. ID EST, Silentij vero forma quædam est, illa etiam obscuritas, qua vtitur Scriptura: dogmatum sententiam subdifficilem idcirco reddens vt legentium siue audientium vtilitati prouideret.

Petrus quidem ait in Pauli scriptis esse quædam δύσγνωστα, intellectu difficilia: & Apostolus, δύσπεμπῶντων Redemptionis nostræ λόγον esse ait, explicabilem difficilem. Non quasi vlla sit aut ambiguitas aut obscuritas in rebus aut verbis Scripturæ: sed totam in nobis hætere culpam quæ non percipimus ea quæ sunt Dei, agnoscendum est. Inter

Quænam  
sint arca-  
na Apo-  
stolica Basili-  
o.

cc  
cc  
cc  
cc  
cc

2. Pet. 3. 16.  
Heb. 5. 12.

De doctrina Christi  
lib. 2. cap.  
7.

Scripturæ tamen sacra, alia alijs augustiora esse, quis negauerit, licet in omniū perceptione summa semper sit diligentia, adhibenda? Hac tamen obscuritate Deum nostræ salutis consulere, rectè ait Augustinus, *Quandoquidem cum aliqua difficultate quaesita multò gratius inueniantur. Qui enim profusius inueniunt quod quaerunt, fame laborant. Qui autem quaerunt, quia in promptu non habent, fastidio sepe mirantur. In utroque autem languor cauendus est.* Magnè igitur & salubriter Spiritus sanctus ita Scripturas sanctas modificauit, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret. nihil enim serè de illis obscuritatibus autem fastidia detergeret. nihil enim serè de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissime dicitur aut reperitur.

Hanc quoque obscuritatem in traditionum Apostolicarum peræque ac in Scripturæ mysteriis inesse ait Basilius, ne vilesceret cognitio rerum augustissimarum peruulgata prædicatione. Ita enim natura esse comparatū, ut in ea re quæ remotior sit nobis que infrequentius obuersetur, pericienda, maius quodpiam studium adhibeamus. eam verò rem quæ sensibus nostris pateat & oculis animòque subinde occurrat, facilè negligamus. Idcirco sic prouidisse Apostolos vel Apostolicos viros, qui leges atque instituta Ecclesie præscripserunt, ut sanctioribus quibusdam mysteriis rerum diuinarum in hominum animis reuerentiam retinerent, contemptum auerterent. Hanc esse causam cur dogmata ipsa (quæ & salutis nostræ fundamentum, & rituum in quibus externa Ecclesie disciplina cernitur, rationem cōtinent) summo cum iudicio proponi debeant, & quibus silentio quodam obtegi: ne in vulgus proplata communibusque hominum sermonibus usurpata, assuetudine ipsa negligantur. At negat Basilius

lius, illa penitus arcana esse: quum omnium au-  
 ribus quotidie in Ecclesia perlonent: de illis ta-  
 que summa cum reuerentia agendum esse, vsum-  
 que populo sollicitè inculcandum. Hoc autem  
 variis exemplis docet ille, & iis quidem è ritibus  
 Ecclesiasticæ disciplinæ sumptis: tum ne externi  
 illius ritus, inania quædam & superstitiosa com-  
 menta esse viderentur, tum vt quod de traditio-  
 nibus non-scriptis dixerat, instituto suo tandem  
 accommodet. id est argumentum è *δοξολογίας* for-  
 mula in Ecclesiis Græcis vsitata sumptum, magna  
 ratione & auctoritate niti demonstrat.

Ipsam locum adeat Lector studiosus, in quo  
 hæc verba recognoscet, quorum ego sententiam  
 fideliter expressi. *Τῷ μὲν πεπατημένῳ καὶ αὐτόθεν λιπῶ  
 αἰσθητῶν ἦσαν τινὲς καταφρόνησιν· τῶ δ' ἀνακεχωρηκότῃ καὶ  
 σαυῆι, φυσικῶς πῶς παρεξυγιάνῃ τὸ πεισπέδασον, καὶ τ'  
 αὐτὸν δὴ τῶ πον, καὶ οἱ τὰ πρὸς τὰς ἐκκλησίας ἐξαρχῆς δια-  
 δεσμοδετισάντες, Ἀπόστολοι καὶ Πατέρες, ἐν τῷ κεκρυμμέ-  
 νῳ καὶ ἀφ' ἑσῆς τὸ σημνὸν τοῖς μυστηρίοις ἐφύλασσον· ἔδὲ  
 ἰσθλὸς μυστήριον, τὸ εἰς τινὲς δηλώσει καὶ εἰκάσαν ἀκούει ἐκ-  
 φρονεῖ· ὁ λόγος τ' ἄρξάφων πρὸς ἀδοτέως, ὡς μὴ κατα-  
 μελετηθεῖσαν τ' δογματῶν τινὲ γνώσῃ, ἀνακαφρόνητον  
 τοῖς πολλοῖς ἡμέτερ διασωήθειαν.* Hæc autem ipsa  
 doctissimi Patris verba exscripti, tum vt fidem  
 meam liberarem tum vt Scoto attico vel Seri-  
 phio Græculo grecanicas quasdam quisquillas  
 subinde ostētanti, viri ἀπικολάτῃς diuitias Maiesta-  
 tēque opponerem: ne si ampulatus Thra so fu-  
 mos imperitis vendit, eandem fidem apud erudi-  
 tos consequatur. Verum ad rem.

OMNINO ita est. Licet enim omnia salutis  
 nostræ mysteria Dominus in Scriptura perspicuè  
 patefecerit, & in eum quidem finem vt ab omni-  
 bus solidè intelligantur: ac proinde omnibus o-  
 mnium ordinum hominibus, Ecclesiæ membris,

salutaris doctrina cognita exploratâque esse debeat: nihilominus tamē fatendum est, Doctrinam sacrosanctæ Trinitatis (exempli causa) vel Prædestinationis, vel Incarnationis Christi, exquisitiorum quodam arcano augustiora esse, quàm eas præceptiones quæ ad mores informandos spectant, & in communi vitæ usu versantur.

Hactenus igitur Basilius (vt amplissimum argumentum patet) Tradiciones illas Apostolicas appellat arcanas, quòd rerum maximarum augmentum finiarumque *en détail* siue commentarios augumentarentur, in quibus consentaneum erat summa cum reuerentia & attentione homines versari. At quicquid est abstrusioris doctrinæ, totum ad Scripturam reuocat, obscuritatis finem doctrinæ sacræ reuerentiam esse dicit: obscuritatem denique illam, quæcunque tandem sit, è Scripturæ veritate illustrandam esse docet: quemadmodum & illam *dogmatias* formulam è Scriptura interpretatur.

VERA germanâque Basiliij sententia hunc in modum explicata proximum est vt ex ipso rerum examine, fallacias, Hay, tuas prodam: quas quidē vt multiplici audacia & temeritate hic propegas, illarum tamen hic communis est vnusquequisque, vt fallas, id est, vt pergas esse Iesuita.

Fallaciæ Hayani argumenti è Basilia no testi monio cōfati.

Prima fallacia est, HOMONYMIE. Traditionis enim non scriptæ vocabulum præcisè viget, quasi quū de illis Basilius loquitur, Tradiciones non scriptas siue Verbum non-scriptum Romana Ecclesiæ degeneris intelligat, aut quasuis alias traditiones humanas, quod falsum est. sunt enim duæ traditionum non-scriptarum species quæ toto genere inter se dissident, variisque categoriis continentur. Vna est species traditionum non-scriptarum, quas & Scriptura & Antiquitas com-

mendant. Illæ sunt veræ & Scripturæ *ἀμφωνοὶ* & consentaneæ, *συναληθεῖς*, eiusdem cum Scriptura autoritatis, quia sunt eiusdem veritatis. Ad hanc classem pertinent omnes traditiones Apostolicæ, siue de doctrina siue de ritibus disciplinæ Ecclesiasticæ sint institutæ. Altera est species traditionum non-scripturarum, quæ commune nomen quidem habent sed à veris illis & Apostolicis sunt prorsus *ἑτεροθηγεῖς*: sicuti sunt omnia hominum commenta, quantalibet pietatis & humilitatis specie obtecta, *ἄφροισι δὲ σίματος*, vt inquit Apostolus: quæ & sine Verbo & contra Verbum Dei variè ab hominibus cõformantur. Has traditiones, siue mandata hominum, *ἄφροσεις, ἐντάλιματα* & *ἐντολαὶ ἀνθρώπων* vocat Scriptura, *ψευδαιτυμίας γνώσιως ἑτεροδιδασκαλίας*. Hæ igitur traditiones ab illis traditionibus distingui debebant, Apostolicæ nimirum ab Apostolicis, diuinæ humanis, veræ à falsis, ne homonymia imperitis imponant. Hoc accurate distinguit Basilius, sicuti supra ostēdi, at hoc discrimen de industria extinguit Hayus, vt eiusdē nominis communitate veritatem cum mendacio nuoluat. De quibusdam igitur traditionibus sermo fit institutus, primùm omniū distinguendum fuit. ne veræ & vernaculæ Apostolorum traditiones cum falsis & peregrinis commutentur.

Secunda fallacia est, *ὅτι τὸ ἅγιον τῆς λέξεως*. licet enim Traditionum non-scripturarum appellatione, verè Apostolicas traditiones intellexerit, non tamen consentaneum est vt doctrina cum ritibus confundatur: perpetua enim est doctrina, incommutabilis, vniuersæ Ecclesiæ communis: at ritus & instituta Ecclesiasticæ disciplinæ & variè commutantur, & pro rerum, temporum, personarumque circumstātiis sunt varij, neque hactenus parem obtinent cum doctrina autoritatem, licet

Col. 2. 22.

Matth. 15.

Col. 2. 21.

1. Tim. 6.

&amp; 1. 3. &amp; 6.



enim vnum sit & sempiternum principium quo  
 omnes legitimi ritus & ab Apostolis & ab Apo-  
 stolicis hominibus olim instituti, & qui etiam  
 num in Ecclesia instituuntur, VTI OMNIA ORDI-  
 NE FIANI IN ECCLESIA innituntur, ac pro-  
 inde omnes huiusmodi traditiones ad hanc ver-  
 tatis amissim reuocentur: non tamen verum es-  
 parem esse legis illius sempiternæ atque incom-  
 mutabilis, & illorum rituum autoritatem atque  
 potestatem: sicuti cordati Lectores animadu-  
 tiones non-necessarias. Liberas igitur illarum tra-  
 ditionum obseruationes esse Christianis, pro-  
 ædificatio efflagitauerit, vult Augustinus: eoque  
 grauissimè reprehendit qui propter huiusmodi  
 externos ritus mouent contentiones in Eccle-  
 siis. Totum, inquit, hoc genus rerum liberas  
 bet obseruationes: nec disciplina vlla est in illis  
 melior graui prudentique Christiano quàm vt eo  
 modo agat, quo agere viderit Ecclesiã, ad quam  
 cunque fortè deuenerit, quod enim neque con-  
 tra fidem neque contra bonos mores iniungitur  
 indifferenter est habendum, & pro eorum inter-  
 tuum obseruatione prudentiam vocat alibi  
 lam saluberrimam: eamque Ambrosij autoritate  
 firmat. Certè, Tertullianus de virginum velati-  
 darum ritu acturus, hoc substernit fundamen-  
 tum, Vt regulam siue legem fidei à disciplina di-  
 stinguamus. Regula quidem fidei, inquit, vna om-  
 nino est, sola & immobilis: ad cuius probationem  
 enumeratis Apostolici Symboli capitibus omni-  
 bus, addit, Hac lege manente, cætera iam discipli-  
 næ & conuersationis, admittunt nouitatem con-  
 rectionis.

Quàm igitur vanum est, Traditionum non-fer-

ptarum *ὅμοιογενεσίν*, omnibus eandem parémq; tribuere autoritatem atque potestatem, sicut facit Hayus! Doctrina igitur & doctrinæ explicatio à disciplina (quæ rota doctrinæ innititur) distinguenda est, totámque vtriusque autoritatem Verbo Dei definiendam esse, è Basilia docuimus supra.

Tertia fallacia est, *ἡ δὲ τὸ ἐπιούριον*. non enim consequitur, Traditio est non-scripta, id est in Scriptura minimè continetur. Ergo est Apostolica. Vel, Traditioes non-scriptæ Apostolorum erant arcana. Ergo his ultimis temporibus Pontifici Romano aut Iesuitis hæc mysteria fuerunt reuelata. Fateor quidem Romanæ Ecclesiæ traditiones in sacris Scripturis minimè contineri, merum illarum in vniuersa Scriptura esse silentium: sed è doctrina Basilij à nobis superius explicata, dico non modò nullam esse & prorsus futilem Hayi huiusmodi consequutionem sed in Hayum retorqueri.

Si enim non-scriptarum traditionum hæc nota perpetua est vt cum Scriptura conueniant, veluti illius propago: omnino efficitur: nullam doctrinam in hoc Traditionum Apostolicarum genere recenseri posse, cuius cum Scriptura consensus non constet: alioqui consequeretur maximum incommodum, Omnia phanaticorum hominum insomnia ad hanc non-scriptarum traditionum classẽ esse referenda.

Argumentum autem è Basilianæ regulæ præscripto aduersus Hayum sic obuertitur. Si enim repudianda est ea traditio non-scripta quæ vocem & sententiam à Scriptura peregrinam & dissentaneam profitetur, certè Romanæ Ecclesiæ matzologia tota detestanda est, quæ & re & verbis à Scriptura non modò abhorret, sed ei ex diametro aduersatur. *Mysterium autem doctrine Apostolicæ*

Retorquetur argumentum in Hayum.

quomodo vocauerit Basilius iam à nobis explicatum est, vt nō possit noua reuelatio exquiri quā noua doctrina inducatur. Quōd si quid erat prīmīs illis Ecclesiæ temporibus mysterium siue arcanum, quōd sit his vltimis temporibus reuelatum: illud omnino est de quo loquitur Paulus: *Iam enim peragitur mysterium iniquitatis: & Et tunc reuelabitur impius ille, homo peccati, filius perditionis, qui in Romana Ecclesia tandem patefactus est, & certis indubitatīsq; argumentis dignoscitur.*

Quarta fallacia est, PETITIO PRINCIPII, hoc quidem genere & loco importunissima. Itāne enim extra te es, Iesuita, vt arbitreris cuiquam leno, & post longam quidem disputationem, persuasurum, Basiliū loqui de traditionibus non-scriptis Ecclesiæ Romanæ, quas vos defenditis, quum de traditionibus non-scriptis loquitur. Clamat ille, Traditiones non-scriptas *ἢ ἀπὸ πρῶτων καὶ ἡ γραφῶν διαβεβῆσιν διακρίσας, ἢ πρὸς τὴν ἱερὰν ἱστορίαν* minimè abhorrere. Ecquid verò in toto papatu consentaneum est cum Scriptura? Hoc quidē quum vos negetis, nos contrā affirmemus, disputatione explicandum erat: at tu nimirum bellus homo es, qui audes id tanquam ratum ponere, quod est controuersum. Quasi verò post longam disputationem non didicerimus Iesuiticum hūc dolum. Si controuersie nostræ arbiter est Basilius, causa cecidisti. Iam dixit ille sententiam: Vel addere quidpiam Scripturæ vel de Scriptura quidpiam demere, *φανερόν τις ἔκπρωτον* vocauit, *καὶ φανίας κατηγορίαν*. Tu igitur palàm euertis fidem, tu non-ferendæ superbiæ reus es, qui fœdum Antichristo ministerium exhibes in hoc Verbi non-scripti commento stabiliendo, quo Scripturæ auctoritas planè conuellitur. Apage igitur, Iesuita, non modo rācidas Logicæ *τὸ εὐλόγον* nēnias, sed meras

ineras in Deum blasphemias, quas è Verbi non-  
scripti penus vos effundere, omnibus est palam.  
Hoc non ambigitur, quantè sint autoritatis Tra-  
ditiones Apostolicæ nõ-scriptæ, sed demonst-  
randum est, quænam sint Apostolicæ illæ non-feri-  
ptæ traditiones. Quod non nisi è Scripturæ regu-  
la, nullo modo potest.

HAYUS.

*Vbi tuas captiones dissolvero, certissimis Pa-  
trum testimonis docebo, per Traditiones Ecclesia-  
sticas, Vt eteros non tantum decreta de Ecclesiasti-  
cæ disciplinæ ritibus, verum etiam dogmata ad fi-  
dem spectantia intellexisse. Pag. 122.*

SERRANVS.

Tibi nimium suffenus es, Antiquator, qui in  
mendacio manifesto deprehensus audes tamen  
idem putidè inculcare. Traditiones non-scriptas  
non dixi in solis ritibus versari, sed ad doctrinam  
quoque referri: at tu semper es Hayus. Quidnam  
vero sis præstiturus, suo loco viderimus: nunc ve-  
rò explorandæ sunt exceptiones tuæ, quibus ra-  
tiones meas aduersus Verbi illius vestri non-scri-  
pti commentum institutas euertere conaris.

Bullæ Je-  
suiticæ.

ARGVMENTVM VA-

riis Scripturæ & Antiquitatis testi-  
monii munitionum priori libello meo  
proposueram, & illud & hæc variè  
hic oppugnat Hayus: ego ea de-  
fendo.

*Quod Apostolica doctrine auctoritati detrahatur,  
repudiandum est.*

*Traditiones non-scripta à Romana Ecclesia  
instituta, non modo detrahunt Apostolica doctrine,  
sed eam penitus euertunt.*

*— Itaque repudianda sunt, ac proinde totum illud  
Verbi non-scripti quo illa continentur, genus ex-  
plodendum est.*

Maior sua luce manifesta est. Maiorem è Ter-  
tulliani verbis probabā, qui aduersus hoc ipsum  
commentum quod Iesuitæ renouarunt, valide di-  
sputauit. Hanc, vt ipse ait, dementiam sic refutat.  
“ Si aliquid in Scripturis Apostolicis prætermis-  
“ sum est, causa duplex notari necessariò debet: vel  
“ quod ignorarent ea quæ nõ scripserunt, vel si ea  
“ nossent, ea nollent hominibus patefacere. Ex-  
“ traque causa grauissimum impingitur crimen: A-  
“ postolis, vel ignorantia si ignorarunt: vel mali-  
“ gnitatis, si sibi nota minimè patefecerunt. Ampli-  
“ uorum incòmodorum demonstratione, quæ tamè  
“ ego breuissimè indicaui, *Ecquænam verò erant illa  
ἀποστασια, &c.* Et, *Quum ea omnia quæ ad salutem æ-  
ternæ cognitionem satis essent, ex officio deberet hominibus  
patefacere.*

Hoc autem incòmodum sic luculentius ostenditur.  
Illa quæ Iesuitæ aiunt fuisse ab Apostolis  
prætermissa, vel fuerunt necessaria ad salutem,  
vel non. Si necessaria damnandi sunt Apostoli  
*ὡς ἀποστασια* (vt loquitur Chrysostomus) id est  
perperam obitæ legationis, ac proinde perfidiae,  
quod est absurdissimum. Si non fuerunt necessa-  
ria, cur nunc à Iesuitis requiruntur, nisi vt se bla-  
sphe-

phemos & sceleratos prodant? Deinde, vt fidem faciant exquisitoris illius cognitionis quam his vltimis temporibus se consequutos esse profitentur, agedū in medium adducant commentarium illorum *Ἐπιτομὴν*: quæ si à doctrina Apostolica abhorreant ( sicuti faciunt illa omnia noua commenta quæ Pontifex Romanus è Verbo suo illo non-scripto nunc eruit) écquis non videt illa de mendacio præiudicanda, ac proinde explodenda esse?

Itaque hoc necessariò efficiebatur, Apostolica scripta ad necessariam salutis nostræ cognitionē abundè valere, vt in iis acquiescamus & ex vi consequentis, Iesuitarum de Verbo non-scripto commentum esse repudiandum.

Hæc ego, & quidem (vt instituti sermonis ratio ferebat) strictim: quidnam verò huic argumento opponat Hayus, videamus modò.

## HAYI EXCEPTIONES.

### HAYVS.

*Præteristi studio verba illa quibus Tertullianus sententiam suam concludit, quæ populo intellegere non liceret. Pag. 122. &c.*

### SERRANVS.

Hoc non est respondere, sed Iesuiticè tergiverfari. De Titulo libri Tertulliani dixi supra: cuius ignoratio tuam singularem eruditionem prodit. Non studio prætermisi verba illa, quibus ais Tertullianum sententiam suam concludere. Eâdem planè sine his verbis permanere sententiâ sobrio cui-libet perspicuum est. hoc enim ostendendum est.

Matt. 13. 35

Apostolo  
7u. arcana.

rat. Apostolis nihil defuisse quod ad salutis doctrinam pertineret. Mirantur Apostoli qui tam perspicuè ipsos Dominus alloquatur, quum per parabolas populum conueniret: respondet Christus, *Ipsis datum esse nosse mysteria regni caelorum, populo non item: tum quod reuelandi vbique Euangelij tempus nondum aduenisset, patefacto nondum redemptionis nostræ mysterio, tum quod intelligentiam & fidem donum proprium esse Deum, reprobis iusto Dei iudicio excæcatis eadem opera significaret.* Priorem verborum illorum sententiam sequutus Tertullianus, dixit Apostolis datum fuisse cognoscere arcana quæ populo intelligere non liceret, magistris nimirum quos Dominus dedit populo suo, vt ei suo tempore magna illa arcana patefaceret: vt quod in secreto ab illis fuerit dictum, supra tecta palam annuntiarent. Quidnam verò inde colligis, eorumque sunt illa mysteria solis Apostolis nota quæ nunquam nusquam eliminant? Certè non temerè aut impudenter salutis nostræ mysteria Apostoli effurterunt: quæ tamen erant ad salutem necessaria, omnibus perspicuè declararunt. Illam autem Tertulliani fuisse sententiam hæc ipsius verba, perspicuè docent. *Sed, vt diximus, (ait) eadem dementia est, quum cogitentur quidem nihil Apostoli cognorisse, nec diuersa inter se predicasse, sed non omnia cunctis omnibus reuelasse: quædam palam & vniuersis, quædam secreto & paucis demandasse.* Et illam docendi rationem, postea exponens, *Consequens erat vt euidenter mandabat Euangelij administrationem, non passim nec inconsideratè administrandam adicere, secundum dominicam vocem, Ne margaritam porcis, & sanctum canibus iactaret.* Dominus PALAM EDIXIT, sine vlla significatione alicuius taciti Sacramenti, ipse præceperat, siquid in tenebris & in abscondito

audi-

audissent, in luce & in tectis prædicaret. Vbinam igitur illa sunt tua, Hay, mysteria populo incognita? Magnum igitur disputatoris nostri acumen! Quid præterea?

## HAYVS.

*Tertullianus porro ne semel quidem in hac oratione, quam tu nobis obucis, Scripturas nominat.*  
Pag. 122.

## SERRANVS.

Non semel quidem, sed tam sæpe id inculcat ut mirum esset, nisi esses Hayus, te de industria tot testes quaesuisse vanitatis tuæ. At quidnam est in sensum reprobrum tradi, si hoc non est? Totus in eo est Tertullianus ut doceat, Ecclesiæ præscriptiones (quas commétitiis hæreticorum præscriptionibus opponit) Scripturis Apostolicis inniti, ac proinde hæreses omnes antiquitate & auctoritate sine vlla controuersia anteire. Locos qui sunt in priorè disputationis Tertullianæ parte aliam annotavi. Hæc verò sententiam à me citatam subsequuntur verba, Quod autem præceptum, quæ denuntiatio ex supra & infra scriptis intelligitur, non nescio quid subostendi hoc dicto de remotiore doctrina, sed potius inculcari de non admittenda alia præter eam, quam audierat ab ipso: & puto coram multis, inquit, testibus. Quos multos testes si nolunt Ecclesiam intelligi, nihil interest quomodo nihil tacitum fuerit, quod sub multis testibus proferebatur. Hæcine verò augustissime, Mysta,

*Non scripti sunt multa silentia Verbi.*

hæc mysteriorum vestrorum Deposito quæ in spiritalibus vestris exercitationibus Quatuor vete



rum illorum Professi, maiorum Gentium heredes collatis inter se capitibus mussitant? Arcanum illud Apostolorum quod Paulus Timotheo caris etque Apostolicis viris deposuit, vniuersam Ecclesiam nouisse affirmat Tertullianus: non aliam quædam illos differuisse credit *que aliam regulam fidei superducerent, diuersam & contrariam illi quam catholicè in medium proferbant: ut alium Dominum in Ecclesia dicerent, alium in hospitio: & aliam Christi substantiam designarent in aperto, aliam in secreto.*

Arcana illa Apostolorum quæ mine differant à Verbi non scripti Iesuici mysteriis.

Quam igitur differant arcana Apostolorum à vestris non audis, Iesuici? Illa, vniuersæ Ecclesiæ edicebant & edicunt, vnicum esse Dominum. Vestra, duos Dominos esse affirmant. Domino Iesu Christo Dominum Papam adiungunt, illi summum in Ecclesiam principatum agnoscunt, illi summam vitæ & mortis æternæ potestatem, plenariam quidem illam & sine vlla prouocatione efficacem attribuunt: seruandi & damnandi pro arbitrio suo animas, ut si eas cateruatim ducere in mancipio gehennæ, nemini tamen mutire fas fuerit, quum ipse omnes iudicet à nemine iudicandus. Hòccine verò non est Dominum esse, magne Hieromanta? Apostolica arcana vnam Christi substantiam designant in aperto, vnicum Christum verum Deum & verum hominem profitentur. Vestra autem Verbi non scripti arcana, corpus Christi infinitis in locis, pane & vino in ipsum illud corpus transsubstantiatis, esse affirmant, nouas substantias, plures substantias temporali Christo esse contendunt. Arcanorum igitur Apostolicorum & vestrorum discrimen non audis?

At de Scripturis, inquis, nihil audio. De doctrina ipsa, Hay, prius mihi explicanda erat Tertulliani sententia: quam doctrinam quomodo ipse

ipse definiat, ex eodem loco recognosce. Non a-  
 liam, inquit, doctrinam Apostoli in aperto, aliam in  
 secreto annuntiarunt: quum ipsi observarent in  
 EPISTOLIS SVIS, vt id ipsum & vnum loque-  
 rentur omnes, & non essent schismata & dissen-  
 siones in Ecclesia: quia siue Paulus, siue alij, eadē  
 prædicarent. Cedo, mi Hay, Apostolorum Episto-  
 le non sunt Scripturæ? Verum seipsum Tertul-  
 lianus dilucidius exponat. Ad eius doctrinæ Eccle-  
 siam scriptum est, imo ipsa doctrina ad Ecclesiam suam scri-  
 bit, Et si Angelus de coelo ALITER EVANGELI-  
 ZAVERIT, anathema sit. Doctrinæ definitio-  
 nem non audis? Quod si Tertullianus sic doctri-  
 na constituta, hæreticis insultat, Vbi tunc Marcio,  
 vbi Valentinus: nos verò non idem à vobis nunc  
 queramus, Vbi tunc Verbum non-scriptum à no-  
 uellis Iesuitaris in hac effoeta mundi senectâ fabri-  
 catum, quod & sine Scripturæ & contra Scriptu-  
 ram noua quidem mysteria repræsentet? *Consingat,*  
 inquit Tertullianus, tale aliquid hæretici: (quid enim  
 illis post blasphemiam illicitum est?) sed etsi consinxerint,  
 nihil promouebuat. Ipsa enim doctrina eorum cum Aposto-  
 lica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua promu-  
 tiabit neque Apostoli alicuius esse neque Apostolici.

Verum quia Spiritum sanctum Pontifex Ro-  
 manus, dum noua hæc Verbi non-scripti com-  
 menta excudit, vadem sponsorēque appellat,  
 cuius auspicio & ductu ea his nouissimis tempo-  
 ribus suppleat quæ Apostoli prætermiserūt, quod  
 in ea ignorarent propter infirmitatem scilicet  
 suam illorum mysteriorum minimè capace, sym-  
 bolum quoque suum Tertullianus confert ad  
 querendam Verbo non-scripto auctoritatem: &  
 Dixerat, (inquit) *placè aliquando Christus*: Multa ha-  
 beo adhuc vobis loqui, sed non potestis ea susti-  
 nere, tamen adiiciens, Quum venerit ille Spiritus

ci. Cor. I.

Angusta

Scriptu-

etæ desi-

gnatio a

pucl. Ter-

tull.

veritatis, ipse vos deducat in omnem veritatem ostendit illos nihil ignorasse, quos omnem veritatem confiteantur per Spiritum veritatis repromiserat, & ubique implevit repromissum, probantibus Actus Apostolorum de consensum Spiritus sancti. Ita traditiones affirmatæ Iesuitæ, non-scriptas penes vos habere, eas sacrosanctæ Ecclesiæ Catholicæ Pastorem pro iure suo decernere, sancire, Arcana rerum sacrarum Spiritus sanctus per illum Ecclesiæ largitur, ut periculosa sit Scripturarum traditio, ex qua hoc nostro infelici seculo infinita mala exortirunt. Respondet Tertullianus, postquam salutarē doctrinā Verbo Dei definiuit, *QUÆM SCRIPTURAM* qui non recipiunt, nec Spiritum sanctum possunt agnoscere discipulis missum, sed nec Ecclesiam dicant defendere, qui quando, & quibus incunabulis institutum est hoc corpus probare non habent. Hæc Tertullianus: neque te pudet, Hay, affirmare, ne semper quidem in hac oratione Scripturas nominari?

## HAYVS.

Dico Tertullianum his verbis pro nobis Catholicis, contra vos Calvinianos facere. Nam si agerentur dementia, qui negarunt Apostolos omnia fecisse, quid de Calvino vestro sententiam erit, qui Christo Domino inscitæ tenebras affingere vult veritatis? Pag. 122.

## SERRANVS.

At neque de re neque ad rem quicquam dicis, sed Catholicè nugaris, id est, ubique tuus. Cedò enim, quòdnam est tuum argumentum? Quærebatur, An traditiones illæ vestræ non-scriptæ parem obtineant cum Scriptura, ut affirmatis, autoritatem. Quorsum igitur hæc de Calvino

Prima ratione mea, diserto Tertulliani testimonio firmatur, quia sanctorum Apostolorum au-  
 toritati magna hoc pacto fieret iniuria, qui vel  
 ignorantix vel maleficæ invidiæ rei perageren-  
 tur. Hanc absurdam opinionem Tertullianus ap-  
 pellat dementiam. Tu verò quidnam respondes?  
*Αντιμαρτυριαν* siue *ἀντιμαρτυριαν*, id est recriminatio-  
 nem audio, non responsionem. Meo siue potius  
 Tertulliani argumento debebas respondere. De  
 te merū silentium. Calvinū accusas quod Christo  
 Domino inscitix tenebras affingere non sit veri-  
 tus. Si ita est, gravissimo crimine astringitur Cal-  
 vinus: non inde tamen Tertulliano siue potius  
 rationi responderis. Hoc nimirum est nodum se-  
 care, non soluere, vetera crimina novis compen-  
 sare: etiamsi darem, Calvinum fuisse hallucina-  
 tum: quod tamen pernego. Prima igitur mea re-  
 sponsio est, Te tergiuersari: Secunda te calum-  
 niari. De prima dixi: proprium est vt de secunda  
 dicam.

Inscitix tenebras Christo Domino Calvinum  
 ais affingere. Ex facto ius oritur. Inspicienda sunt  
 & exploranda Calvini verba, an quidpiam hu-  
 iusmodi dicat. Cedò igitur locos è Calvino ci-  
 tatos à te, Hay, legamus & expendamus, vt de  
 candore & pudore tuo Lector iudicet.

DIGRESSIO EX HAYI  
 exceptione nata, *Quomodo dicatur Chri-  
 stus aliquid ignorare.*

CALVINVS exponens locum illum qui est  
 Matthæi capite vigesimo primo vers. 18. quū Chri-  
 stus ficui maledixit in qua tantum folia, non fru-  
 ctum inuenit, his verbis vtitur: *Sed in ea sita est dis-  
 ficultras quomodo deceptus fuerit fructum in arbore vacua  
 quærens &c.* Tum (ea enim tantum sunt notanda

quæ sunt nostri instituti.) Nihil est absurdum, inquit  
dicamus, secundum hominem speciem arboris fuisse illi  
gnitam: fieri tamen potest ut consultò accesserit, et  
ignorans. Et in caput XXI III. Matth. & XIII. Ma-  
th. cap. versic. 32. Cæterum de die illo & hora nemo  
ne Angeli quidem qui in cælo sunt, nec ipse Filius, sed  
Pater: postquam diluit eorum obiecta qui Filii  
Dei contumelia affici putant, si in eum vlla igno-  
rantia competere dicatur, ita concludit. Quare  
nihil absurdi fuit, Christum, qui omnia sciebat, aliquid  
dum hominis sensum nescire. neque enim aliter  
& anxietati obnoxius, & nobis similis esse poterat.  
verò excipiunt quidam, non congruere ignorantiam  
sto, (quæ pœna est peccati) plusquam absurdum est. At  
quidam inscitè nugantur, ignorantiam, quæ Angelis  
tur, ex peccato manare: sed in altero non minus insulsum  
quòd non agnoscunt Christum ideò nostram carnem  
se ut debitas peccatis nostris pœnas in se susciperet.  
autem secundum hominem Christus diem ultimum  
uit, id nihilò magis Diuinæ eius naturæ derogat quàm  
mortalis fuit. Hæc ex Caluino necessaria inscitæ  
to nostro fideliter desumpsit.

Ubinam hinc legis, Hay, Caluinum inscitæ  
nebras Christo Domino affinxisse? Estne tibi  
lus & animus? Legimus, Christum hominem  
dam ignorasse, & rationes cur ita oportuerit  
dimus. Legimus in Euangelio, De die illo ac hora  
mo scit, ne Angeli quidem qui in cælo sunt, neque  
lius, sed solus Pater. Οὐκ εἰδέναι, id est nescire, &  
γνοῖν, id est ignorare, non sunt tibi, erudite  
synonima? & Ignorare aut nescire aliquid  
idem est ac inscitæ tenebris inuolui? Christum  
liquidum in terris esset, ignorasse dixit Scrip-  
ra, & cum Scriptura Caluinus. Si malè loquuta  
est Scriptura, malè loquuta est Scriptura: si be-  
Scriptura, cur malè Caluinus, ipsissima Scriptura

verbi referens? Ecquis verò apud Calvinum le-  
 git vnquam, in scitiæ tenebris Christum fuisse in-  
 uolutum? In scitiæ tenebras è peccato esse, quis  
 negabit: ignorari quædam sine peccato posse, au-  
 tobrius negauerit? Manifestam igitur Sycophan-  
 te calumniam, Lector Iesuitici nominis studiose,  
 non vides, neque fascinos excutis? Ignorasse quæ  
 dam Christum hominem, antequam redemptio-  
 nis nostræ mysterium impleret, & quidem huic  
 ignorantia vltro obnoxium fuisse nostra causa,  
 tam rectè dicitur ac illum pro nobis fuisse mor-  
 tuum. Singularem autem hanc doctrinam sic ex-  
 plicauit illis in locis Calvinus, vt quum luculen-  
 tius dici nihil possit, ita neque lutulentiùs ab im-  
 puro animo excogitari aduersus veritatem quic-  
 quam posse candidus Lector ex ipsius Caluini  
 verbis haud dubiè iudicabit: at quoniam iniquus  
 aduersarius mihi ducturus est summo probro, si  
 de tanta re nihil dicam, quamuis non suo loco il-  
 lius mentio fuerit iniecta, cogor faculam magno  
 lumine ad mouere: hac tamen lege, vt rei prima-  
 riæ memor, in tam augusti mysterij amplissimo  
 argumento me temperem quanta potero bre-  
 uitate.

“  
 “  
 “  
 “  
 “

REPETAMNE igitur Christiana axiomata, vt  
 sua luce manifesta sic sua fide rata? Christum esse  
 perfectum Deum & perfectum hominem: Vnum  
 nimirum Christum, non confusione substantiæ,  
 sed vnitæ personæ: duabus naturis in vna perso-  
 na subsistentibus, & vtriusque naturæ proprietatibus  
 in illa personæ vnitæ inconfusis: & distin-  
 ctis illarum discriminibus: Equalem Patri secun-  
 dum diuinitatem: minorem Patre secundum hu-  
 manitatem. Hominem verò ex anima rationali,  
 & humano corpore subsistentiam; in omnibus

Axioma-  
 ta Chri-  
 stiana de  
 Christi in  
 carnatio-  
 ne.

hactenus similem factum fratribus suis, & in  
nibus similiter tentatum absque peccato, nobis  
videlicet coessentialem secundum humanitatem

Quorsum autem ista mysteria nobis proponuntur, sanctè considerandum est, vt salutaris doctrinæ vsus à nobis intelligatur. Quum eadem natura Christo & nobis hominibus sit communis, humanamque naturam Christus idcirco assumpsit vt humani generis redemptor esse proinde redemptionis nostræ pretiū plenè persolueret: debuit non tantum peccata nostri generi propter peccatum debitas subire, lueret, vincere: vt nihil desset ad plenam perfectam satisfactionem infinitæ Dei iustitiæ infinitem standam: atque adeò verus generis humani redemptor, verus homo, hominum vas & sponsa iustitia Dei sit hominibus peccatoribus, pro quos factus erat ipse peccatum qui peccatum non nouit.

Hoc maximum est augustissimumque Incarnationis mysterium, in quo dotes nobis à Filio tributæ, piè & reuerenter considerandæ sunt.

Notes  
Fili  
ij Dei no  
bis fide  
lis suis  
tributa.

PRIMA DOTES est, quòd Deus pro nobis factus est, semen mulieris, eiusdem carnis & sanguinis nobiscum particeps, ex eadem Adami massa in tempore natus. Ita nobiscum est iunctio coessentialis. Hoc nimirum nostræ cum Christo vnionis fundamentum (Homo enim homines peccatos redimere debuit) hæc prima similitudo cum illo nostræ nota.

Hoc autem discrimen est. Nos sumus peccatores, ille nõ est peccator. qui enim peccator erat expiaturus & deleturus, qui esset peccator. Ita iustissimus est homo. Natus est enim Christus de virgine quidem Maria, verus homo: sed co-

ceptus est è Spiritu sancto, homo non-peccator, ab omni peccati lue liber. Idcirco ait Scriptura, *Illum quidem venisse ex υιοτότου σαρκός άμαρτίας in simi* Rom 8. 1.  
*litudine carnis peccati.* id est, ex ipsa Adami massa: sed *pro peccato.* id est, vt hominum peccatorum vicem subiret, pœnasque illis propter peccatum debitas lueret: *κατάσινε τή άμαρτίαν εν τή σαρπί,* condemnauit peccatum in carne. id est, persolutis peccati pœnis satisfecit diuinæ iustitiæ, vt credentibus in ipsum hominibus peccatum non amplius imputeretur.

Secunda dos est, quod quum Christus sit verus homo, corpore humano & anima humana vere constans, veras quoque naturales & animi & corporis humani qualitates assumpsit. Deinde, quum peccati pœnas subiturus esset, omnes quæque pœnas humano generi propter peccatum debitas, id est, & corpori & animo à Deo irrogatas, tam verè pettulit quàm verus homo est.

Veræ & naturales qualitates humanæ naturæ, *Naturales*  
 fuit hæ: Nasci in tempore, augere, finitum esse, *qualitates*  
 in loco esse, corporis & animi facultatibus orga- *quas veñi*  
 nisque liberè vti. id est, Audire, videre, &c. quæ *uit Filius*  
 sunt corporeæ facultates: & Imaginari, contem- *Dei*  
 plari, meminisse, ratiocinari, scire, velle, nolle, o-  
 disse, &c. quæ sunt animi facultates. Has Christus  
 homo naturales facultates siue affectiones suscepit omnes. Natus est in tempore, corpore adoleuit, in ipso puero animi facultates firmatæ sunt prout corpus adolefcebat, id est vt loquitur Lucas, *Proficiebat sapientia & statura ac gratia apud Deum & apud homines:* vagiit in cunis, matris luit vbera, edit, bibit, amauit suos, excaudit aduersus hostes, eius corpore certis dimensionibus constabat, quum erat Hierosolymis non erat Nazarethi. Hæ omnes qualitates siue corporis siue animi



sunt à natura nobis infitæ, atque adeò eas suscepit Christus, qui se idcirco *Filium hominis* vocat. Hæ verò per se, vt à natura sunt, culpari non possunt.

Infirmi-  
res quas  
nostra cau-  
sa subiit.

Sequuntur infirmitates naturales, & calamitates omnes humano generi inflictæ sunt à Deo tanquam pœnæ peccati. Has quoque suscepit Filius Dei, vt eas vinceret nostra causa. Huiusmodi sunt corpore & animo pati, esurire, lassum esse, frigere, dolere, morbo affligi, mori. Hactenus igitur Christus nobis factus est similis. in huiusmodi qualitatibus nimirum quas tam verè suscepit quàm naturæ humanæ substantiam.

Hoc interest, vt sicuti veram carnem assumpsit sine peccato, ita & naturales omnes affectiones & omnes siue infirmitates siue calamitates sine vlla peccati labe assumpsit, subiit, sustinuit.

Heb. 4. 15.

Verùm ne amplissimi mysterij adyta perire stremus (quum non suo loco illud Hayus ingerit) sic paucis habendum est vt quæ necessitas sunt hæc vsque præfatus, meo tandem iustis accomodem.

Sicuti corpori humano naturaliter competunt vt suis dimensionibus finiatur atque circumscriptatur, ita & animo humano naturaliter competit suo quoque modo finiatur. non enim animi humani substantia est infinita, neque infinitæ sunt illius facultates. In Adamo certè erant libertatissimæ liberrimi animi actiones, sed non infinitum esse, vni Deo necessario conuenit, vt ad creaturas transferri sine summo scelere haudquaquam possit. Christus homo, est creatura proinde neque corpore infinitus est, neque animo: alioqui nõ esset homo. Nõ omnia nouerat in Adamo, vt neque in bonis Angelis qui dicuntur

tur nescire horam illam ultimam. Ecquis igitur sanus existimet, aliquid decedere Maieitati Filij Dei, si dicamus eum Scriptura, illum, quatenus homo est, aliquid ignorasse, quandiu in terris fuit? Ignoravit igitur quædam Christus, filius hominis, secundus Adamus: ea videlicet ratione quæ verus homo veras humanæ naturæ qualitates suscepit. Hactenus dicitur ignorasse diem ultimi iudicij à Patre constitutum, in quo tamen ipse summus iudex sessurus est: neque nihilò magis eius Divinæ Maieitati derogat, quàm quum ipse dicebat se moriturum, se ascendere ad Patrem ut domicilium nobis pararet: & cœlo illum ait contineri Petrus.

Iam verò quum nostras quoque infirmitates subierit, inter quas Ignorantia, obliuio, affectio-num inter se pugnæ numerari debent, hactenus quoque has peccati pœnas Christus subiit, ut ignorantia nostræ, obliuioni, affectionum inter se cruciantur, verum solidumque remedium afferat. Summisit se Christus puer paternis & maternis imperiis, puerili ignorantia & obliuioni eum fuisse obnoxium Lucas testatur, quum ait eum sapientia profecisse: variis alternantibusque affectionibus fuisse colluctatum luculenter concionatur historia sacra, quum & eum inducit Patri supplicatorem, ut poculum mortis auerteret, suam tamen voluntatem Patris voluntati submittentem: quum ante certam huiusmodi augere constrictum fuisse narrat, ut sudor eius tanquam grumi sanguinis in terram demanaret. In ipso autem certamine cum mortis æternæ horrore colluctatum ait, non corporis modò cruciatus sentiendò aut corporis ab animo dissolutionem reformidando sed æternorum suppliciorum pondera-

Luc. 2. 49

qualia in ipsum hominum sponforem & valem infligebat infinitæ Dei Iustitiæ Maieftas, toto animo exhorrefcendo quum clamabat, *Deus meus, cur dereliquisti me*; num acerrimos acerbitatium affectionum cruciatus in intimis animum sui penetralibus verè perſentiebat? Num aduentantis mortis quam noſtro omnium nomine ſubibat, telum peruidens, cum illa totis viribus dimicabat, num vanæ erant & imaginariæ pugnantis Mortalis vitæ curriculum inter varias calamitatum ſpinas emenſus eſt Filius Dei, quibus inauguratus eſt in cunis, pauper, ſine certamine ſede, hominum ſannis & contumeliis expoſitus, in hoſtium ſuorum manus tandem deuenit, in vincula coniectus, Iudicis ſententia condemnatus fuit, ad ſupplicium tractus, ſupplicio multatus, mortuus denique & in ſepulchrum conditus. Hæccine omnia certamina decedent Redemptorem noſtrum? Imo niſi hæc omnia noſtro nomine pertuliſſet, inanis eſſet ſperanza noſtra. Ecceur igitur exiſtimemus ab eius Maieſtate alienum, ſi cum Scriptura dicamus, Chriſtum hominem aliquid ignorariſſe, eamque ignorantiam noſtra eum cauſa pertuliſſe, vt nos ſua ſcientia repleat?

Hanc certè Ignorantiæ infirmitatem Filii Dei noſtra cauſa pertuliſſe qui negat, negat ſalutis noſtræ fundamentum, & neceſſariæ conſolationis fructum auellit, quo fidei noſtræ infirmitas, quantumuis in hac vita adoleuerit, inter benigni noſtri caliginem quotidie indiget. Quid enim nos homunculi de noſtræ cognitionis in rebus Dei perfecti one gloriabimur, quum crebras Dauidis maximi præſtantiffimique viri precatationes audimus, vt intelligentiæ dono magis ac magis

Huius doctrinæ vſus.

gis in dies illustretur. Quum legimus quoque Angelos qui sunt in coelis, nescire aliquid, perfectane rerum cognitione nobis vendicabimus? Huic igitur ignorantiae nostrae praesentissimum remedium habemus in Christo, qui ut homo, quaedam ignoravit: quò nostrarum ignorantiarum misertus, nos regat sancto Spiritu suo, fidemque nostram prouehat, foueat, corroboret, donec plenam salutis nostrae cognitionem in caelo consequamur. Hic nimirum longè suauissimus est huius veritatis fructus & saluberrimus, quem in hac digressionem vel attigisse sufficiat.

Quomodo igitur Calumnus dixerit cum Scriptura Christum aliquid ignorasse, haecenus pro instituto nostro explicatum est satis.

Addenda tamen est necessaria limitatio: Quum enim distinguendae sint naturales facultates ab infirmitatibus naturalibus quae sunt poenae peccati, & illas & has nostra causa susceperit Filius Dei tenendum tamen est, infirmitates naturales illum tandiu subiisse, quandiu suscepta serui forma, redemptionis nostrae obeundae causa in his teris versabatur, antequam cum morte colluctaretur. Ut autem moriendo mortem vicit, ita omnes vitae humanae calamitates quae sunt mortis nuntiae & communia stipendia peccati. Idcirco ait Apostolus, *Scimus Christum excitatum à mortuis, non amplius mori: mortem non amplius ei dominari.* Sic quoque habendum est, dum nostrae salutis oeconomiam promouebat Filius Dei assumpta carne, fuisse tempus quum ignoraret vltimum diem: at nunc in caelos prouectum morte superata, & summa potentia gloria ornatum, non ignorare illum diem: id est, non magis in eum nunc cadere ignorantiam quam mortem. Verum hac de re alias accuratius. Hanc autem quaestionem, *Si anima*

Limitatio  
necessaria  
eiusdem,

Rom. 6. 9.

Christi habuerit sapientiam parem cum Deo, & si amicus  
 que Deus, diligenter tractat Magister sententiarum  
 Lib. III. Distinct. XIII. Atque ad tuam Hayo  
 digressionem hæc satis superque. Verum è dicitur  
 tio tuo regressus, Iesuita, quid ais?

## SCRIPTURÆ TESTIMO

nia ab Hayo oppugnata, à me  
 propugnata.

De Christi dicto, *In vanum me colunt  
 docentes doctrinas, mandata homi-  
 num.. Matthæi xv.*

### HAYVS.

*Nos tonitrua tua non timemus, nam quod  
 Maximino heretico nutuò accepisti, neque  
 toris neque lacertis in nos potuisti vibrare, quod  
 nudam sententiam proposueris. Autor est D. Au-  
 gustinus, Maximinum Arianorum Episcopum  
 ipso disputationis congressu eundem usurpasse  
 cum, quem tu nobis obicis. Tibi valde ardeat  
 Episcopi Arriani fulmen: vere orne & doctrina  
 rianorum tibi non omnino displiceat. Sed mutans  
 ista. Pag. 122.*

### SERRANVS.

Mittamus fanè. sunt enim dementiæ tuæ vitæ  
 lentæ argumenta. At non mea quidem, sed De  
 tonitrua si non modò times, tandem experiere  
 Os impudens hæccine audes oracula Maximino  
 hæretico tribuere, neque sacra Christi & Pauli  
 nomina reuereris? Blasphemam enim hanc tuam  
 conle

Insignis  
 Hayi blas-  
 phemias.

consequutionem ecquis sanus nō detestetur? Maximinus Arianus vsurpauit testimonium Scripturæ. Illud ergo maximino testimonium auctori asserendum est. Perinde ac supra colligebat: Satan aduersus Christum adhibuit testimonium Scripturæ: Ergo perniciosa est Scriptura. Et, Scripturam opposuit Christus Sathanæ. Ergo Sathanæ assensit aut fauit eandem Scripturam adhibenti. Neque te pudet, Iesuiticum prostibulum, his blasphemis nugis chartam commaculare? At nudæ Veritatis brachia & lacertos senties, Dei fulmina in tuum caput euibrantis.

H A Y V S.

*Non existimo te hoc Scripturæ testimonio leges omnes ciuiles velle reiicere, quum scias Scripturam, subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi quasi præcellenti. Pag. 123.*

S E R R A N V S.

Neque vlla causa erat cur existimares. Verùm quorsum hæc noua assensio? Vin' nos Iesuitis subiecti: At si *hominem*, (quo vocabulo vsus est Petrus) vel creaturam, vel rectiùs *ordinationem* vertamus, Iesuitæ in nullo genere censebuntur, & creaturarū humanique maximè generis hostes, & ordinationis legitima. est enim mendacium, quod tuentur, *ad peccatos natos*: & Iesuita, inciuile animal.

H A Y V S.

*Quòd si diligenter, quæ cum illa (quam nobis obuiis) sententia sunt coniuncta perpendisses, facile intellexisses, Dominum Iudeorum impietate.*

tem redarguere, qui quum Dei mandata negligere-  
rent, omne studium vt hominum mandatis obtem-  
perarent, ponebant. Ecclesia autem Christi, pre-  
mas semper Dei mandatis tribuit. Probe enim ve-  
nit scriptum esse, Deo potius quam hominibus ob-  
temperandum. Quod si hominum mandata non re-  
pugnant diuinis preceptis sed ad ea vel illustran-  
da vel conseruanda adiumento esse possunt, ni-  
mius plane erit qui ea iudicauerit aspernanda.  
Nimis es Christi Ecclesie infensus, qui Scripturae  
sententiam, qua Dominus partim vanas, partim  
impias Phariseorum *δωρεπόσεις* refutauit, ad Ec-  
clesie traditiones ab Apostolis acceptas, improba-  
das arripuisti. Pag. 123.

Absurdo-  
rum con-  
geries.

## SERRANVS.

At tu nimium es tuus, qui inanes voces aggre-  
meras, testes vanitatis tuæ. Num solos (vt vis) Iu-  
daeos, vel solas Phariseorum *δωρεπόσεις* Christus  
hac sententia redarguit, an omnes mendacii pe-  
tronos, & omne mendacium? Num in hac locu-  
tione veritatis, Papatum Ecclesie nomine induces? Nu-  
mendacium cum veritate communem habebit  
auctoritatē, vt primæ huic, secundæ illi debeatur.  
Num denique duæ erūt veritates, vna hominum  
altera Dei? In tanto certè disputationis progressu  
non potes nos reuocare ad primordium. Omnino  
Ecclesia Dei pendet ad vnius Sponsi sui voce, ne-  
que audit vocem peregrini. Illius verò interpre-  
tationes siue constitutiones, non repugnant Ver-  
bo Dei, quum totæ innitantur illo, eiusdem ver-  
ritatis propagines. Non duæ voces, sed vna ex-  
demque vox sempiternæ veritatis in Ecclesia sen-  
per personabit, in testimonium & redargutionē  
dum

DE VERA ECCL. AVTORITATE. 295  
dum tu, homo vanissime, veritatis verba in ore  
versans, proprio te ore condemnas.

De testimonio Isaia, *Ad legem & ad  
testimonium. si non dixerint iuxta  
hoc verbum nihil habent lucis.* Isaia  
VIII.

---

HAYVS.

Locum autem Isaia, ex quo alteram illam sen-  
tentiam desumpisti (ne depravatam a te Scriptu-  
ram deprehenderemus) silentio voluisti praterire.  
Sic igitur Propheta. Nunquid nō populus. &c.

---

SERRANVS.

Nugaris in re seria. Ecquis enim hærebit in ce-  
lebrissimi loci notatione? Hæc igitur ad scorias. Triax.  
Tu verò quid de re?

---

HAYVS.

Tibi visum est vertere dictionē Hebraeam אור  
qua Auroram significat, Nihil habens lucis. Sen-  
tentia Isaia orationis hæc est: Si homines impii ti-  
bi persuadere voluerint qui magicarum artium  
disciplinis, hominibus imperitis illudunt, illorum  
impiam orationem detestamini, sic dicentes: Nun-  
quid populus à Deo requiret visionem à vivis pro-  
mortuis, id est, Num populus (qui in Dei tutela  
est) Deum in rebus afflictis non consulat: sed mor-  
tuos pro viventium incolumitate venerabitur? Ad  
Legem magis & ad testimonium, id est, hæc cura  
est nobis præcipua, ut legem illius & testimonium  
c. iiij.



consultamus. In lege autem scriptum est: Nec inu-  
niatur in te qui Ariolos sciscitetur &c. Quod si  
non dixerint iuxta Verbum hoc, non erit ei matu-  
tina lux, id est, qui hac sententia, Ad legem magis  
& ad testimoniū, non repulerint importunitate im-  
piorū eis persuadentium, ut in rebus incertis con-  
sulant quos demonis spiritus incitat, magnam da-  
bunt suæ cecitatis argumentum in tenebris eum  
versantur, nec matutina lux illis exoritur, qui se  
tanta impietatis societate contaminant. Pag. 116.

## SERRANVS.

Quum alienum sit à more institutōque Iesū-  
rum, tractare Scripturam, non est mirum dum  
Scripturam tractat Hayus, non modo pipire, vt  
pulli solent, (quemadmodum de ariolis hic ait  
Propheta) sed se magis ac magis intricare, obli-  
ris vera sic inuoluentem vt sibi planè aduersa  
tur. Quod ex vera germanaque loci huius senten-  
tiā constabit.

Germana  
sententia  
huius lo-  
ci.

Imminebat internecina calamitas Israël, que  
in Iudæam quoque, sine eius excidio tamen, erit  
exundatura. Hanc denuntiabat Propheta in pro-  
phigatarum apostatarū capita iam iam occasuram  
illi verò (vt impij solent dum premuntur rebus  
aduersis) ad noxias artes aduolabant, quibus ven-  
turum malum auerterent, id est ab ariolis rerum  
euentum remediūque mali expiscarentur, reli-  
cto Verbo Dei. Quum hæ intemperies in populo  
Dei longè latèque grassarentur, & pauci essent  
pii inter tam numerosos impiorum greges, excla-  
mat Propheta se cum discipulis suis tanquam  
prodigia quædam mirabiliter conseruari. Fidem  
igitur aduersus prophanas illas opiniones confir-  
mat, vt Dei autoritate fulti persistent contra om-  
nia

nem impietatem, nefariósque superstitionum ritus detestentur. Duas autem dehortationis illius suas causas affert. Prima, periniquum esse & a ratione penitus alienum, ut populus Deo sacer, relicto Deo suo, mendaces spiritus consulat? Altera perabsurdum esse, Necyomantiæ terramentis homines permoueri, aut viuos à mortuis auxiliū expectare. Vtrāque verò rationem sequenti versiculo amplificat & illustrat. Summam nimirum esse insaniam, alibi querere voluntatem Dei quam in Verbo suo, in quo se Deus hominibus patefecit: ac proinde illos miserè cæcutire, qui extra Dei Verbum euagantur: eoque magis cæcitatem suam prodere, quòd velint aliunde sapere quam ex Verbo Dei, sola & perpetua veritatis regula.

Planam genuinamque hanc esse Prophetæ sententiam, iudicabunt eruditi: & inde animaduerent, quam rectè laudatum à me fuerit hoc illius testimonium ad meum institutum. Quid enim dici potuit aut *επιφανιώτερον* aut illustrius ad Verbum Dei scriptum commendandum, & ad Traditionum non-scriptarum vanitatem traducendam atque refutandam? Est enim summa, Non esse sapiendum nisi ex Verbo Dei, id est à Legge & Prophetis: ac proinde illos prorsus desipere, qui aliunde velint sapere. Legem autem idcirco testimonium vocari perspicuum est, quòd non modo Lex à Mose fuerit scripta, sed quoniam accesserint Prophetæ illius interpretes: qui suas quoque explicationes literis commendarunt. Eos itaque qui authenticæ illius Scripturæ autoritatem auspiciūque neglexerint, cæcos crassa ignorantia caligine ait euagari Prophetæ.

Quid verò nouus interpres meus? Rem videlicet alienam tractans, & ab aliis commodè explicatam incommodè implicans atque inuolués,

Illius ac-  
commoda-  
tio.

Præpos-  
ta eiuſdē  
interpre-  
tatio ab  
Hayo in-  
iecta.

ſe ſuo quoque gladio confodit. Si enim impo-  
tuni ſunt illi atque impij, ſi in tenebris verſantur  
qui Legem & teſtimonium relinquunt, ſi dæmo-  
nis ſpiritu incitantur qui docent inuocandos ef-  
ſe mortuos: qua fronte negare poteſ, Ieſuita, re-  
tuofque, & cæcos eſſe & dæmonis ſpiritu incita-  
ri: quippe qui extra Legem & teſtimonium ſta-  
bilitis Verbum aliud non-scriptum, & ex illo  
Verbo non-scripto inducitis inuocationem mor-  
tuorum? Ciborum & matrimonij ſinterdictum da-  
moniorum doctrinam diſertè vocat Apoſtolus.  
Hocce non præſcribit Verbum illud non-ſcri-  
ptum? Te igitur pipire, tuifque tricis inuolui, nõ  
ientis, erudite interpreſ, quantum uis thraſonice  
exultantem? Rides quod genus illud dicendi, Non  
erit illi aurora ſive matutina lux, verterim, Nihil habet  
lucis. Atqui geminam hæc eſſe verborum illorum  
explicationem, doctiſſimi interpreteſ annotarūt:  
vt ſit ſententia, Nulla eſt illis lucis ſcintilla, in te-  
nebris oberrant: non illis conſtat ratio, ſed in-  
certæ opinionis caligine obuoluuntur. *Auro-*  
*ram* nimirum luculento dicendi genere, certam  
lucem appellat, quæ magis ac magis prouehatur,  
& tatiùs præluceat viatoribus. Hæc igitur ad  
tuum *Ἐπιλόγημα*.

### HAYVS.

*Animaduertiſne, ὡς ὁ Ἰſραηλιτῆς, fulmen tuum  
nihil nobis obeſſe? Vult Iſaias importunitatem eo-  
rum qui perſuadere nituntur Dæmonum inuoca-  
tionem, oratione illa, Nunquid non populus &c.  
eſſe expimendum. Conclude ex hac Propheta o-  
ratione, ſi poteſ, Traditioneſ non ſcriptaſ eſſe im-  
probandaſ: & ſiquiſ perſuadere conaretur epiſto-  
lam ad Hebræoſ non eſſe in canonicis libris nume-  
rari.*

S E R R A N V S.

Animaduertunt pij & eruditi, te *subleuante*  
Hay toto cœlo aberrare, vt fulmine perculsum:  
qui nescias quid dicas, importunitatem tuam ir-  
rito aduersus perspicuam veritatem conatu pro-  
dens: neque luculentæ conclusionis iubar in di-  
ferris Prophetæ verbis perspicuens. Ecquis verò  
non videt veritatis huius lucem, quam Spiritus  
sanctus humanis traditionibus opponit, hunc in  
modum?

Propheta eos appellat cæcos, qui Lege Dei ne-  
glecta ad hominum commenta confugiunt.

Atqui Legem Mosis ministerio mandatam es-  
se literis constat, ideòque testimonium vocatur  
à Propheta.

Illi igitur sunt cæci, qui neglecta Dei lege, nõ-  
scriptis hominum traditionibus inhærent: atque  
ex vi consequentis, humanæ traditiones sunt re-  
pudiandæ, quippe quæ destitutæ sunt luce Verbi  
Dei.

Quod autem de epistolæ ad Hebræos autorita-  
te garris, est insanix tuæ nouum argumentum:  
quum illa se piis animis satis commendet certissi-  
ma luce veritatis, digna Maiestate Spiritus san-  
cti. Itaque aduersus Iesuitarum, cæterorūque  
atheorum commenta certò persuasum habeo, e-  
pistolæ illius autorem esse Spiritum sanctum: scri-  
bam verò, Apostolum.

De loco Apostoli i. Corinth. 4.6. *Vt di-  
scatis in nobis, supra id quod scriptum  
est non sapere.*

Argumen-  
tū ex hoc  
Isaia testi-  
monio na-  
scens.

Epistolæ  
ad Hebr.  
autoritas.

## H A Y V S.

Parum prudenter (ne quid grauius dicam) hinc nobis, Minister, Apostoli sententiam obiciis. autem, Hanc autem fratres transfigurauimus in me & Apollo propter vos, ut in nobis discatis &c. Tuus Calvinus impudentiam tuam corriguit. sententiam Apostoli sic exprimens: Supra id quod scriptum est, bifariam potest exprimi vel ut ad Pauli scripta, vel ut ad Scripturam testimonium, quæ adduxit, referatur: sed quia parum est in hac re momenti, liberum sit lectoribus eligere utrum uolent. Caterum quoniam Caluini commenta nihil faciamus, ascribam locum huius ex Theophylacti commentariis explanationem. Quæ dicta superius de Corinthiorum dissensionibus sunt, & præcipuè qui cæteros iudicarent ideo protulimus, ut ex nostræ personæ figura, nihil ultra quàm quod scriptum est sapere perdiscamus. Edisserit enim in hunc modum Scriptura, & superbiam interdicit. Qui prior esse inter uos mauult, sit hic omnium ultimus, &c. & alia huiusmodi multa.

Pag. 124.

## S E R R A N V S.

Cedò igitur, Iesuitarum omnium siue prudentissime siue pudèrissime, ut me & Caluini & Theophylacti uerbis reum peragas, ipsa Apostoli uerba ex uniuersa eius sententia consideremus. Ut

IN NOBIS DISCATIS SUPRA ID QUOD SCRIPTUM EST, NON SAPERE.

Hoc sempiternæ ueritatis oraculum siue axioma

ma subternit Apostolus, vt significet, Verbū Dei esse regulam salutaris doctrinæ, vitæ que ad eam re-  
 ctè constituendæ. Hoc autem sic accommodat in-  
 stituto suo, vt ambitionem cæcūque sui amo-  
 rem è Corinthiorum animis euellat, radicem ni-  
 mirum causamque dissensionum omnium quæ in  
 illorum Ecclesia grassabantur. Quasi dicat, Osten-  
 di ex Verbo Dei solidam gloriam deberi Deo,  
 nullam homini: quippe qui è corrupta sua natura,  
 non capit ea quæ sunt Dei, imo planè aduersatur  
 suæ salutis. docui quoque, nihil vobis propriè Co-  
 rinthiis causæ esse cur aliquid vobis arrogetis.  
 Vt hoc demonstrarem, complura attuli Scripturæ  
 testimonia, quæ exemplorum in me collegisque  
 meis sumptorum appositione illustravi. Ita igitur  
 habetote, Corinthij, Eum planè desipere qui con-  
 tra Scripturæ interdictum inflatur vana ambitio-  
 ne cæcōque amore sui. Morbi igitur causam a-  
 perit Apostolus. Vnde enim foedæ dissidiorum la-  
 bes inuadunt genus humanum, nisi quòd maxi-  
 ma hominum pars intra cæcellos sibi præscriptos  
 à Verbo Dei sese non contineat? Certè Scriptura  
 docet naturam nostram planè esse deprauatam:  
 nihil nos habere quod non acceperimus, ac pro-  
 inde nihil esse causæ cur gloriemur. Harum ad-  
 monitionum plena est Scriptura: vt nullum præ-  
 sentius ambitionis veneno amuletum opponi  
 possit, quàm nos ita cōparare vt seridè discamus  
 non sapere supra id quod scriptum est. id est di-  
 scamus in Verbo Dei nos nihil esse quàm mise-  
 ros peccatores, vt nullum superbiendi locum  
 nobis relictum esse intelligamus. Hanc veram  
 geminamque esse loci huius expositionem, ex ip-  
 sius lectione perspicuum est: vt sit ratum axio-  
 ma, Scripturam esse regulā nostræ vitæ: ac proin-  
 de qui præter illius præscriptum sapere velit,

Vera hu-  
 ius loci  
 sententia.

longe latèque hallucinetur. Hoccine non est  
Scripturam commendare? Quod quum ita lo-  
écquis sobrius dixerit, me hoc testimonium per-  
peram attulisse vt Scripturæ certitudinem huma-  
nis traditionibus opponerem?

AT NEQUE Caluini neque Theophylacti in-  
terpretatio huic veritati aduersatur. Caluinus  
nim sic illa verba, QVOD SCRIPTVM EST, in-  
terpretatur, vt vel ad Pauli scripta, vel ad Scrip-  
turæ testimonia reuocet. Dubitâne, magne Theo-  
loge, Pauli scripta in Scripturis esse annu-  
da: & Scripturæ testimonia esse Scripturam?  
Theophylactus disertè nos reuocat ad Scrip-  
turam, in qua multa extant præcepta ad superbiam  
perdomandam. Multa Apostolus laudat, carere  
multa nos vult è Scriptura petere. Ecquis huius  
non vider hoc præclarum Scripturæ encomium  
ad humanarum traditionum Scripturæ encomium  
tro repugnantium vanitatem demonstrandam  
etè fuisse à me laudatum? vt sit summa, Præter Scrip-  
turam sapere, est desipere: atque adeo Traditio-  
nes non-scriptas, humani ingenij commenta, esse  
exitiosas insanias.

De loco ad Colossæos, *Quæ rationem  
quidem habent sapientia in cultu  
voluntario &c.*

## HAYVS.

Iam venio ad voluntarios cultus, quos tu  
des, Minister. Inter nos vocem ἰδωδὲν προκείναι  
perstitutionem significare conuenit. nam Caluini-  
nus ita latine reddidit, Quæ speciem quidem  
habent in superstitione. Quod voluntario  
cultus tanquam primarium non-scripti Ver-

bi scetum irrideas, tuo more facis, qui quod tuo palato non sapit, tanquam cum Scripturis pugnans, repudiandum indicas. *Si Davidis Psalmos diligenter non dicam didicisses, sed lectitasses aliquando, non tam liberè voluntarios cultus reiecisses, quum in illis hæc tibi vel non quærenti occurrissent, Voluntariè sacrificabo tibi.*

Pag. 125.

SERRANVS.

HAYI argumentum est: Testatur David se voluntariè sacrificaturum. Ergo Minister perpetuam repudiat volutarios cultus in Ecclesia, quasi fomites superstitionis.

Respondeo primùm: Non me, sed Apostolum, ab Hayo oppugnari. Illius enim hæc sunt disertissima verba. Quid enim est εὐδελοδορσικεία nisi voluntarius cultus? Locus est illustris. Apostolus nimis Christianismi corruptelis graphicè præterentatis, ait supersticiosos homines multa præterere, ut cum ratione insanire videantur. Illa quidem omnia è mandatis doctrinisque hominum præscripta, rationem habere sapientiæ ἐν εὐδελοδορσικείᾳ καὶ παπεινοφροσυνῇ. id est, IN CVLTV VOLVNTARIO, quum tota sint corporea, & in cibi & potus sue abstinentia versentur, in quibus non est situm regnū Dei. Hoc cunctis Apostoli expressa, Hay, negabis?

Secundò, argumentum est ab homonymia, leuitico quidè iudicio validissimum: at bonorum & eruditorum virorum sententiis, platurè ruinofum. Damnat Apostolus voluntarios cultus religionis specie institutos. Testatur Propheta se voluntariè Domino sacrificasse. Num Apostolus

Quid sit εὐδελοδορσικεία siue voluntarius cultus, Apostolo.

Colof. 2. 23



Prophetæ aduersabitur? Perpendendum igitur  
 rat utriusque consilium, ut de varia vocabuli  
 tione constaret. Apostolo institutum est euer-  
 tere humanas traditiones, quarum animam vlti-  
 que primariam notat, Voluntarium cultum, *ἑθελό-  
 θρησκείαν*. Nominis notatio manifesta est. Colendi  
 enim Dei ratio hominum arbitrio & voluntate  
 instituta, *ἑθελόθρησκεία* est. quæ vox superstitionem  
 significat è communi Græcæ linguæ usu, quum  
 delictet remanserit in hominum ethnicorum an-  
 tis hæc scintilla primigeniæ veritatis, Diuinum  
 obsequium. id est religionem; diuinæ voluntatis  
 imperio definiri, quemadmodum copiosè dem-  
 strat Plato: & lucis illius naturalis lex est in le-  
 gibus duodecim tabularum? Nemo priuatim  
 beffit Deos. Cultus igitur religiosos hominum  
 voluntate institutos, veræ religionis corrup-  
 tas esse viri etiam ethnici existimarunt, & vana  
 illa commenta superstitionum, *ἑθελόθρησκείαν* ap-  
 pellarunt, appposito vocabulo, ut errorum  
 tem demonstrarent. Damnat ita Apostolus hu-  
 manas traditiones eo maximè nomine, quod  
 voluntate & arbitrio homines instituant ritus  
 religionum, neque velint sapere è Dei voluntate  
 quam in verbo suo expressam esse nemo dubi-  
 tare debet, qui animi sui sententiam verbis suis  
 uit exprimi. Hæc igitur Apostolus. De Prophetæ  
 iam videamus.

Testatur Prophetæ se voluntariè sacrificatū  
 Domino: itane ut Deum colat è voluntate sua  
 non ex Dei voluntate? Prophetæ non melior  
 terpres esse potest quàm ipsemet Prophetæ. Sc-  
 enim seipsum alibi Prophetæ exponit: *Ἔγὼ  
 voluntatem tuam, Deus mi, volui: & Lex tua in medi-  
 scerum meorum est: & Doce me facere voluntatem tuam  
 quia tu es Deus meus: &c.* ut infinita huiusmodi res-

In Euty-  
 phronc.

Psal. 40.

monia commemorem. quid enim attinet in re minimè dubia adhibere probationes non necessarias? De voluntariis autem cultibus, idem sæpe concionatur: *Sacrificium & oblationem noluisti. & Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: at hoc locustum non vis.* His autem verbis David detestatur vel cultus religionum institutos arbitrio & voluntate hominum, vel ita constitutos à Deo, ut in externa illorum obseruatione salutis suæ summam homines imaginentur: sicuti faciunt hypocritæ quos Prophetæ grauissimè increpant. Vnicum altare vnicòque illi altari locum Dominus olim destinauerat, omnes omnium sacrificiorum ritus singulatim præscripserat, nequis mortalium, per speciem piæ & religiosæ mentis, in Dei obsequium vel minimum auderet committere. Voluntarios igitur hominum cultus ab Apostolo damnatos, & à lege omnibusque Prophetis tam disertè veritos, num probaret David? *Apage monstrosum glossema Iesuitarum.* Hæc igitur vera germanaque sententia est verborum illorum, *Voluntariè sacrificabo Domino, Libera voluntate non coacta obtemperabo Deo, iis ritibus quos ipse instituit, & voluntate per ipsius voluntatem sic erudita, vt memet ipsius obsequio toto consecrem.* Omnino vident sobrij, Apostolo cum Propheta præclarè conuenire: cum Hayo non item, quum veritatem Hayus duplici strophæ conetur circumuenire: Vocis nimirum ambiguo, & rei ipsius ignoratione, nam *Voluntarius cultus* Apostolo est supersticiosum commentum voluntate seu libidine hominum institutum: at *voluntariè sacrificare*, Prophetæ est, libero animo & conscientia erudita Deum colere. Voluntates autem illæ hominum, superstitionum matrices, tantùm absunt à dei voluntate in Verbo suo re-

Quid sit  
voluntariè  
sacrificare  
Domino.  
Pial. 52.

Deute. 32.

66

66

66

66

relata, quantum abest mendacium à veritate, & liberali à Christo. Extat tantum idolum siue abortus veritatis, coturno & nomine veritatis hominibus dolose illudens.

## HAYVS.

Disce à Rabbis vestris significationem vocis נָדַב, actuum nobis obiciens Verbi non scripti tuis. Quod si voluntarios omnes cultus Scripturae condemnari, explica nobis quod à Mose scriptum est. Corrige oro Mosén, quem audis precipientem voluntariam victimam offerri, immaculatam esse Deo acceptabilis. In versu 20. cap. 3. ad Colosiam non inuenies Mandata & doctrinas hominum nullius esse pretij, ut tu existimas. Profer Scripturæ verba & tibi respondebimus. Conaris Catholicorum pro Traditionibus non-scriptis argumenta dissolvere breui responsione, quam Scripturæ testimonio non confirmas quod nobis moueret ad imitationem, si institutum tuum aliunde exploratum haberemus. Pag. 125.

## SERRANVS.

Didici à doctissimis præceptorib. à quibus perfectè & infeliciter defecisti, veram propriamque significationem vocis נָדַב quæ significat *sponte aliquando* *elargiri aut offerre.* Inde נָדַבָה qua vtitur Propheta *est voluntas siue liberalitas:* & aduerbiū נָדַבָה *libenter* *ultra, liberaliter.* Verum quid ad rem, de qua ego iam dixi? Testatur David se voluntariè, sponse, vltro Domino sacrificasse. Num idcirco Verbi vltro non-scripti abortus probat, id est voluntariè hominum sine voluntate Dei in Verbo expressi cultus

Voluntaria oblationes, & voluntaria vota siue sacrificia sub Lege

cultus? Nam quod Moſem mihi opponis, eo fa-  
eis vt pergas mendacij vanitatem tuo pte iudicio  
prodere. Erant voluntariæ oblationes ſiue libera  
vota in Lege, quæ נדרות vocantur, quum nimirũ  
quis vel in periculo vel in magnæ rei deſiderio  
Deum inuocans, votum ei aliquod nuncupabit.

De his extat Lex, *Facies ſcanti vouiſti Domino Deo tuo  
liberaliter, & ſicuti loquutus es ore tuo.* At quàm latum  
eſt diſcrimen inter hæc vota, & hominum volun-  
tarios cultus? Neque enim in liberis illis votis  
nuncupandis, vel in doctrina vel in ritibus, quic-  
quam immutare, addere, vel detrabere fas vnquã  
fuit cuiquam ſub Lege. At voluntarij omnes hi  
cultus quales cæca ſuperſtitio cõminuſcitur,  
extra Dei Verbum ſic euagantur vt Non-scripti  
Verbi appellationem illorum autores compositõ  
affectarint, ne quicquam cum Verbo ſcripto cõ-  
mune illos habere, ab omnibus intelligeretur.

Huiusmodi erant Phariſæorum cultus voluntarij  
quos Chriſtus reprehendit. Liberorum votorum  
caput & firmamentum erat, Verbum Dei: ſicuti te  
ſtat David, *Iuravi & præſtabo, nempe, cuſtodire iudicia  
iſtitia tua. Voluntaria [נדרות] oris mei grata habe que-  
ſo Domine, & iudicia tua doce me.* Sic enim legitima  
vota definiuntur, Vt id ritè voueri & nuncupari  
intelligamus, quæ Deo placere cognouerimus.  
quũ enim obediẽtia potior ſit omnibus ſacrificiis  
nihil certè magis importunum eſſe poteſt, quàm  
mortalem audere pro arbitrio ſuo obſequium  
Deo affingere. Ita rectè Apoſtolus illum Dei cul-  
tum rationalem legitimũque definit, qui ſit ac-  
ceptus Deo. Quid enim ſiquis filium filiamve, ca-  
nem imputũque aliquod animal à Lege vetitũ,  
vouiſſet Deo: num ratũ fuiſſet huiusmodi vo-  
tum? Quo tamen voluntariorum cultuum gene-  
re hypocrita ſæpe ludebant cum Deo, vt ex ſeria cultus à

Deu. 23. 23

Rom. 13.

Voluntarij  
cultus à

Deo man  
dati.  
Hamos 4.  
5.

Prophetæ reprehensione apparet, illorum magis acriter detestantis. *Venite in Bethel, & in Gagal, &c. indicite oblationes voluntarias, proclamantes quia sic vultis filij Israel, dixit Dominus.* Omnes enim illi cultus, ut ut deflecterent à Dei Verbo hoc tamen colore maximè fucabantur, quòd tantus esset colendi Dei ardor in hominibus à quibus instituti erant, ut sponte sua plus præstarent quàm tenerentur, perfectiorèmq; quandò Dei colendi rationem persequerentur, non contenti Legem impleuisse, à qua etiam splendidi vocabula mutuabantur. Commodò igitur expressis anxietatem Paulus repræsentavit, *Εθελον καλεισθαι* appellans totum illud diuini cultus pro hominum arbitrato instituti genus. sic enim necessarium commentitiorum rituum fontem, Hominum voluntatem sine Dei voluntate temerè vagantem, & vanos hominum prætextus, è Verbo quidem Dei voluntarias illas oblationes mutuantium, non est expressa imago Papatus? quorsum etiam opera SUPEREROGATIONIS, quorsum infirmorum Monachorum factiones, summa humilitate corporis neglectione sanctitatis famos vendicantes apud vulgus: quorsum denique Iesuiticorum omnium superstitionum colluies & sententiarum quo etiam nomine famam exquisitæ sanctitatis vendans, nisi ut voluntarios hos cultus, humanarum traditionum foetus, veræ religionis vomicas, & pestem intelligamus? Abi igitur, Hay, cur tuis Homonymiis, & scito veritatem tuis soporatis illudi non posse.

Opera su  
pereroga-  
tionis.

Notat porrò Apostolus disertè se agere de traditionibus humanis, quas vocat *ἡγδοται, ἀνθρώπων* *ματα, διδασκαλίας* hominum. At in clausula dilige

tationis ait, vt vt habeant speciem sapientix, non tamen esse ἐν τιμῇ πνι, id est nullius esse pretij, quum in rebus corporeis totæ sint, & ipso vsu perirent. Hæccine enim non sunt disertæ Scripturæ verba? ὅτι πάντα εἰς φθορὰν τῆς σαρκὸς αἰετ. Tuas igitur res agis, nugator, qui Scripturam videndo nõ vides, & in ineptulis tuis gerris captas tuo more effugia.

Colo. 2. 23

HAYVS.

Si Traditionis nomine ipsam doctrinam in Scripturis intelligi docuero, manus dabis, ni fallor. Atque vt à Caluino ordiar, cuius interpretacionem non negabis, accipe quid nomine Traditionum sue institutionum (vt ipse loquitur) intelligat. Locos quosdam è Caluino exscribit Hayus: & Caue, inquit, ne his fulminibus tactus, in cinerem conuertaris. Pag. 125. & 126.

SERRANVS.

Tu verò mihi oculos tuos dabis, si præscriptis verbis docuerote Andabatarum in morem dimicare in tenebris. Hæccine enim verba non sunt mea? Traditionis vocabulo in Apostolorum scriptis intelligitur vel doctrinæ applicatio ἢ ὁρδοτομία, vel rituum ἢ disciplina constitutio. Tu igitur dementiæ temeritatem agnosce. Vfus sum vocabulo Apostolico. Quæro à te, Hay, quidnam est Apostolo, Ὁρδοτομεῖν τὸν λόγον; Nõne Verbum Dei sic exponere vt illud pro rerum, personarum, temporumque circumstantiis accommodetur? Illane accommodatio Verbi Dei, est doctrina veritatis, necne? Perinde enim est ac si dicas, conclusionem argumen-

Cæca Hayi reprehensio.

Traditionis nomē quomodo accipiat

ti nouum quoddam doctrinæ genus complecti  
quàm ipsum argumentum. Dixi igitur Traditionis  
vocabulo doctrinam significari, quemadmo-  
dum rectè Calvinus annotauit: & dixi etiam au-  
tentiùs, Doctrinam nimirum generalem proprie-  
tati & explicatione illustrari. Sic Paulus vocat  
Coenæ institutionem, Traditionem. Sic Lucas  
Traditionem Apostolorum appellat explicatio-  
nem doctrinæ de libertate Christiana factam in  
Synodo Hierosolymitana. Est antiquissimum man-  
datum de charitate infirmioribus præstanda. He-  
braeus mandati luculentior fuit explicatio, Apo-  
stolorum traditis de assumendis fratribus qui Chris-  
tiani nomen darent, è Gentibus in Ecclesiam coopu-  
latis. Hæc satis sunt exempla ut probetur Traditi-  
onis nomine doctrinam, eiusque explicationem  
intelligi. Dicebam quoque, Rituum & disci-  
plinæ constitutionem Traditionis appellatione si-  
gnificari. Est sempiternum axioma, *Omnia deo  
& ordine fieri debere in Ecclesia*: quod variis tempo-  
rum, rerum, personarumque circumstantiis ad-  
comodari debet. E malis moribus bonas leges  
nasci perspicuum est: è variis quoque moribus Ec-  
clesiæ varias leges, ut remedia emendandæ Ec-  
clesiæ, constitui qui nouit, hæc quoque Ecclesiæ  
rectè gubernandæ instituta, Traditiones appellari  
intelliget. At exemplorum appositione res  
illustrior. In Coenæ celebratione, & fidelium ma-  
naxi solebant agitari cõuiuia, Apostolorum ma-  
dato, quæ Agapæ vocabantur. His quoniam Cor-  
inthij abutebantur, ea sustulit Apostolus. Mulie-  
res velari idem instituit in Ecclesia Corinthiaca  
propter opulentæ urbis intemperiem & luxum  
Aperto capite docebant & precabantur in Ec-  
clesia, Ecclesiæ pastores. quia tunc apertum caput  
eas

erat inſigne autoritatis. Hæ traditiones erant Apoſtolica, quæ nullo rei incommodo fuerunt commutata. Quidnam igitur TRADITIONIS nomine in Scriptura intelligatur, erudito Lectori probatam fuiſſe arbitror, neque ne Jeſuiticis fulminibus per quæ Thraſonicè mihi minatur ſeſſita, in cinerem me conuertendum reor. Non me Hayana terrent fulmina.

Itaque ab illo metu liber edicam Hayo: Inepta hæc eſt tua, Hay, conſequutio. Traditio eſt Apoſtolica. Ergo non-ſcripti Verbi autoritas aduerſus Scripturæ autoritatem inualeſcit. Non eſt ita. Primum enim omnium definiendū eſt quidnā ſit Traditio Apoſtolica, ne illius nomine, voluntarios illos Pontificiæ ſuperſtitionis cultus veſtro more intrudatis. Traditionem Apoſtolicam & ſcriptam & non-ſcriptam extiſſe dicimus. Traditionis enim vocabulo ipſa aliquando doctrina ſimpliciter intelligitur ſiue doctrinæ applicatio, aliquando diſciplinæ conſtitutio, quæ pro variis circumſtantiis fuit multiplex, neque ſemper ab Apoſtolis ſcripta fuit quæcunque tamen fuit, Apoſtolorum doctrinæ ſemper innixa eſt vt firmamento ſuo. Huic traditioni Apoſtolica, quam amplectitur, opponitur humana Traditio, quam deteſtamur.

Vt igitur Homonymiæ tuæ laqueos expediamus, vocis homonymæ varia ſignificatio triplici differentia diſtinguenda eſt. Quædam enim Traditiones ſunt verè Apoſtolica, Scripturis innixæ, quas vt Scripturam ipſam, approbamus. Alię ſunt humanæ, toto genere ab Apoſtolicis diſſidentes, & ad aliam categoriam reuocandæ, quippe quæ ex diametro repugnant Verbo Dei ſcripto, & Verbi non ſcripti noua categoria continetur: cuiuſmodi ſunt vetera & noua decreta Antichriſti Ro-

Inſignis præuaricatio Hayi nomine Traditio-nis abutē-tis.

Leges quibus definiē-dns eſt Traditio-nem vſus.



mani, solo Ecclesiæ nomine speciosa. Hoc traditionum humanarum genus toto pectore execrimur. Sunt & nonnullæ Traditiones, quas ideo Medias appellamus, quòd in Scripturis quidem definitè non continentur, Scripturarum tamen auctoritati fulciuntur, generali nimirum Ordinis firmamento: quales sunt ex quæ variè in Ecclesiis constituuntur ad ordinem disciplinæ Ecclesiasticæ utiliter describendum, ne cuilibet quidlibet liceat, sed omnes communi quodam legis vinculo contineantur. Hæc quidem pro variis nationum, rerum, temporumque circumstantiis sunt variæ & in se indifferentes: hæc tamen vt in Ecclesia in qua sunt constitutæ, sanctè debeant obseruari, tribus adhibitis cautionibus.

Primum enim videndum est ne quasi Dei cultus & peculiaris sanctimonia obtrudantur, paucum Scriptura auctoritate: quum hæc sola sit regula & fidei & vitæ rectè constituendæ: illæ verò ex huius scaturigine ita deductæ, vt riuuli ad agrum Domini irrigandum, ac proinde hæc tamen obseruandæ quòd faciunt ad ordinem conseruandum, ciuilemque Ecclesiæ commoditatem, & sacrarum actionum decorum.

Deinde, prouidendum est ne sic ponantur huiusmodi Ecclesiasticæ disciplinæ decreta, vt per se & prorsus necessaria, quin pro tempore mutari non possint, quemadmodum Ecclesia æquum commodumque esse iudicari ad sui ædificationem. Seruetur Ecclesiæ suum ius in his rebus mediis, ex regula: Quod credentium ædificationi expedierit, licet: ne his vt planè necessariis ligati conscientiæ arbitrentur.

Denique, elaborandum est vt sobrius sit definitusque illarum traditionum vsus, ne nimis ceremoniis diuini cultus, vt fit, simplicitas deturpetur.

tur, & immenso variarum obseruationum onere conscientiæ grauentur. quod non modo à Iudæorum Phariseis, sed à bonis olim Patribus nihil tale cogitantibus, sæpe euenit in Ecclesia: à quorum iudicio ad Scripturam prouocandū est, cuius suprema est in omnes homines autoritas. Hæc Hayi fulminibus oppono, ne simplicioribus imponant: quasi omnes traditiones sint vel repudiandæ vel approbandæ, quum in diiudicandis traditionum discriminibus magna cautio sit adhibenda.

ANTIQUITATIS TESTIMONIA ab Hayo vellicata, à me defensa.

De loco Chrysostomi, *Traditio est. nihil queras amplius.* Homil. 4. in 2. caput 2. ad Thessal. epist.

HAYVS.

Non grauabor autem Christiani nostri Periclis aurea verba (quibus Apostolum explicat) ascribe re, que tu præclaro sanè cauillo eludere cogitasti. Describit locum, & alterum Athanasij in eadem sententiam. Pag. 126.

SERRANVS.

Quum Chrysostomus Apostolum explicet, si ne vlla controuersia loquitur de traditionibus Apostolicis, quas omnes literis mandatas fuisse nemo nostrum dixit vnquam? Hic autem de doctrina agere Apostolum tu ipse fateris, & verba illa ostendunt, *Τὰς ἀποστολικὰς ἐδιδάχθητε εἴτε* Cardo  
quæstio-  
nis, vt o-  
stendatur  
esse tradi-  
tiones A-  
postolicæ.

διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν. Quum & viuae vocis  
& epistolæ disertè meminerit, omnino iugulū pe-  
tit Verbi vestri nō-scripti. Quū enim scriptæ sint  
Pauli epistolæ, & vocis cum scripto consensus lu-  
culenter ostendatur, planè euertit eas traditio-  
nes quæ Scripturæ repugnant, nouo quodam ge-  
nere non-scripti Verbi veritatem oppugnantes.  
Præterea, docet nullas traditiones vt Apostoli-  
cas, esse recipiendas, quæ Apostolicæ doctrinæ  
non innitantur.

Profer igitur, Hay, Apostolicas traditiones, eadē  
que ex Apostolica doctrina asserere Apostolicas.  
Eas ambabus vlnis profectò amplectemur. Ec-  
quid verò his cum vestris commune est, quas ne-  
gatis in Verbo scripto, id est Apostolica doctrinā  
contineri, ne Apostolicæ existimentur?

## DE LOCO TERTVLII

*Ergo quæramus an & traditio non-  
scripta non debeat recipi. &c. In lib. de  
corona Militis.*

### HAYVS.

*Audi quid dicat Tertullianus. &c. His verbis  
Ecclesie traditiones luculenter probat auctoritas  
antiquissimus, consuetudinis patrociniū munitur.  
Tertulliano, si sapias, non petes in posterum contra  
traditiones non-scriptas patrociniū. Pag. 127.*

### SERRANVS.

*Audio: & intelligo ex illius verbis, te non fa-  
pere. nam si sapieres, perspicuè animaduertisses  
Tertullianum omnium traditionum illarum quas  
è peccat*

è penu Verbi non-scripti hauritis, vanitatem  
 prodere. loquitur enim de huiusmodi traditio-  
 ne, cuius ratio reddi potest ex Scriptura: ac pro-  
 inde quæ Scripturæ vt suo fundamento innititur:  
 quam veram esse traditionum Apostolicarum no-  
 tam esse diximus. De his traditionibus agere Ter-  
 tullianum, hæc verba ostendunt: Hanc observatio-  
 nem si nulla Scriptura determinavit, certè consue-  
 tudo corroboravit, quæ sine dubio de traditione  
 manavit. quomodo enim vsurpari quid potest, si  
 traditum prius non est? Er, Si legem nusquam  
 reperio, sequitur vt traditio consuetudini morem  
 hunc dederit, habiturum quandoque Apostoli au-  
 toritatem ex interpretatione rationis. Er, Nec  
 autorem respicias, sed autoritatem: & in primis  
 consuetudinis ipsius, quæ propterea colenda est,  
 ne non sit rationis interpres: vt si & hanc Deus  
 dederit, tunc discas curnam sit observanda. Quo-  
 modo verò Deus eam dedit, nisi in Verbo suo:  
 quænam ratio recta est, nisi Verbum Dei: quænam  
 denique est legitimæ traditionis autoritas & po-  
 testas, nisi in Verbo Dei? Hæc igitur est *ovsoixia* si-  
 ue series in Tertulliano notanda, Observatio, cõ-  
 suetudo, traditio Apostolorum quæ sine doctrina  
 esse non potest, rituum siue institutorum Eccle-  
 siasticorum omniũ videlicet anima & firmamen-  
 to: quemadmodum supra docuimus. Id verò per-  
 spicuum est è peculiari loci huius circumstantia.  
 Quæstio est, Falsne sit Christianis laurea corona-  
 ri, sicuti solebant Gentes in festis & sacrificiis, &  
 in castris dum milites expungebantur. Quòd  
 Christianus miles lauream coronam denegasset,  
 ob eamque rem in vincula coniectus fuisset, pro-  
 fessus se Christianum, varia Christianorum etiam  
 hominum iudicia circumferebantur. Idcirco Ter-  
 tullianus hoc libro defendit causam Christiani

Tertullia-  
 nus tradi-  
 tiones re-  
 uocat ad  
 Scripturã.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Verita-  
 tis ana-  
 lysis à  
 cõsuetu-  
 dine ad  
 Scriptu-  
 rã, solã  
 verita-  
 tis regu-  
 lam.

Vera hu-  
 ius Terrul-  
 lianei di-  
 sti senten-  
 tia.

illius militis, veteremque consuetudinem & traditionem profert, quam miles piè obseruare incipiebant contrà sentientes, id non disertè vetari in Scriptura. Respondet Tertullianus, Nihil impedire quominus certa ei constet autoritas, etiã in Scriptura expressis verbis non extet, quum certa illius ratio è Scriptura reddi possit. Ratio autem hæc est luculenta, *Ne participes estote demoniorum: Sine offendiculo cum omnibus versemini: Ne communitate cum operibus infructuosus: Non tantum à malo abstinete, sed ab omni specie mali. &c.* Ad hoc Scripturæ fontes hanc traditionem reuocandam esse, docet Tertullianus. licet enim de hoc interdicto non cauissent singulatim Apostoli, ipsorum tamen auctoritate firmabatur, quia doctrina innitebatur. Tunc igitur sapis, Hay, qui Tertullianum traditionum Scripturis planè repugnantium autorem vindicemque appelles: egone contrà è Tertulliano non petam aduersus eas patrocinium.

## HAYVS.

*Quæ sequuntur apud Tertul. si legisses, nunquam eius testimonio aduersus nos fuisses abusus. Hoc tute intricasti, tibi exedendum est, Minister.*

Pag. 127, Locus exscribitur,

## SERRANVS.

Qui probabis hos ritus quos recenset Tertullianus, non habuisse originem suam & rationem in doctrina Apostolorum: aut si non habuerint, qui eos appellabis Apostolicas traditiones? Conquirebatur suo etiam tempore Apostolus, in ipsi propemodum Euangelij incunabulis, iaci fundamentum iniquitatis. Quidni etiam dicamus bonos Patres næuis suis laborasse? Certè in cibus

Apostolica  
traditiones do  
ctrinã A-  
postolorũ  
appellant  
vindicem

bus illis etiam vetustissimis hanc Tertulliani regulam obseruandam esse, nemo sanus negauerit, Vt ab obseruatione ad consuetudinem, à consuetudine ad traditionem, à traditione, ad ipsius Dei auctoritatem ascendamus, ac proinde ad Scripturam, in qua constat Deum fuisse loquutum.

In summa, ludis crassa ignorance Elenchi, dum rerum genera commisches, ipsa categoria plañè disparata. sunt enim res toto genere dissitæ, Traditiones Apostolicæ, Apostolorum scripturis innixæ: & Apostolicæ traditiones, vt inquit Tertullianus, quæ cum illis nihil habent commune. Hæc ex Tertulliano distinguitur. Tu igitur, felicissime Antiquator, Pötificis Romani carduos Iesuítico palato bene dignos ita exedito, vt carniori Cyclopes carnem illam è pane transsubstantiatam se comedere profitentur. hæ enim lauitiæ in Verbi non-scripti cella maximè dominantur.

Crassus te  
simonij  
Tertullia-  
nei abu-  
sus ab  
Hayoinæ  
stus.

*De tribus Cypriani locis, in quibus explicatur discrimen bonæ & malæ consuetudinis.*

#### HAYVS.

*Qua fide nobiscum agas equus indicabit Lector. Ego certè in Cypriani operibus hanc sententiam inuenire non potui. Verba fortasse quæ præceptores tuos mouere potuerunt, vt S. Martyrem sic scripsisse existimarent, hæc sunt, Benedictus &c. Cyprianus prudenter censuit nihil esse approbandum diuinis Scripturis contrarium. Doce vllã in Christi Ecclesia vel minimam consuetudinem esse à veritate seiunctam, & locum hunc contra nos facere inficiamur. Pag. 128.*

## SERRANVS.

Librorū  
notationi  
bus solēt  
trīphare  
Iesuitæ, vt  
à variis  
huius di-  
sputatio-  
nis locis  
perspicuū  
est. At hic  
Hayi no-  
stri in no-  
tissimorū  
locorū di-  
squisitio-  
nū magna  
fatigatio-  
ne videat.  
Lector,  
hac lege  
ne rideat.  
Ex ipsius  
autē codi-  
ce cetera  
cognos-  
cat.

Optima vero me fide tecum agere, æquus iudi-  
cabit lector, quum te hostem de via palantem, &  
oppido quàm anxium, in viam reducam. Te ra-  
men permirum est, Hay, Theologiæ decanum, in  
tuis etiam libris sic esse hospitem, vt in notissima  
via exæstues. Equidem librario meo indignan-  
tus eram quòd locos non notauerit, nisi tu larissi-  
mam culpam, tuis etiam Iesuitis testibus, sub-  
ires. Nam si Cyprianum (quemadmodum è tua  
confessione nouimus) legisses nunquam nisi cum  
quæritabas locum à me citatum: Gracianus sal-  
tem index tibi esse debuit, qui hæc testimonia à  
me nunc laudata laudat, *Decretorum prima parte di-*  
*stinct. octaua. C. Consuetudo.* Secundum quoque testi-  
monium toridem verbis comperisses in eadem  
distinct. C. *Si consuetudinem.* vt tuæ diuinationi qu-  
lus hic sit locus:

Rectè igitur & potenter Veritas cogit te face-  
ri, Cyprianum rectè censuisse traditionem sine  
consuetudinem sine Scriptura esse reiiciendam  
quum nihil approbandum sit Scripturis contra-  
rium. Euge, teneo te. Cur igitur tantopere te  
fatigas, vt probes, Non omnia quæ ad salutem ro-  
stram pertinent, in Scripturis contineri: aut cur  
existimas Ecclesiæ nomine Papatum nobis iam  
obtrudi posse? Docuimus, vnius hominis in  
Ecclesia primatum qui Christi vicarium se iactet,  
esse diuinis Scripturis contrarium. Docuimus è  
Scripturis, Deum vetuisse omnem imaginum cul-  
tum quas è Traditione non-scripta vos colitis.  
Docuimus, vnicum esse Purgatorium in sangui-  
ne Christi, quod vos alicubi in Pontificis Romæ  
nitione seu Monarchiam imaginamini. Docui-  
mus, Christum in cœlum conscendisse, hominem  
quæ

que in summam gloriam euectum in cœlo esse, donec veniat ad iudicandum viuos & mortuos: at vos è Traditione non-scripta eum de cœlo elicitis verborum quorundam consecrationem illecebris, eumque in crusto includitis. Quidnam est Scripturis contrarium esse, si hoc non est? Quæ sionum nostrarum capita tantum notauimus: at vniuersus Papatu his traditionibus planè cõstat. Quin igitur tu non modò non inficiaris, sed ingenuè fateris hunc locum contra vos facere?

Tertium testimonium quod ais te inuenire non potuisse, inuenies in eadem *Distinct. C. Quæ contempta*: Ex August. in lib. de baptis. paruulorum. Neque te tandem, memor Theologe, tui pudet in *ἀποκρίσει* deprehensi?

NOVA HAYI ARGV-  
menta pro Traditionibus non-scri-  
ptis: & ad ea IOANNIS SER-  
RANI RESPONSIO.

HAYVS.

*Haëtenus tuis aduersus Traditiones obiectionibus cumulatissime satisfeci: nunc verò aliqua aduiciam qua (si denuo congregari nobiscum volueris) tibi, vt puto, negotium faceissent. Pag. 128.*

SERRANVS.

Vetus est verbum aliàs à me eadem de causa ci *Trice Hayanæ.*  
tarum, *In non sapiendo iucundissima vita: & Iesuiticum*  
est, *Gloriari & fumos vendere*: at primum placet sibi  
Hayus, Triumphet solus. Quare verò Hay, à Le-  
ctore existimèrne te meis aduersus traditiones  
non-scriptas obiectionibus cumulatissime satis-



fecisse? Ad hæc tua autem noua argumenta aggre-  
dior. De me nihil puto: tibi Iesuitæ relinquo vi-  
dentes quid velis. Ex meis responsionibus iudica-  
bit eruditus Lector quantum negotium veritati  
faceffas. Tu verò omnium Thraſonum vaniſſimus  
es, qui exiſtimabas nemine ad has tuas machinas  
appariturum, aut credis in poſterum nos deſore  
Veritati. Age igitur ad rem veniamus. E tuis  
verbis fic conformari hoc.

### PRIMUM ARGUMENTVM.

*Nullum extat in Scripturis testimonium quod  
ceat ſolis Scripturis fidem eſſe adhibendam.  
Ergo Traditiones non-ſcriptæ relinquuntur  
ſupplementum Scripturarum.*

### HAYVS.

*Ac primum qui doces ſolis Scripturis fidem eſſe  
habendam, hoc ipſum perſpicuo aliquo Scripturarum  
teſtimonio tibi initio probandum fuit. &c. Pag. 128*

### SERRANVS.

Reſpondeo, Qui actum agit, indignus eſt re-  
ſponſione. quorſum enim vnus eiufdemque rei  
putida repetitio? Atqui actû agit Hayus, idipſum  
inſulcans quod longa diſputatione fuit hæc  
à nobis pertractatum. Egone igitur debeam ei a-  
liam reſponſionem quàm vt ipſum reuocem ad  
ea quæ hac de re copioſè ſunt à me ſuo loco de-  
monſtrata? Quorum ſumma eſt, Luculentis Scri-  
pturarum teſtimoniis perſpicuum eſſe, *Solis Scri-  
pturis fidem eſſe adhibendam*, ea nimirum perfectè  
complectentibus quæ pertinent ad noſtram ſolu-  
tem. Hæc reſponſio ſobriis ingeniis erit ſatis  
SECVS

## SECUNDVM ARGVMENTVM.

*Apostoli longè plura viva voce docuerunt sine scripto quam scripserunt. Ergo Traditiones non-scriptæ maiorem habent auctoritatem quam Scripturæ, tantum abest ut contemni queant.*

Hayi verba hoc ipsum oppido quàm loquaciter inculcantis Lector recognoscat, pagina tota & penè dimidia: quorum hanc esse summam fideliter à me expressam indicabit ab illis verbis, *Value Veterum monumenta, usque ad hæc, & disces que scripta sunt, esse tantum Summas mysteriorum, quæ illi sermone antè docuerant.*

## SERRANVS.

De hoc quoque argumento diximus supra: respondeo tum hîc multû peccari, breuissimè autem id perstringo, ne actam agam.

Primam grauisimo absurdo. non enim consequitur, Apostoli viva voce docuerunt. Ergo illa quæ scripserunt, alia fuerunt quàm quæ viva voce docuerunt. Perinde enim est ac si quis dicat, Partes contrahentes sunt se mutuo alloquutæ, antequàm notarius pacta-continentia literis mandaret. Quod notarius igitur scripsit, aliud est quàm quod verbo inter partes conuenerat. Subalterna non repugnant. Apostoli idem voce docuerunt quod scripto postea consignarunt, ad veritatis fidelium sempiternamq; memoriam, & hominum salutem.

Secundò, quæ Hayus dicit, non modò implicent contradictionem, sed in ipsum retorquentur.

tur. Docuit enim hætenus pertinaciter, Traditiones non-scriptas esse supplementa Scripturæ. nunc ait, Scripturam esse supplementum viarum veteris. id est, vt ipse loquitur, Scripturam ab Apostolis adiunctam fuisse, vt ea quæ viua docuerant scripto confirmarent cœlestemque doctrinam scripto posteritati relinquerent. Ecquis non videt manifestam repugnantiam? Idem quoque eodem fatetur, Apostolos idem voce docuisse quod scripserint: omnia denique ab illis scripta esse tantum Summas mysteriorum quæ antè seipsum docuerant. Quorsum igitur, Hay, non scripti Verbi distinctio: neque sentis vim veritatis te ad sui confessionem adigentis? Mendacem esse se memorem oportet.

Tertio, vel blasphemum est vel ridiculum. Traditiones non-scriptas maiorem auctoritatem obtinere quàm Scripturam. si enim eadem est veritas & verbo edocta & literis explicata, ridiculum est absurditas: si alia est doctrina (vt probamus) sacrilega est & blasphema audacia, Traditiones humanas Verbo Dei anteponere.

Quarto, crassa est elenchi Ignoratio. quorsum enim traditiones non-scriptas reuocas ad Scripturam, quum negas non modò Scriptura contineri, sed Scripturæ esse supplementa, nouoque etiam genere suo parem auctoritatem parque imperium Scripturæ opponere?

Quinto, commenti illius de Verbo nondum scripto repetitio centies in hac disputatione effusa, est hominis deliri infania: quam si nouo responso dignarer, indignum me suis auribus suis patientia indignum eruditi meritò iudicarent.

TERTIVM ARGVMENTVM.

*Apostoli suarum traditionum auctoritatem commendant.*  
Ergo

Ergo illarum autoritas in summo pretio esse piis  
debet.

Hoc autem argumentum ex his Hayi ver-  
bis efformatum est, *Ad traditam sine  
scripto doctrinam ipse Apostolus lectores  
frequenter remittit, quod ex sequentibus lo-  
cis constare potest.* Hos locos Hayus fusè  
commemorat Pag. 129. & 130.

## SERRANVS.

Primum respondeo, Plus esse in conclusione  
quam in assumptione: ac proinde manifestum esse  
errorem inconsequentiæ, quem *ὁ τὸ ἐπιπέδον* vo-  
cant. Conclusio enim est de traditionibus non-  
scriptis quæ proprio quodam suoque modo Scri-  
pturæ opponantur, parèmq; cum ea obtineant  
autoritatem. Assumptio autem est de traditioni-  
bus Apostolicis, quas & scriptas esse & non-scri-  
ptas è superioribus perspicuum est. Vt enim mul-  
ta constituerunt Apostolici in Ecclesiis, quandiu  
vixerunt, quæ vel literis caruerunt, vel suis tem-  
poribus exciderunt: ita quæ scripto tradiderunt,  
& longa seculorum serie ad nos fuerunt trans-  
& propagata, non debent inter Non-scri-  
ptas traditiones recenseri: quemadmodum est sa-  
cræ Cœnæ institutio, quam Paulus appellat Tra-  
ditionem. Quum etiam aliæ sint traditiones de  
doctrina, aliæ de ritibus & disciplina Ecclesia-  
stica, debuerunt illæ distingui, quas tamen Hayus  
confundit.

Secundò, est importuna *ἀδοξία* id est nuga-  
tio. veram enim est, Apostolos commendasse suas  
traditiones: sed probare debuit Hayus, Traditio-  
nes Ecclesiæ Romanæ, illius scilicet Apostolicæ &

degeneris, esse Apostolicas. quod quum falsissimum sit, vel, quicquid sit, inter nos cōtrouersum importuna ludit principij petitione. Damus igitur Hayo, Apostolicas traditiones ab Apostolis commendari, summâque reuerentia ab omnibus Christianis amplectendas esse, sed pernegamus idcirco consequi, Verbi non-scripti quod Papatu obtrudit, traditiones, esse retinendas, quum toto genere ab Apostolicis dissideant.

Tertiò, vanissima est *ελυφια* sano & prudenti homine indigna, quam ad nauseam vsque Hayo inculcauit, vt me non illius impudentiæ modus sed meæ quoque indulgentiæ iam pudeat. Hæc autem bella est, & vere Iesuitica consequutio: Docuerunt & prædicarunt Apostoli. Ergo sola voce non scripto. & Audiuerunt, acceperunt, & crediderunt fideles. Ergo solam vocem Apostolorum audiuerunt & amplexi sunt: & illorum epistolas vel non legerunt vel lectas repudiarunt.

#### QVARTVM HAYI ARGVMENTVM.

*Quorum communis origo est, communis est autoritas & potestas.*

*Scripturæ & Traditionum non-scriptarum communis est origo ab Ecclesiæ autoritate.*

*Communis igitur est & illius & harum autoritas & potestas.*

Hayanæ loquacitatis hoc argumentum variè & inuolutè versatis farraginem Lector comperiet in biuio duarum paginarum 130. & 131. Quin verò laboraturus sit in eruenda Hayi mente, ex ipsa lectione perspicuum erit. Hoc tamē

men ego Hayum velle diuino: si ipsius mentem non sum assequutus, ipse sibi imputet Hayus *κορυθαππίων*.

Maiorem Hayo commodavi, vt sui argumenti rudera instaurarem. Minorem variè instituit probare dilemmate, inductione, syllogismo, quemadmodum gloriatur ipse, & exquisita quadam ratione quam è Mathematicorum abacis deprompserit: At de re ipsa, & de Hayana Mathefi, mox iudicabunt eruditi. Hayi ego merces bona fide primùm explicabo, deinde eas explorabo, denique illarum adulterio puritatè veritatis opponã.

### HAYI DILEMMA QVOD

Positionem vocat.

*Vel credis (me enim Mathematicè compellat.) hanc quam manibus passim Christiani terunt, esse illam sacram Scripturam quam Apostoli Ecclesie tradiderunt: vel dubitas.*

*Si dubitas, omnia ergo quæ in Scripturis continentur, tibi incerta erunt: Si credis, dic amabote, vnde hanc quam de his libris habes persuasionem hausisti?*

### INDUCTIO.

*Si qua Scripturæ fides adhibenda est, vel inscriptionibus vel stylo vel auctoritati Ecclesie fidendum est.*

*Atqui neque inscriptionibus neque stylo Scripturæ fidendum est.*

*Ergo soli Ecclesie auctoritati nititur Scripturæ fides.*

### SYLLOGISMVS.

*Ecclesia non erat. Ergo illius sempiternæ auctoritati nititur veritas & auctoritas Scripturæ. vel certè, vt omnes syllogismi partes appareant, sic explicandus esset.*

*Non potest aut debet errare veritas Scripturæ.*

*Atqui erraret si sibi soli inmitteretur.*

*Ergo sibi soli minimè inmititur. & contra,  
Non erraret, si Ecclesiæ quæ nunquam errat, auctori-  
tati inmitteretur.*

*Ecclesiæ igitur nunquam errantis auctoritati Scri-  
ptura inmititur.*

At ne videar Hayo quicquam, & in Achilles quidem ipsius argumento, affingere: eius ego verba exscribam, è quibus Dilemma, Inductio, Syllogismum, *πυροπλίδας* nimirum ipsius, instruxi & conformaui.

### HAYI VERBA.

“ Dic, ambo te, an in necessariis ad salutem  
“ numeres, credere hanc (quam manibus pos-  
“ sim Christiani terunt) esse illam sacram Scri-  
“ pturam, quam Apostoli Ecclesiæ tradiderunt  
“ Si dubitas, omnia ergo, quæ in Scriptura con-  
“ tinentur tibi incerta erunt. Si verò id certum  
“ simum esse fidei fundamentum tibi persua-  
“ des, ynde hanc, quam de his libris habes, per-  
“ suasionem haufisti. Vbinam scriptum est cer-  
“ tum esse aliquem sacrorum librorum nume-  
“ rum? Quòd si dicas te inscriptionibus aut li-  
“ brorum initiis fidere, vt, quia scriptum est, Eu-  
“ uangelium Iesu Christi secundum Ioannem  
“ aut, Paulus Apostolus Iesu Christi, in eadem  
“ semper hærebis salebra. nã faciamus eòdem  
“ modo inscribi quemuis profani Scriptoris li-  
“ brum, nunquid propterea aut Euangelium  
“ Ioannis aut Pauli epistola erit? Et quom Cal-  
“ uinus scribat, Multas ex D. Pauli epistolis ex-  
“ cidisse, faciamus apud vos inueniri alicuius e-  
“ pistola (quæ multis sæculis delituerat) *αὐτὸς ὁ*

quo iudicio probabis ab Apostolo id esse conscriptum? Stylus certè te faller, quum non sit idem in omnibus epistolis quas Ecclesia ipsa recipit. Sed quia fortassis in erudito Mathematicorum pulvere nondum certare didicisti. Minister, hæc nostra Positio ab acumine tuo irridebitur, aliter argumētum instituum. Multi olim Christianorum manibus terebatur libri aut Apostolorum aut discipulorum Christi nomine editi, vt Pastor, siue Hermes &c. Si à te quærerem cur hos omnes libros reiciias, & eos quos Ecclesia in canonem recepit, probes, tibi necessariò erit cõfugiendum ad Ecclesiæ auctoritatem (quam tu planè contemnis, eam errare posse asserens) Si enim vel in vno fidei dogmate errare possit, quî scies eam in Scripturis definiendis non errasse.

## SERRANVS.

Rhetoricatur, non argumentatur Hayus. Equidem, Mathematice Iesuita, Mathesin didiceram puer, vt Academiam ingredi liceret mihi, ad quam aditus non patet ἀγνοῦσέντο: tu verò quidnam in pulvere Mathematico profeceris, num acumen tuū tuæ iactationi respondeat, ex his paucis iudicabunt eruditi, veluti ex vngulis leonē æstimantes Mathematica vt Mathematicis relinquo (quibus est ἀγνοῦσέντο) & inscitum transire ad aliud genus ita, quū tractemus Theologica, Theologi ex his tuis præclaris & te dignis argumentationibus iudicabunt, quàm feliciter puluerem Mathematicum inspergas veritati. Quoniam tamen vis Mathematica palestra mecum experiri (id est me in Academix nostræ spatia reuocare)

Totū hūc locū vt attentè legant, etiā atque etiā rogo eruditos, Iesuiticæ eruditionis & cōstantiæ testem futurū locupletem.



dabit mihi veniã eruditus Lector, si ego à te pro-  
uocatus pristino vernaculòque mihi differendi  
mori in Ecclesia paululum indulsero: hac tamen  
lege ne rerum genera, id est sacra profanis, com-  
misceam: memineròque me non in Academia  
sed in Ecclesia versari.

Tota hæc tua, Hay, argutatio vno verbo po-  
terat dissolui: Importunissimum esse, Veritaci Scri-  
pturarum inuestigari aliena adiumenta, quum se-  
satis ipsa tueatur. constat enim Scripturarum au-  
toritas è Scripturis, quum nimirum sempiterna  
Dei Veritas in Scripturis *θεοπνευστος* explicata, eo  
ipso auctoritatem suis scriptoribus comparat, quo  
autore ipsi rerum sacrarum monumenta literari  
commendarunt, nimirum Spiritu sancto: cuius  
quoque virtute satis se probant illi fidelibus ani-  
mis, vt humanorum iudiciorum subsidia minime  
exposcant: hæc, inquam, simplicissima responsio  
sobriis poterat esse satis: at quoniam tibi pulue-  
rulo Iesuitæ placet calcare puluerem Mache-  
maticum, hæc quoque arenam tecum ingreditur.  
Duplici autem ratione tecum agam, vna *κατασκευαστική*  
siue *σεπτικὴ τῆ ἐκείνου ἀπόρον ἀπόρον*, vt cõmentorum  
tuorum absurditatem ostendam & refellam: altera  
*κατασκευαστική* siue *κατασκευαστική*, vt veritatem demon-  
strem. Excitasti vocabula Mathematica, demon-  
strationis quoque *κατασκευαστική* & ordinem mathema-  
ticum sic accipito, vt Logica Theologiæ ancilla-  
ri & potest & debet.

DEMONSTRATIO RE-  
fellens Hayanæ argumentatio-  
nis vanitatem de Scripturæ incer-  
titudine,

Tibi igitur me interroganti primùm respon-  
debo

debo. Rogas me, Numerémne in necessariis ad salutem, credere hanc, quam omnes Christiani manibus terunt, esse sacram Scripturam, quam Apostoli Ecclesiæ tradiderunt. Respondeo, Me id firmissimè credere, hoc in necessariis ad salutem numerare, hoc certissimum fidei meæ firmiter stabilire. Incertæ partem vnam vno verbo definitam vides. Ad alterum dilemmatis tui cornu pergo.

Me rursus rogas, Dubitémne hanc esse Scripturam sacram. Respondeo, Quum credam, non dubito. Hoc quoque cornu profligatum primo aditu non vides? At tu scilicet in rebus Mathematicis præclarè excitatus, *Positionem* vocas quod *Postulatum* appellare debueras: vitioso quidem genere dicendi, vt te non minùs rerum quàm formularum Mathematicarum imperitum prodas, (non enim est *Deus* quod quæritur ad argumentationem, magne Geometra, sed est *arbitria*) at è tua hypothese appositè loqueris. tibi enim *Positio* est, *Incertain* esse *Scripturam*, quemadmodum non è superiori tantum disputatione, sed ex hac quoque argumentatione tua perspicuum est. Pone igitur, quantum volueris, *Incertain* esse *Scripturam*, vt demonstrates ad Ecclesiæ autoritatem confugiendum esse, mihi tamè *Positio* illa tua non erit fraudi, quum *Postulati* tui duabus partibus satisfecerim. Credere enim me testatus sum, ac proinde minimè dubitare. Antequam igitur fidei illius meæ aut persuasionis rationem reddam, quam accerrimè à me exposcis, audi quidnam & quo merito in te reprehendam.

Vel existimas *incertain* esse *Scripturam*, vel non existimas, sed tanquam absurdum id ponis, vt me tam crasso absurdo innoluas, à quo quum me liberarim, nonne vides esse cōsequens vt tu il

lo inuoluaris? Quum Scripturam firmari vult  
Ecclesiæ autoritate, adhibitis etiam argumenta-  
tionum tuarum momentis asseueres, non illam in  
sefe infirmam esse prædices? Qui scientiæ alicuius  
certitudinem euertit, nonne eam planè evertit?  
Tu igitur incertam facis Scripturam, id est tuo te  
reti irretis, & absurdo inuoluis.

IRA explicato dilemmate, proximum erat ut  
Inductionem & Syllogismum machinarum tuarum  
reliquias examinarem, sed antequàm ad illarum  
examen accedam, consentaneum est te mihi  
vicissim aliquid respondere.

Dic mihi sôdes, Nullane putas esse sacre Theo-  
logiæ principia, necne? Sua principia scientiarum  
omnium principi atque primariæ tu denegabis?  
Ecquam verò, Hay, censes eum qui principia negat  
scientiarum? Respondet ratio, vel insanum vel  
malignum: vt vel veratro emendetur, vel suppli-  
cio coërceatur. At Theologiæ principium verè  
primùm & immediatum est, *DOMINVS DIXIT*:  
qua de causa eam scientiam quæ id complectitur  
quod Deus dixit, Theologiam appellatam fuisse  
perspicuum est. Certa sunt & *avtônista* scientiarum  
principia, ac proinde non opus habent demon-  
stratione: sed ex illis scientiæ demonstratio con-  
ficitur. Theologiæ igitur principia cur vis pro-  
bari aut demonstrari, quum per se fidem faciant  
aut probandæ Theologiæ ecurr alia quàm Theo-  
logica principia vis adhiberi? Vt autem Theolo-  
gica complectitur ea quæ Deus dixit, ita loquu-  
tus est per Prophetas & Apostolos: quos certis  
quoque notis distinxit, vt à cæteris scriptoribus  
dignoscerentur. Si quis dubitaret an Plato, Ari-  
stoteles, Cicero, cæterique primariæ notæ viri &  
scientiarum proceres, suis temporibus vixerint,  
écquo eum nomine dignum iudicares? His posi-  
tis

tis. Inductionis illius tuæ ruinas ostendo.

Non dicam, Mathematicæ obstetricator, me librorum inscriptionibus initiisque fidere: non dicam, me sequi stylum siue characterem Scripturæ veluti solum auspiciem veritatis: vt horum iudiciorum infirmitate cogar ad Ecclesiæ iudicium autoritatēque tandem recipere. Claudicat enim tua Inductio, præcipua parte prætermissa. Potest mendaciū, & titulū & stylum ementiri Veritatis: Potest sub Ecclesiæ nomine Synagoga Satan subrepere. Non igitur valet consequutio: Scripturæ certitudo non innititur aut inscriptionibus aut stylo. Ergo Ecclesiæ autoritate innititur, neque fides ei certa adhiberi debet, nisi Ecclesiæ iudicium intercedat. Alio enim certiori *τεκμηρίω* innititur Scriptura, nimirum seipsa. Cur hanc Scripturæ fidem Scripturæ certissimam esse credam, dicam suo loco: certitudinis illius autem causam à te perperam notari, & te tuo more putide calumniari, proximum est vt demonstrarem.

Primum Indis tuo more Homonymia, in voce Ecclesiæ quo nomine Papatū intelligis, Ecclesiæ vomitæ & pestis. Verū hac de re suo loco satis superque.

Deinde, nō rectè definis veræ etiā Ecclesiæ autoritatē, vt ei in Scripturā tribuatis autoritatem: at crasse *ὁμοειδὲς τῆς πῆλός*, quū nō Scriptura Ecclesiæ autoritati sed Ecclesiæ Scripturæ autoritati & certitudini innitatur, quēadmodū suo quoque loco abūde docuimus. Hominib. cōstare Ecclesiā quis negabit? At quā impium est, autoritatem Dei in Verbo suo manifestam submitti humano iudicio: quā periculosum, hominū conscientias humano iudicio aut stare aut cadere? Homines falli possunt & fallere. Ecclesiæ homines non errant, quum dum sequuntur Scripturam: errant, quum sua iudicia sequuntur. Petrus ita erravit, dum suum inge-

nium adhibebat in consilium : non potuit autem errare, innixus petra veritatis. At quid attinet in re plana & perspicua quærere maiorem demonstrationem? Denique, ecquæ poterit esse Scripturarum certitudo, solo hominum iudicio firmata, eo nimirum vno quòd illud verum, hoc falsum homines iudicant? Non minori profectò spectu veritatis hi negabunt, quàm illi affirmauerint. Tuæ igitur *de deo* siue *de hominibus* vanitatem non vides, Hay, neque te pudet in re facti Mathematicas etiam machinas adhibuisse? Ac vanitate tua demonstrata, porrò demonstrandum est, qua in re Scripturæ certitudo imitatur, & peregrinis præfidiis opus non habeat.

## DEMONSTRATIO CATEGORICA, de Scripturæ certitudine.

Si scientiis humanis tantum tribuitur dignitas, ut suis propriisque principiis innitatur: & in demonstrando vitiosum est, transire ad aliud genus: num hoc ius Theologiæ omnium scientiarum maximæ augustissimæque denegabitur, ut suas habeat notiones, sua principia, sua axiomata, è quibus veræ & certæ conclusiones conficiantur? Ut maior augustiorque Theologiæ dignitas, ita certitudo maior & illustrior. De hoc fundamento qui dubitat, vel veratro emendandus est, vel supplicio coercendus.

Est *αὐτόμσον* & per se ratum Theologiæ axioma, Scripturas fuisse inspiratas à Deo, & reuelatas sanctis hominibus, quorum ministerio ad Ecclesiæ utilitatem conseruarentur: & contentaneum est,

est, fidem adhiberi Deo testanti Prophetarum & Apostolorum, utpote seruatorum suorum, scripta esse suam vocem: & contra dissentaneum, credere hominibus in re tam seria, quum voluntatis suæ locupletissimus sit testis, Deus. Ita qui dubitat Scripturam sacram esse verbum Dei, eò sceleratius peccat quàm is qui dubitaret, Digestorum & Codicis Iustiniani libros esse Scripturas iuris Romani: & Hippocratis Galenique libros, Medicinæ: quantò diuina & cœlestia humanis præstât. Iuris prudentia suæ certitudinis auctoritatem non mutuatur à Galeno: neque Medicina, à Iustiniano, suæ. Quomodò igitur suam Scriptura auctoritatem suis principiis non satis firmam, ab Ecclesiologia? Deum per Prophetas & Apostolos fuisse loquutum: illum veritatis autorem esse, hos verò ministros. Scientiam salutis illa veritate contineri: Perpetuam esse rerum sacrarum *συναλήθειαν*. Illam veritatem à Deo sanctis hominibus inspiratam, ab illis sic fuisse mandatam literis, ut certo codice eas describerent: Codicem itaque illum Prophetarum & Apostolorum scripta completentem, quem rectè loquentium vsus augusto Bibliorum nomine *ἡ γράμματα* inaugurauit, esse Scripturam illam sacram, salutaris illius à Deo sanctis hominibus inspiratæ autographum: ac proinde illam & maiestate sua & Spiritus sancti efficacitate, in cordibus fidelium tanquam fidei certam regulam salutisque viam, sine vlla dubitatione constare.

Ex quibus efficitur, Scripturæ libros veros & germanos è sua & propria doctrina maximè dignosci, quum vna sit & sibi semper constans veritas de Deo & de salute nostra, suus & proprius character. At ut doctrinam, sic illius veram for-

nam norunt fideles: neutra verò canibus & pecoribus sapit, à quorum quoque iudicio non potest illa. Certa ergo est Bibliorum autoritas, & sunt illorum autores, certus & autorum & librorum sacrorum numerus est. AD SCRIPTURAM Igitur FIDEM SATIS EST SCRIPTURA.

Abeat igitur Hayus cum importuna sua modulatione, constet certa Scripturæ autoritas *ἀποστόλων*, & suis principiis *ἀποστόλων* rata: ne cuiusquam quàm autoris sui autoritate innitatur id est Dei.

IT AQVE hæc indubitata Scripturæ elogia siniticis furoribus opponamus. *Ego non ab hominibus testimonium accipio. Ego testimonium habeo matris testimonio Ioannis. Sermo meus & predicatio mea non est in persuasoria humanæ sapientiæ verbis, sed in officio Spiritus & potentiæ, ne fides vestra sit in sapientia minimum, sed in potentia Dei.* Hæc Filius de se ita concionatur, vt quum in Verbo suo velit cognoscere idipsum de Scriptura sua concionetur: & Apollolus Domini sui nomine, hominum iudicia & autoritatem ad legationis suæ autoritatem stabilendam negat esse necessariam. Hæc igitur ad chilleum suum argumentum habet Hayus.

### QVINTVM ARGVMENTVM

*Patres orthodoxi commendarunt Traditiones non scriptas.*

*Ergo ille sunt habende in maximo pretio, & oportet ad hæreses comprimendas accommodata.*

Hic autè tres paginas totas testimoniorum è Patribus desumptorum opplet Hayus Dionysium Areopagitam, Irenæum, Clementem Alexandrinum, Eusebium & ex Eusebio Ignatium, Epiphanium Hieronymum

Hieronymum, Augustinum, ex omni  
denique Antiquitate testes excitat. Hæc  
verò Lector ex ipsius codice petet,

Pag. 131. 132. 133. 134.

*Quid enim attinet hos fumos Lectori diuendere?*

SERRANVS.

Iesuiticum est in rebus per se luculentis adhi-  
bere testes non-necessarios. Ecquis enim nostrū  
vnquam Traditiones non-scriptas ab orthodoxis  
Patribus commendatas, condemnauit vnquam?  
Est igitur planè importunum, testimonia Vete-  
rum vndique coaceruare quæ ad rem nihil perti-  
nent. Plura ad hoc respondere, esset cum Iesuitis  
ineptire. Damus igitur totum argumentum. Tra-  
ditiones non scriptas ab eruditæ Vetustatis scri-  
ptoribus commendatas, maximopere commenda-  
mus, ambabus eas vnus amplectimur, adhibitis  
tamen iis exceptionibus, quas ipsi illi Patres in le-  
gendis suis scriptis obseruandas, accuratè mo-  
nuerunt: & tamen negamus consequi quod insti-  
tuis, Hay, è Patrum testimonio, non magis quam  
è Scripturæ oraculis quæ perperam à te vsurpari  
demonstrauimus supra. Docendum enim à te es-  
set, Eas traditiones non-scriptas quas Scripturæ  
opponis, esse traditiones Apostolicas, de illis e-  
nim propriè Patres orthodoxi sunt loquuti. At  
quum meridiano Sole clarius sit, vestras illas Ver-  
bi non-scripti traditiones ab Apostolicis toto ge-  
nere dissidere, efficitur, Vos vernacula & verè-Ie-  
suitica strophæ illudere veritati, ignoratione elen-  
chi, aurichalcum pro auro, id est, Apostolicas tra-  
ditiones Pontificis Romani pro verè Apostolicis  
traditionibus, obtrudentes imperitis.



Quatenus  
recipiēda  
sit Anti-  
quitatis  
autoritas.

EXCEPTIONES autem quibus de assensu nostro cauemus, vt Traditiones à Patribus commendas datas amplectamur, hæ sunt.

PRIMA, vt veros Patres ab adulterinis distinguamus: licet hi Patrum nomina ementiantur. Ita Dionysium illum tuum quem in prima acie collocaueras, non habeo in Patrum numero, quod sit *ἑσθησιονύκτος*, sicuti è tota Hierarchiæ illius mole constat.

SECUNDA, Vt è pactis-conuentis, id est è cecepta ab ipsis Patribus formula, submittimus ipsum forum scripta Scripturæ sacræ, vt veritatis mater, soli veritatis regulæ & amussi.

TERTIA Vt Traditiones à Patribus commendas datas, intelligamus eas ipsas esse quas ab Apostolis acceperunt: ac proinde veras traditiones è scripturis distinguamus, è sempiterna illa veritatis regula quam Scriptura definiri verum est.

QUARTA ne Patrum nequis indulgeamus, quod è Veritatis comparatione dignosci, ipsi quoque Patres voluerunt: vt eos insanix accusent, qui in ipsorum morbis excusandis tenebras lucem appellant quanquam neque fas esse credimus, Patrum pudenda impudenter prodere, quæ prudenti silentio potius tegenda esse arbitramur.

HÆC ad præsentem quidem locum satis: quoniam Antonius Sadeel noster, vir (quicquid & Antichristus & Antichristi crepent mancipia) pietate, eruditione, exquisitâque rerum tractatione ad miraculum summus, Iesuitarum terror, totum hoc argumentum vberissimè & eruditissimè pertractauerit peculiari libro, DE VERBO DEI SCRIPTURÆ ADVERSUS HUMANAS TRADITIONES. At mihi modò institutum fuit tantùm, ad Hayanas obiectiones singulatim respondere.

ΑΝΑΣΚΕΤΗΣ, id est, REFV-  
TATIONIS PARS

A B T E R A.

*Peculiarem responsionem complectens ad  
singula incommoda quæ in Iesuitarum  
Turnoniorum assertionibus sane do-  
ctrinæ obiciuntur.*

H A Y V S.

*Novam inscriptionem facis, quò ad singula, quæ  
à nobis proponuntur, te responsurum profiteris, ea-  
dem repetens quæ antea toties inculcasti. Pag. 135.*

S E R R A N V S.

Nihil repeto, sed hoc debui ex legibus bene  
demonstrandi. cōstituta enim explicatæque qua-  
stione, ad eam respondendum erat quæ vniuersæ &  
singulatim opponi solent huic doctrinæ. Quum  
igitur vniuersæ responderim Pontificiorum obie-  
ctionibus, consentaneum erat vt ad vestras pro-  
priè exceptiones responderem. Iam verò pru-  
denti Logicæ aliud est *βαπτολογεῖν*, id est inscienter  
idem repetere: aliud *ἐπεξεργασεῖσθαι* id est, idem ac-  
curatius explicare siue docendo siue refellendo.  
Eiusdem igitur rei opportunâ *ἐπεξεργασίαν*, id est,  
explicationem, eruditi Lectores vident à me hîc  
institui debuisse: atque adeò me non eadem re-  
petere, sed te calumniari. At videamus quidnam  
nobis singulatim obiciatis.

Ordinis  
ratio red-  
ditur.

P R I M V M A B S V R D V M

*Iesuitarum, Si omnes res fidei ad Ver-*

y. j.

*bum scriptum reuocentur, Ecclesia auctoritas eleuatur atque pessumdatur.*

S V M M A R E S P O N S I O .

Quum Scriptura ad omnes vitæ Christianæ partes valeat, solâque sit & certæ fidei regula, omnino Ecclesia ex ea iudicans, certam efficacemque obtinet auctoritatem, filiis suis instruendis, hæreticis destruendis.

H A Y V S .

*Esto. quod Christus Dominus Saranam Scriptura testimonio confutârit, non tamen præceptis solis Scripturis nos contra Hereticorum furorē tueremur. Aliud autem est Dominum fecisse aliquid, & aliud præcepisse ut & idem alii facerent. Is enim à morte ad vitam aliquos reuocauit. Itaque si firmum esset tuum argumentum, deberent & vos Ministri id facere. Quod quidem quòd male Caluino vestro cesserit quum id semel testasset, lippis & tonsoribus notum est. Christus enim Iudæos orationis suauitate ad veritatem agnoscendam voluit allicere, quos quòd obstinato animo in errore persistentes, admirandis quæ edidit operibus, ut crederent aduenit. Aliunde præterea quàm ex Scripturis Iudæos conuincit Dominus. Apostolus etiam aliis rebus quàm ex Scripturis argumenta duxisse, nemo qui Scripturas legu, insicari potest. Si Christus (inquit Paulus) non resurrexit, inanis est ergo*

Ioan 10.

Lucæ. II.

ergo prædicatio nostra &c. Quod si Beza ( ut  
Calvinus in Franciam Anturcliticam Richeriu )  
te ad sine regna mitteret, nunquid Scripturarum  
testimoniis cum barbaris illis gentibus decereres?  
Pag. 135. & 136.

## S E R M O N I U S.

Argumentum meum è Christi & Apostolorum  
exemplis petitur; fatetur esse verum Hayus: il-  
lius consequutionem negat. Est autè huiusmodi.  
In fidei doctrina siue explicanda siue defendenda, Christi &  
Apostolorum exemplum Christiani imitari debent.

Atqui & Christus & Apostoli in fidei doctrina & ex-  
plicanda & defendenda Scripturarum sacrarum testimo-  
niis sunt vsi.

Scripturæ igitur testimoniis Christiani uti debent: atque  
ex vi consequentis, Vera & solida ratio refellendi hæ-  
reticos è Scripturis constat.

Maior sua luce manifesta est. De Christi enim  
exemplo hæc testimonia concionantur, Hunc au-  
dite. Ego sum lux mundi qui sequetur me, non ambulabit in  
tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ego sum veritas, via, &  
vita. Ille autem nos ad Scripturas retineat, Scruta-  
mini Scripturas. & exemplo etiam suo vitium & ef-  
ficacem mandati sui *ἡ ἀληθεία* subiicit.

Ioh. 8. &amp;c.

Apostolorum autem exempla ad nos pertinere  
ipsorum hortationes testantur, Imitatores mei esto-  
te, sicuti ego Christi. quo etiam dicto utrunque pro-  
batur. Minorem verò ipse quoque Hayus dat ut  
veram: negat tamen consequutionem.

I. Cor. 11.

Qui verò id, mi Hay? Qui antegressas syllogis-  
mi propositiones concesserit, quomodo negare  
pöteat complexionem? Quia licet (inquis) Christus &  
Apostoli Scripturas sint vsi, non tamen inde consequitur, So-  
pöteat Scripturis esse utendum; deinde, Christi exemplum ad nos

*simpliciter & absolute non pertinet. Tuæ igitur exceptiones siue potius παραρτήσεις partes sunt duæ.*

Hayi oblationes.

Prima est, Christus & Apostoli non solum Scripturis sunt vsi, vel ad docendum vel ad refellendum. Ergo Scripturæ minimè suffi-  
ciunt ad veritatem siue docendam siue è mendacio vindicandam.

Secunda est, Non omnia Christianis im-  
tanda proponuntur quæ Christus fecit: alio-  
qui mortuos suscitarent quemadmodum  
Christus.

RESPONDEO, In prima exceptione duplicem  
esse fallaciam. Elenchi nimirum ignoracionem, &  
Vitiosum consequens. De priori autem fallacia  
sic habero.

Propagata  
& Scriptura,  
sunt  
Scriptura

Licet Christus & Apostoli rationes de medio  
petitas aliquando adduxerint, non adhibitis dis-  
sertè Scripturæ testimoniis: nihil tamen esse cau-  
sæ cur existimemus, veritatem eam quam sine  
expressis Scripturæ verbis attulerint, non esse Scri-  
pturam. Ratio est, quia omnis veritas salutis  
& quicquid pertinet ad illam siue illustrandam  
siue defendendam, pertinet ad Scripturam: que  
admodum ea omnia quæ ex artis scientiæve cur-  
iusquam principiis propagantur, ad artem ipsam  
scientiæve spectant, neque ab arte scientiæve  
aliena existimari aut possunt aut debent. Illa igitur  
omnia quæ vel Christus vel Apostoli ad as-  
struendam veritatem mendaciūve destruen-  
dum dixerunt, ad Scripturam reuocari debent,  
quippe quæ vna est & perpetua veritatis regula.

Rem autem vniuersè indicatam sic singulariter  
demonstro. Christus reuocat Iudæos ad sua mi-  
racula, tanquam certissima argumenta diuinitatis

tis suæ. Idcirco excludit Scripturâ? Imo quum subordinata minimè repugnent, & miracula sint figilla doctrinæ quam Filius Dei annuntiavit, & à notariis suis perscribi voluit, omnino ad Scripturam eos reuocat, quum opera sua profert, vt vera nimirum argumenta Messix in Scripturis tam luculenter significati. Certè, refractarios Iudæos eodem in loco compescit autoritate Scripturæ: *Nonne, inquit, scriptum est in Lege vestra?* E re nata igitur solidam responsionem Hayo opponi perspicuum est.

Christus ad Scripturâ suos reuocat.

De alio loco idem iudicium est. Iudæis mala conscientia & desperata malitia virtutem Dei blasphemantibus efficacissimum argumentum opponit Christus, Fieri nõ posse vt Satanatanam oppugnet: quum autem ipse dæmonia eiiciat, consequi, Nihil sibi cum Satana esse commune. Veri igitur Christi à PseudoChristo dignoscendi hanc regulam tradit, Quòd verus Christus cum Satana nulla prorsus conditione paciscatur.

“  
“  
“  
“

Hocine est vel sine Scriptura, vel præter Scripturam? Est enim scriptum, *Quæ concordia est Christo cum Belial?* Quod Christianum axioma Apostolus variis Scripturæ testimoniis confirmat, ne importunus Iesuita causaretur, id Christi tempore nõdum fuisse scriptum, quum illius veritatis sempiterna sit autoritas.

2. Cor. 6. 15

DE APOSTOLIS eadem est responsio. neque enim illi à præceptoris & Domini mandatis discesserunt. Admirabilem autem Veritatis se suo præsidio tuentis efficaciam eruditus Lector hic animaduertat. Rogat me Hayus vt ostendam omnia Apostolorum scripta certissimis Scripturæ testimoniis fuisse confirmata. Circulum magnum circumducit circulator, vt nos pro more institutõque suo abducatur à re primaria. Apostolorum

illius quoque mada to idem Apostoli.

scripta Scripturæ testimoniis ferè cōdita, ubique  
 profitentur perpetuum illum consensum vniuersæ  
 Veritatis. At è locis quos veluti sententiæ suæ  
 fertos testes adducit, Iesuitæ vanitas deprehenditur.  
 Ait enim, Paulum docuisse resurrectionem  
 illis ex rebus quàm è Scripturis. Ceddò quibus  
*Christus* (inquit è Paulo Hayus) *non resurrexit, inanis*  
*est prædicatio nostra, inanis est fides nostra.* Illane Pauli  
 prædicatio, magne Logice, literis caruit & scripto?  
 Testatur Paulus initio illius sermonis, se tradidisse  
 Corinthiis, *Christum resurrexisse secundum Scripturas*:  
 eorum qui Christum post resurrectionem viderant,  
 profert testimonia. Hæcine non sunt in Euangelij  
 historia diligenter perscripta? Atque argumenta  
 (inquis) profert Paulus variis in locis à Natura  
 petita. Quid tum? Idcirco consequitur Scripturam  
 esse excludendam, aut naturales rationes Scriptura  
 non innitit? Certè, notitæ naturales siue communes  
 notiones licet nobiscum nascantur, incommutabile  
 tamen illud sempiternumque Naturæ ius in  
 Scriptura efficaciter elucet, è Scriptura  
 confirmantur, & Scripturæ dictu auspicioque  
 vsum suum consequuntur. Impressæ quidem  
 sunt in hominum animis notitæ de Deo, de  
 discrimine boni & mali, honestorum & turpium:  
 Mundi creatio probatur naturalibus argumentis,  
 Deus vnus, omnipotens, autor boni in Natura,  
 cæteraque id genus Naturæ luce intelliguntur:  
 verùm æquis sanus existimet illas primigeniæ  
 veritatis scintillas quæ in tenebris humani ingenij  
 lucent, esse nouam quandam certiorémque  
 Veritatem, à qua suam autoritatem Scriptura  
 mutuatur? Imo vt eadem est veritas ita  
 Scripturæ præsidio, quæ vna est perpetuæque  
 veritatis regula, potentiùs certiusque cognoscitur.  
 Denique, vt præscriptis verbis agam cum mo-  
 roso

2. Cor. 15.

Argumenta è cõmunibus notionibus Naturæ petita, ad Scripturam pertinent.

roso aduersario, tota illa Naturæ cognitio, SCRIPTA LEX appellatur, ne quid præter Scripturam imaginetur quisquam. Verùm ne viderentur illæ notiones tributæ homini ad supplementum Scripturæ, testatur Apostolus totam illam cognitionem hæcenus esse efficacem, vt omnem excusationis ansam hominibus præripiant. Luculentius enim concionatur Scriptura, de vnus veri Dei cognitione in Iesu Christo de Mundi opificio & gubernatione, quem scimus per Verbum Dei fuisse creatum à Deo: virtutum denique vitiorumque discrimina in Lege Dei illustrius dignoscimus quàm in Ethicis, Oeconomicis, Politicis Legibusve hominum ethnicorū. Ecquid igitur aliud Apostoli instituebant, quum hisce rationibus agerent apud homines ethnicos, aut quum Ethnicorum hominum sententias cõmendarent, quàm vt è rebus cognitis ad res incognitas eos deducerent. id est è scintillis Veritatis ad plenam radiantemque Veritatem?

Eundem nos ordinem, Hay, sequeremur in eadem Veritate docenda, si nobis res esset cum Sinaribus aut Iapponensibus aliisve huiusmodi hominibus veritatis imperitis, quos factio vestra pestiferis erroribus deprauat.

Prima igitur *παρεξέλεγχου* tui hæc ratio est, Quòd Hayani argumēti fallacia. crassè hallucineris in re ipsa, quasi aliquid vel Christus vel Apostoli, vel sine Scriptura vel præter Scripturam docuerint: quum rationes ad eorum hominum cum quibus res ipsis erat, ingenium captumque conformatas, è Scriptura deduxerint ipsi, & ad communem vitæ vsum propagarint.

Elenchi ergo ignorationem manifestam prodidit. VITIOSI autem CONSEQUENTIS incommo- dum apparet. Quàm enim bellè cõsequitur, Christus & Apostoli ipsa diserta Scripturæ verba non



semper citantur. Ergo solæ Scripturæ non sufficiunt vel ad rectè docendum vel ad refellendum. Nam sicuti doctrinæ cuiuslibet consensus est propriis principiis conformatus, est ipsa doctrinæ rationes à Scriptura depromptæ, sunt Scripturæ tum verò maximè quum à Christo & Apostolis proponuntur.

Denique, si solæ Scripturæ non sufficiunt ad veritatem, quidnam aliud accersendum fuerit ad veritatis fidium veritatis, & vnde? An à Platone sive Aristotele, an à Thoma, Scoto, Biele, cæterisque veteribus illius non-scripti fabricis, exquisitius solidiusque quidpiam depromemus? Quod quum sit absurdissimum, efficitur, Solas Scripturas ad salutis nam solidamque cognitionem satis valere: si proinde falsum esse, Hay, contradictionis rationem, id est exceptionem illam priorem: quæ expressa, sic ad secundam respondeo.

Quatenus  
Christum  
imitari  
debeant  
Christiani.

Matth. 5.

PRÆVARICARIS crassissimo dolo, quum quædam terminum argumento meo affingas, non enim de omni imitatione Christi agit, sed de ea quæ propria est Christianis, quam Paulus Chastissimi nomine illis commēdat. Certè ut non omnia quæ Christus fecit, à nobis sunt imitanda: ita sacre doctrinæ cognitionem Filius Dei, summus Ecclesiæ suæ Prophetæ & Doctor, sic nobis patefecit, ut illam vnam audire, ab illa pendere, illam in Scripturis quærere omnes exemplo suo debeamus. Quum Christus iubet nos esse perfectos sicuti Pater cœlestis est perfectus, num vult nos æquare Deo, ut eius perfectionem consequamur. Et Petrus quum ad hoc nos vocatos esse ait, ut quoniam Christus pro nobis est mortuus, relinquens nobis exemplar ut ipsius vestigiis insistamus, num iubet ut moriamur, sicuti mortuus est Christus: Et propria loci circumstantia imitationem illam de-

finiri

finiri, nemo sanus non videt: vt bonitatem, clementiam, patientiam, Dei & Christi exemplo meditemur. Sic suo nos exemplo inuitat Christus, vt à Scripturis veritatem Dei tueamur, ad quas nos diserto mandato reuocauerat, vt eas perscrutaremur. Christi igitur imitatio hæcenus definita, est Christianis necessaria. vt capitis sui exemplo veritatem à mendacij calumnijs asserant atque vendicent. Atque hæc quidem de re ipsa.

CÆTERA Iesuitæ commenta, quibus hanc paginam infarcit, sunt planè ludicra, nulla responsione digna. Ecquis enim sobrius aduersus Calvinum credat Hieronymo Bolsecò. id est omnium impostorum profligatissimo optimum præstantissimùmque virum, & in re omnibus explorata, putidè calumniati? Tu Bolsecò nimirum teste, Hay, scribis Calvinum molitum fuisse suscitare mortuum, neque tuo more riderès? Tu igitur bellus homo es, qui Bolsecum infelicem Medicastrum, lippum & tonsorem appellas. illi enim soli notus fuit hic Caluini de miraculo conatus.

Tricæ  
Hayanæ.

---

H A Y V S.

*Ieiunus nimis es Decretorum architectus, qui omnem interpretandi Scripturas rationem ad Analogiam tuæ angustias reuocas. Pag. 136.*

---

S E R R A N V S.

Hanc rectam commodamque explicandæ Scripturæ regulam à Paulo didicimus, ANALOGIÆ FIDEI nomine designatam. Regula est, Nequid à veritate dissentaneum veræ doctrinæ fundamento superstruatur, sed omnia sibi sint ἀνάλογα & consentanea, omnes orationis partes vt in corpore membra, recta proportione

De cōmodo  
vſu A-  
nalogiæ.

conformetur, ut sit veritatis ex æquatio. Qua quidem de re dixi supra: Hayo tamen eandem variantem reponenti quidni eandem veritatem opponam.

ECCLESIA veritatis custos & interpres, veritatis quoque rectè explicandæ & ad vñum accomodandæ formam habes, quam *ἐκ τῶν πρώτων λόγων*, & *ὀρθοδομίαν* vocat Apostolus. Illius caput est, ut perpetua sit & constans veritatis *λογία*, id est principiorum assensus ubique vniuersim consentiens veritati ex illa fidei analogia, quæ sine vlla controuersia complectitur Scripturam. Hoc nimirum est quod idem Apostolus ait, *Σημεῖα καὶ τέρατα cum spiritualibus comparanda esse*, vniuersim demonstrationis in qualibet scientia, *ὡς βάλειν εἰς ἄλλο ὕδωρ*. veluti quum Theologia te-ctatur è principijs philosophicis, & ponantur alienæ & peregrinæ probationes, *ἕξ ἑσθίωνων φωνῶν*, quum enim vocabula sint nota rerum, veluti *ἐκ μαγείας*, profanum est & profus alienum à simplicitate veritatis, noua vocabula commisceri, quæ mendacij nouitatem produunt. Hoc Patrus appellat *ἰπεροδιδασκαλίαν*, id est aliter docere, quàm veritas patitur. Vnum enim & Verum conuertuntur, ut plus vno verum esse non possunt. Veritas igitur spiritualis cum seipsa comparanda debet, idque spiritualiter, neque enim spiritualia carnaliter intelligi debent. Diuersæ doctrinæ & peregrinæ methodi exempla, extant ubique in Papatu: qui hoc vno debet iudicari mendacium, quia aliter doceat quàm Scriptura & vetus Ecclesia. Imaginum cultus, Purgatorium, Missæ sacrificium, Transsubstantiatio, Meritorum satisfactiones, vnius Ecclesiæ in omnes Ecclesias principatus, Caput visibile & summus Pastor in Ecclesia cum Christo, & similia Ecclesiæ Romanæ vermacula commenta, vbñam comperientur in Prophetis

phetarum, Apostolorum, veterisque Ecclesie scriptis? Ex fidei igitur analogia de mendacio præ iudicanda esse, perspicuum est. Hanc esse veram rectamque formulam Interpretationis in Ecclesia, dixeram ego: Iesuita verò, me per appositè *Decretorum architectum* vocat, quasi verba Apostoli quæ diserta attuli, sint mea Decreta. Quænam igitur sit illa spiritualium cum spiritualibus *σὺν χριστῷ*, id est siue comparatio siue exæquatio, in Scripturæ legitima interpretatione, sic Lector habet: non solum ut videat me novorum Decretorū architectum non esse, (sicuti criminatur Hayus:) sed etiam ut aureæ illius Regulæ quam sapiens Architectus nobis tradidit, vim usumque animadvertat.

PRIMÒ in loci interpretatione perspiciatur quòdnam sit scribentis consilium, quæ mens, ac proinde qui scopus & qui status orationis. Illis enim ignoratis, cætera vagari necesse est.

SECUNDO, verba ipsa expendantur, ex quibus propriis & germanis vera natiuæque sententia eruatur. quum enim verba sunt animi effigies, verba ipsa sunt primùm exploranda, ut ad veram scribentis sententiam, rei que ad eò ipsius intelligentiam perveniamus. Verum quidem est, maiorem aliquando esse sensum quàm verba sonent: idcirco allegoria est opus necessariis in locis, sed non ubique & eodem modo. loci enim circumstantia & rei natura expendenda est. Rectè igitur Apostolus peculiarem usum Allegoriæ exposuit, & in Ecclesie notis rectè designandis, & in recta Sacramentorum explicatione: quæ quum sint *τύποι, σκηνῶν, ἢ ἱερῶν* siue *ἀντίτυπα* (ut loquitur Scriptura) id est typi, signa, sigilla, figuræ proportionem quadam veritati respondentem, omnino è sua natura suoque usu intelligi explicarique debent. E

Lib. 2. con-  
tra here-  
ticos.

verbis itaque ipsis iudicari debet primum oratio.  
An sit simplex & aperta oratio an allegorica. Pro-  
denter enim Epiphanius, *Οὐ πάντα τὰ θεῶν ἔχουσι*  
*ἀλληγορίας δεῖται, ἀλλ' ὡς ἔχει θεωρίας ἢ δεῖται ἢ δε-*  
*σεως, εἰς τὸ εἰδέναι ἐκείνης ἑαυτοῦ δεῖται ἢ δεῖται.* i. Non  
omnia verba diuina indigēt allegoria, sed ita  
intelligenda vt sonant: speculatione autem in-  
gent & sensu, vt subiectæ rei vis & sententia  
gugulim intelligatur. Itaque non omnia Scriptu-  
ræ loca in allegorias sunt transformanda, sed  
propriis verbis vera germanaque sententia in-  
stiganda est, adhibitis linguarum artiumque  
iumentis, & vsitato loquendi modo, quem ha-  
dubiè sequutus est Spiritus sanctus in Scripturis  
vt ab hominibus, quibus Scripturarum vsum de-  
stinabat, intelligeretur. Vt autem inciuile est  
particulam legis, (vt Iureconsulti monent) sume-  
re, nō perspecta tota lege: ita ἀλόγως ἐ τοῦ ἑκείνου  
ticula de toto loco iudicare. Itaque ad solidam  
Scripturæ interpretationem, scopo iudicari, ver-  
bisque expensis, necesse est.

TERTIO, œconomiam seriẽmque vniter fi-  
ci prudenter considerari, argumentum, amplifi-  
tionum, complexionis *συνάφειαν* & *συναρμολογίαν*  
noxum, coherentiam: quidnam antecedit, quid  
consequatur: vt omnes orationis partes ex lege  
*καθόλου* sibi inuicem respondeant, nec quicquam  
dissideat aut discrepet. Quum autem hoc impet-  
mis quærat in Scriptura, vt fides nostra germa-  
cetur, vera & solida doctrina: postquam germa-  
nam loci sententiam sumus assequuti, explicanda  
est doctrina quæ in eo loco continetur.

QUARTO, prouidendum est ne quid asseratur  
quod non sit ἀλόγως & consentaneum Scriptu-  
re, id est quod indubitatæ veritati repugnet. si om-  
nibus enim scientiis sua constant principia, prin-  
cipi

cipi scientiæ, scientiarum omnium maximæ augustissimæque sua non constarent principia? Hic igitur expendendæ sunt Doctrinæ, vt ex analogia fidei consent. neque quidpiam peregrinum alienumque superstruatur veritatis fundamento. Sed quoniam in locis obscuris non exiguæ difficultates oberrari solent, ad scripti & sententiæ controuersiam rectè diiudicandam.

QUINTÒ, considerandi sunt loci *ὁμοῦλοι*, qui de eadem re verbis aliis sine vlla ambiguitate luculenter concionentur. si enim de minimè controuersi sententiâ constet, de controuerso constabit, quum veritatem aliis etiam verbis eandem semper elucere necesse sit. Deinde, quum verborum intelligentia maximè sit ad rei intelligentiam momenti, perspicendum erit eisdemue voces aliis in locis vsurpentur. si enim de germana illarum vocum interpretatione cõstiterit, & in loco controuerso similis interpretationis adhibendæ, eadem quæ illic, extiterint causæ: quidni in controuerso loco de iisdem vocibus idem iudicabitur?

Hæc *κρίθεις*, id est has recti iudicij normas in Scripturæ interpretatione eruditam Ecclesiam sequi: hanc esse rerum spiritualium cum spiritualibus *ὁμοίωσιν* siue comparisonem, quam Apostolus præscripsit: hanc veritatis Analogiam, sine qua Veritas rectè non possit vel docere vel refellere: hanc denique rectam *ὀρθοτομίαν λόγου*, hanc certam Veritatis demonstrationem esse affirmo. Quæ rectè Hayus igitur me vt ieiunium reprehendet, & angustias appellet amplissimi latifundij indicem eruditi iudicanto.

---

H A Y V S.

*Quamuis spiritualia cum spiritualibus Doctor*

*Gentium compararit, hoc tamen non precepto  
manibus in rebus semper esse faciendum. Quis  
nunquam probabis eum semper ex hac tua  
logia obscuros Scripturæ locos explicauisse.*

## SERRANVS.

Balbutit Hayus: ait, negat, & longas necesse  
ras vt solent obæratî qui mala fide diem de die  
ferunt. Vis igitur, Hay, vt omnes Pauli episto  
las percurram? Iniqua conditio, & eo homine  
gna qui malam causam agit! Cogit te veritas  
fiteri, Doctorem Gentium ita docuisse & præsi  
tisse: verum ais non semper & vbiq; id effect  
se. Neque certè Apostolus semper versatur  
obscuris quæstionibus explicandis. Aliquando  
docet, aliquando refellit, aliquando hortatur, ali  
quando consolatur, aliquando increpat. In vari  
argumentis non debuit seruare eandem metho  
dum, neque enim vna est in omnibus rebus ser  
uanda methodus, sed pro rei subiectæ natura ac  
commodanda est. Prudenter igitur Paulus sic lo  
quitur vt debet, & vt flagitat argumētum in quo  
explicando versatur. In rerum multiplicium tra  
ctatione eum adhibere ordinem qui rem ipsam  
propriè decet, maximus ordo est. *Donc, pour* in  
rebus tractandis, caput est eruditæ & prudentis  
Logicæ. Ecqua igitur fronte culpas rem incor  
gnitam?

Hoc tamen dico in grauioribus disputationi  
bus hunc ordinem ab Apostolo maxima pruden  
tia prudenter obseruatū fuisse. Epistola ad Ro  
manos, ad Galatas, ad Hebræos, luculenta summi  
nistrant exempla illius ordinis: quem qui non vi  
det, cur non se potius cæcum acculat quam So  
lem?

HAYVS.

## HAYVS.

Silentio præterire non possum quam rectè tibi cum Magistro tuo Caluino conueniat. &c. Pag. 136. tota, Caluini, Anselmi, Chrysostomi de hoc Apostoli à me allato testimonio sententiam profert, omnino contra se: sicuti ex ipso codice videre est, quem pudet me toties inuuliter transuolare.

## SERRANVS.

Hoc per opportunè præfaris, Hay, qui id pensi habes vt nunquam sileas. At rectiùs siluisses, quàm his tricus totam paginam infercisses. Caluinus idem planè ait quod ego nunc pluribus explicauit. Idem quoque Anselmus. quomodò enim singulis hominibus propriè accommodaretur Dei Verbù, prout æquum est & consentaneum, nisi præcellisset prudentia Verbi commodè explicati, vt opportunè pro rerum personarumque circumstatiis applicetur? Chrysostomum verò legat quicumque sacræ Antiquitatis testimonio vult cognoscere summam Iesuitarum Imperitiam in Scripturæ & Antiquitatis doctrina: ne otium & chartam tam sæpe perdam. Neque te pudet, Hay, tam luculentæ veritati tuas tenebras securo animo ofundere? Ad Americanos, aut siquid est imperitius hominum genus, vt illos fallas. Europæi omnes (ne de Occitanis me tantùm loqui arbitreris) qui hæc legent, te flagris dignum clamabunt. Συγκρίνειν, certè est ita rem comparare, vt adhibito iudicio verba rebus planè respondeant, & in vnum veluti corpus coalescant: ἐξισοῦν, rem exquare siue adaptare, ita vt principia conclusio-



nibus bene congruant, ne à genere extra genus digrediamur: quemadmodum doctissimi interpretes annotarunt, & ego supra explicabam. Tu vero cur de re tibi planè incognita Andabatarum morem tam incogitanter loqueris? Plana sunt mea verba vel mediocriter oculato Lectori.

## HAYVS.

*Vt intelligantur Scripturæ sacræ, & linguarum & philosophiæ omnis cognitio, est maxime exacta. Intelliges grauer à vobis erratum esse, quia idcirco quas quosuis ad sacras lueras populo explicandas mittitis. Hic citat Augustinum & Hieronymum. Pag. 137.*

## SERRANVS.

Dixeram eam esse lucem Verbi Dei, vt non aliunde quàm à se tota ipsius cognitio sic haurienda. Quorsum igitur. auie Hay, ad peregrinas huiusmodi literarum notitias euagaris, quasi illud fundamentis Verbum Dei innitatur? Certe Verbum Dei à seipso plenam, planam, & at amplexibus gratias doctissimi viri verbis vtar) aduersus omnium paganorum latratus firmam, victricem & victoriam men nesciam certitudinem habet: ne à Platone aut Aristotele suppetias eslagitet. Linguarum enim & vniuersæ philosophiæ cognitionem maximo in prætio habemus, vt ministram nimirum & famulam Theologiæ. Importunè Igitur à te Augustinus & Hieronymus adducuntur: nisi fortè ænigmaticè vestrarum factionum variegatas temperies illorum verbis significare voluisti. Vosne autè eruditulos Iesuitas ita Musis gratias solos esse, vt nullum nobis misellis hominibus Academia

Academia angulum relinqui patiamini? At si summam vobis eruditionem vendicatis, nobis saltem tantillum condonatote, pro singulari vestra humanitate, qua viros omni eruditionis genere ornatos excellere consentaneum est.

## HAYVS.

A Davide postea dictum fatemur, *Lucerna pedibus meis Verbum tuum: nihil tamen contra traditiones non-scriptas concludes, quas Dei Verbum esse constanter affirmamus. Si verò tibi placet eductio 70. Interpretum pro voce Verbum, legendum erit Lex, λέξις τοῦ νόμου ὁ νόμος σου.* De lege Mosaica loquuntum esse Prophetam Graeci interpretes docent. Quare si oratio tua pòdus aliquod haberet contra traditiones non-scriptas, & legem Evangelicam non esse lucernam pedibus nostris concluderet. Nos quidem cōcedimus vera esse quae David de lege Mosaica scripsit: at quum non dixerit solam legem Mosaicam esse lucernam pedibus, plane es ineptus, qui quòd Prophetam legi Mosaica tribuit, in Verbum non-scriptum convenire non posse existimas. Accipe quam tradidit Euthymius orationis Prophetiae explicationem. Pag. 137.

## SERRANVS.

Idem inculcat Hayus suo more. Idemne igitur nos repetemus iam à nobis suo loco explicatum? In summa, Traditio illa tua non-scripta si est Verbum Dei, vt ais, cur disparato genere Verbum non-scriptum appellas: quum plus vno verum esse non possit? Cerrè si Verbum scriptum est indubitata veritas, quomodo Verbum vestrum non-

scriptum non erit mendacium? Atque hac quædem de re satis hoc loco.

Quum autem in hac pagina bis fateatur Hayus me verum dicere, de re ipsa sit nostra victoria: ipsius etiam assensu: ad verborum oppugnationem quum omnibus machinis aggrediatur, verba ipsa expendamus: in quibus ab illo variè peccari ostendo.

Crassa & verborum & rerum ignorantio Iesuitis vernacula

Primum, crassa λέξιων ἀγρία. Sequutus enim sum eam huius loci interpretationem, quæ è fontibus Hebræis deriuata est. כרר enim vocabulo usus est Propheta. Septuaginta interpretes non male tamen verterunt νόμιον, quasi scriptum esse תורה, rei potius quàm verborum habita ratione. Sed quidnam est nugari in re seria, si hoc non est quod agit Hayus, in otio negotium quærens? At peccat.

Euangelium veteri Ecclesie etiam incognitum.

2. Cor. 1. 13

Secundò, crassiore & periculosiore rei ignorantione. Legem Mosaicam & legem Evangelicam, tanquam duo Manichæi principia cõmittit, quasi inter se contrarias. Legis & Euangelij discrimen nobis non incognitum est, sicuti à nobis fuit suo loco explicatum: at ἀδόλογοι est existimare præcæ Patrum Ecclesiam Euangelio caruisse. Imò de Euangelio hinc Prophetam concionari ex ipso loco perspicuum est, quum aduersus suas afflictiones remedium perat, quod totum est in remissione peccatorum, ac proinde in gratuita promissione salutis & redemptionis per Christum, in quo omnes promissiones sunt sanctæ Etiam & Amen. Nisi iustificatus fuisset Dauid, quomodò credidisset è Verbo Dei, sibi patere aditum ad thronum gratiæ? De re tamen Scriptura Prophetam loqui, non impedit diserta mentio Euangelij, cuius summa est. Agite penitentiam nam appropinquat regnum caelorum. Lex præcedit, Euangelium sequitur. Lex imperat: fides

fides gratuita Evangelij promissiones amplectēs,  
 impetrat. Vnum est idēque Dei Verbum. *Quid  
 enim est Lex, inquit Iustinus? Evangelium prænuntia-  
 tum. Quidnam Evangelium? Lex impleta.* Cedō mihi i-  
 gitur; magne Theologe, interpretes illos Græcos  
 qui hæc de sola lege Mosaica dici affirmant, vt  
 Verbum Dei tecum discerpant? Cerebrum cer-  
 tē tuum *ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς*. In te, non in illis,  
 causa est parasyllogismi. Si fateris Legem Dei, id  
 est eam Verbi Dei partem quæ nos docet quid  
 Deo debeamus, vocari lucem à Propheta: quid-  
 nī Evangelium, id est alteram partem Verbi Dei,  
 quæ docet quomodò gratie Dei seruemur, lucem  
 quoque vocari fatearis? Quum tota Scriptura, Le-  
 ge & Evangelio definiatur, ego ne planè sim i-  
 neptus, eruditorum Theologorum iudicio, le-  
 sūta, qui negem TOTI suis partibus perfectō at-  
 que absoluto noua quædam membra affingi de-  
 bere, eique Idolo siue commento id conuenire,  
 quod sacrosanctæ Scripturæ Maiestati quadrat?  
 Certè pro me respondebit Isaias, aduersus te cę-  
 terosque Verbi non scripti fabros, *Ad legem & te- Isaiæ 8.  
 stimonium. si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis  
 matutina lux.* Si Verbum scriptum, est lux: Verbum  
 non-scriptum, est caligo.

Denique Euthynius à te malè citatus, te non  
 modò *ἀδύνατον*, sed *ἀνοικτον* planè prodit: quum legem  
 Dei è duplici munere suo sic describat, vt semper  
 Legi lux sua constet: iis quidem qui seruantur,  
 lux verè salutaris: carneis verò hominibus, hæc  
 nus lux vt nihil habeant quod prætexant ad legi-  
 timam excusationem: denique si tectum sit Euan-  
 gelium, iis qui pereunt tectum sit, in quibus Deus  
 huius seculi excæcauit mentes, id est infidelibus,  
 ne irradiet eos lumen Evangelij. Verbo igitur  
 Dei quicquid obstrepas, sua lux constabit ad pio-

rum salutem, & impiorum condemnationem.

## HAYVS.

*Probas demum nihil dissentaneum, aut absurdum in Scriptura inueniri posse. quasi verò hac de re vlla esset inter eos qui Christianam religionem colunt dissensio. Pag. 137.*

## SERRANVS.

Nemo quidem Christianus hac de re dubitauit vnquam: at Iesuitæ proprio dogmate contendit Scripturam esse obscuram, mancã, imperfectam, incertam, vt Ecclesiæ adiumento, id est Pontificis Romani autoritate, opus habeat. Hoc ipsam tota disputatione exagitaui Hayus. Tunc igitur Christianam religionem colis, Hay, tuo etiam assensu: neque sentis victricem veritatem, licet ad tenebras tuas vltro redeas? At bellè est, quum te habeamus confitentem reum. In re igitur ipsa vistoriam nobis largiris: de verbis moues rursus controuersiam.

## HAYVS.

*Si à vulgata editionis verbis abhorres, cur non versionem Caluini sequeris? Tua paraphrasi tibi vis fortè fallere. Cerrè communis versionis melius (quod sine pace tua dictum velim) Græca D. Pauli exprimit. αὐτὸ καλῶς ἐν διδακτοῖς σοφίας λέγεται, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος ἀγίου. Quæ & loquimur in doctis humanæ sapientiæ verbis sed in doctrina Spiritus sancti. Miror verò, qui hic Analogiam predicat, διδακτοῖς. Quos docet.*

cer, reddidisse, quum si Analogiam tuam consideres, doctum reddere debuisses *ἴστω* (inquit *Isaias* 54. 13.) *πάντες τοὶ υἱοὶ σου διδασκτοὶ θεοῦ*. Ponam uniuersos filios tuos doctos à Deo. Ad quem Prophete locum *Christus Dominus* respiciens, *ἔσονται πάντες διδασκτοὶ θεοῦ*. Et erunt omnes Docibiles Dei, siue è Deo docti. Pag. 138.

## SERRANVS.

Quum sine mea pace dictum volueris, ego cū bona eruditorum pace, Hay, ostendam, Theod. Bezam hunc locum felicitiùs expressisse quàm vulgarē editionis autor illam expresserit. Apostoli sententia est, Euangelium non ipso tantum rerum genere, sed docendi quoque modo à scientiis humanis dissidere. Horum enim verborum quæ citasti, hæc vis est, *οὐκ ἐν διδασκτοῖς σοφίας ἀνθρώπων λόγους, ἀλλ' ἐν διδασκτοῖς πνεύματος ἁγίου*. Vetus interpres, Non in doctis humana sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus sancti. Ambiguitas & obscuritas, sunt non ferendi neui interpretationis. At quis primo auditu ambiguitatem non perspiciat? quid enim si quis indoctus indoctis vnà legat? iam & obscuram esse nemo non videt. neque enim *διδασκτοὶ λόγοι*, recte, *Docta verba*, nam sunt doctissima pleraque quæ non sunt *διδασκτὰ*: sicuti de acromaticis dictum est, *σοφοὶ μὲν λόγοι, ἀλλ' ἢ διδασκτοὶ, οἷοι τες δὴ πῶς δυσόητοί τε ἢ δυσπεριλάδοι*. quorum in Prima philosophia & Mathesi extant plurima exempla. Deinde, illa interpretatio non exprimit mentem Apostoli, qui *διδασκτοῦ* vocabulo, docēdi modum siue rationem voluit significare. neque enim de rebus ipsis agit, sed de rerum ipsarum explicandarum modo. Equis igitur hac interpretatione non videt hiare sententiam? non enim vel *docta verba* vel *doctrina*,

Hæc legāt  
Græcæ lin-  
guæ peri-  
ti, vt atti-  
ci mellis  
delicias in  
iesuitis  
admirentur.

Quid sit  
Græcis δι  
δασκός.

exprimunt docendi rationem & modum. *Or-*  
 nino διδασκός dicitur tam de re quàm de personâ  
 Homo διδασκός, est qui potest doceri, qui doctus  
 capax est: at τὸ διδασκόν ἀγαθόν, est res quæ doceri  
 potest, vel quæ docendo explicatur: ne in re per-  
 spicua adhibeam exempla. Hic autem de rebus  
 non de personis agi, manifestum est. λόγους igitur  
 διδασκούς. A postolo sunt sermones apti & accom-  
 modati ad rem aliquam explicandam. hoc enim  
 vult Apostolus, Spiritum sanctum non modo res  
 docuisse, verum etiam sermones & voces illis ac-  
 commodatas applicasse. Ita argumentum quod  
 sumperat ab eius doctrinâ quam profitebatur  
 natura, ad id de quo agitur accommodari peripi-  
 suum est. Pseudapostoli, id est phalerati Corin-  
 thiorum doctores, turgebant ampullis humanæ  
 sapientiæ. His Euangelij simplicitatem Apostolus  
 opponit, & ait sermonem de cruce salutarem esse:  
 illa autem λόγος σοφίας, id est eloquentia huma-  
 na, exinaniri crucem Christi. Post longum hac de  
 re sermonem instituto suo id quod dixerat accom-  
 modans, concludit, Verba esse rebus accomme-  
 danda, & res verbis conuenientibus explicandas.  
 Humanæ igitur sapientiæ methodum à Spiritus  
 sancti sapientia toto genere differre affirmat. Hæc  
 germanam esse loci illius sententiam, & Beza  
 eum commodè sic fuisse interpretatum. *Non ser-*  
*monibus quos docet humana sapientia, sed quos docet hu-*  
*mana sapientia, eruditi animaduertunt: at in loco I-*  
*saïæ, διδάσκεισθε τὸν θεόν, rectè, Doctos à Deo: quia hic de*  
*personis agitur, illic de rebus. Prophetarum igitur*  
*Doctores diuinè dixit, hunc locum exponens,*  
*Quisquis igitur audivit à Patre, & didicit, venit ad me.*  
 Hanc quoque rectè interpretandi rationem, Scri-  
 ptiores sacri ubiq; obseruant. Tunc igitur, Hæc,  
 meam, quam vocas, Analogiam aliter opponis,  
 quàm

quàm vt tuam Alogiam prodas? Iubet Lex Analogiæ, vt ad germanam loci interpretationem, verba rebus accommodentur, expensis rerum circumstantiis quarum verba sunt notæ. non enim idem vbique verbum eodem modo exponi aut potest aut debet. Hoc dum ignorat Hayus, damnat prudentiam interpretationis: & euagatur in verborum vellicationibus, dū nihil habet quod rerum veritati opponat, verborum scilicet ac rerum peræquè artifex.

## HAYVS.

*Sed heus tu. Quam queso demonstrationē, si ex Logicorū præceptis, loqueris in tota Scriptura sacra reperies? Tu certe è sacra Theologia ianua aberras, dum sacre doctrine, que nulle ei proprie sunt, demonstrationes assignas. Magnus verò, vt tu loqueris, demonstrator ille nihil arbitratus est scire præter Iesum Christum, & eum crucifixum,*  
Pag. 118.

## SERRANVS.

Eam ipsam, Hay, in tota Scriptura demonstrationem reperiam, quam Apostolus satis disertè ostenderat, & quam tu, dum exclamas, idcirco irrides quia illam ignoras. At satis intelligenter ille edixerat, nequis lucem meridie quæreret, *Oratio mea & prædicatio mea non in persuasoris humane sapientiæ verbis versata est, sed in DEMONSTRATIONE Spiritus & potentie, id est, spiritualis potentie.* Quin tu igitur audis, propriam Demonstrationem Scripturæ ab Apostolo sic describi, vt omnibus suis partib. perfectæ & absoluta, ad omnes vitæ Christianæ partes permanet: docendo, refellendo, in-



stituendo? Hanc ego ipsam, Hay, Scripturæ demonstrationem digito monstraturam. De Platonica siue Aristotelea, quam Ecclesiam Dei maiores tui violenter importatum ego cogitarem? didiceram enim ab eodem Apostolo illam à Scriptura exturbari, cuius numerum hoc est axioma, Ne sit ei cum sapientia humana commune quicquam, quòd & ad res ipsas attinet, & ad ampullatum differendi dicendum, quo humana philosophia impotentius fertur. sunt enim hæc illius *ἀναστυγία* verba, *ἐν πειθοῖς ἀνὰ πρῶτον σοφίας λόγῳ*.

Logica rebus quoque sacris inseruit.

Quod itaque de logicis præceptis excipis, est planè nullum. Nō Academiæ aut Peripatis laqueis illigatur Scriptura, rerum suarum veritate contenta: non res tamen suas perturbatè docet, sed eo maximè ordine qui veritatem decet. Ad aliquid etiam ampliùs. Quum Logica in omnibus data versetur, sitque omnium artium & scientiarum instrumentum: quidni suum quoque ministerium omnium scientiarum augustissimæ Theologiæ largiretur? Non artibus quidem ipsa scientiisve rerum suarum principia tradit, sed artium & scientiarum ministra, sciendi modum dicit & ordinem. Tūne igitur, artium Decane, Theologiæ sine ordine, sine rerum suarum demonstratione vagantem, nullis principiis, nullisque conclusionibus definitā induces? Toto cœlo aberras, Hay. Siquid enim in rebus valent leges Logicæ de demonstratione, in eo certè rerum genere valent, quæ ita sunt comparatæ vt certam, ratam, immortalemque habeant naturam: cuiusmodi res Theologia præscribit. Hæc enim Axiomata, prima intermediaria, *αὐτόμιστα, ἀμετάπλωτα*, & verè *ἀσθενεῖς* demonstrationis causæ complectitur. Siquid in rebus est proprium & vernaculum, nunquid in eo rerum

rerum genere erit, quæ minimè sunt permixtæ cum rebus humanis, neque ab hominibus ponuntur, aut pendent ab humano arbitrio? Exemplum queris? Ex ipsis illis verbis cape quæ ab Apostolo demonstratore nostro attulisti. est enim non Platonium aut Aristotelem decretum, sed Prophetium & Apostolicum axioma, *Iesum Christum, eumque crucifixum, esse unicum redemptorem generis humani.* Siquibus porò in rebus possunt aureæ leges Demonstrationis, *καὶ τὸ αὐτὸ καὶ πᾶσι καὶ παντός,* in quibusnam rebus efficaciores sunt aut illustriores quàm illis, quæ luculentam rerum veritatem, perpetuumque rerum verarum consensum profitentur? Quòd si τὸ ὅτι vel τὸ τίς ἴσθι, id est res ipsa vel nudè & simpliciter ostendenda, vel è suis causis explicanda est: vllane vtrunque scientia feliciter præstiterit, quàm Theologia: quæ salutis æternæ scientiam tenuioribus tanquam lac, proeuctioribus autem & eruditis tanquam solidum cibum tradit? Siquid definiendum erit, id quoque Theologia felicissimè præstiterit, quæ rerum suarum naturas optimè exponit. Siquid refellendum, nullane potiores *ἐλέγχοις* quàm veritatis regulam mendacio opponere Demonstrator possit? At id quoque accuratissimè præstat Theologia. Denique, (ut amplissimum argumentum breuiter complectar) Nihil potest dici tam *ἀπερολογον* & absurdum, quàm quod dicit Hayus nullas esse Theologiæ demonstrationes, nullumque vsum Logicæ in Theologicarum rerum tractatione. E delirio hoc tuo, Hay, abundè testaris, te nõ modò à Theologiæ ianua aberrare, sed ne viam quidem ad ipsam ianuam vidisse vnquam.

## TESTIMONIORVM

Augustini de Analogiæ vi &amp; vsu:

*ex lib. 2. de doctrina Christiana*

capite 6.

*Magnificè igitur & salubriter Spiritus  
sanctus ita Scripturas modificauit, ut  
locis apertioribus fami occurreret, ob-  
scurioribus autem fastidia detergeret.  
Nihil enim ferè de illis obscuritatibus  
eruitur quod non planissimè dictum  
libi reperiatur.*

## HAYVS.

*Hanc sententiam de iis mysteriis intelligenda  
qua credere hominem necesse est, docet idem  
Auctor ad Volusianum, epist. 3. Pag. 138. 139.*

## SERRANVS.

Tria respondeo.

Primum, Tergiuerfari non argumentari Hayus.  
Augustinus disertè affirmat Spiritum sanctum  
Scripturas temperasse vt obscuriores loci apertiorum  
comparatione illustrentur. Ecquidnam aliud  
ego dico, ecquémve alium esse Analogiæ  
vsum, quam rectè interpretandi Scripturas  
regulam esse affirmo? Hoc non potuit negare  
Hayus, sed proripit se ad sua effugia, aliumque  
Augustini locum opponit: hunc, de cuius vera  
manaque sententia controuertebatur, securè per-  
mittit. Atqui non videt se redire ad Analogiam,  
in qua oppugnanda tantopere desudat. Augusti-

nam enim ex Augustino conatur interpretari.

Secundum, Falsum ponere, quum ait Augusti-  
nū loqui de iis mysteriis quę credere hominem  
necesse est. inde enim consequitur, quędam esse  
in Scripturis mysteria quę non sint credenda: ac  
proinde vana est Scripturę autoritas quę ea pro-  
dat quorum fides in dubium reuocari possit, vt  
sint quasi Homericę fabulę & Hesiodica Theogo-  
nia. Sic planē loquuntur Athei & irrisores, qui  
Mosem & Euangelistas commentitiam historiam  
scripsisse arbitrantur. Quum enim totam Scriptu-  
ram fuisse diuinitus inspiratam, & quę antē scri-  
pta sunt, ad nostram doctrinam scripta esse, affir-  
met Apostolus, atque ad eō omnia quę in Scriptu-  
ra cōtinentur, a nobis credenda: cedō, noue Theo-  
loge, Scripturę mysteria illa quę non sunt creden-  
da? Promissiones quidem Dei & eas potissimum  
quę ad vitam æternam pertinent, propriē ample-  
ctitur fides, vt suas: credit tamē veras esse Dei mi-  
nas, & in profligatis hominibus iusta Dei iudicia  
contemplatur, vt statuatur atrociora scelera atroci-  
bus pœnis puniri etiam in hac vita, & vltimum  
iudicium vt perfectē *διεξαγορεύσιν* tribunal, patien-  
ter expectet.

Tertium, testimonij ab Hayo citati verba, Hayi  
commentis planē repugnare. sacrę enim doctri-  
nę dignitatem commendat hætenus Augustinus,  
vt in ea discenda diligenter elaborent fideles.  
quod negat Hayus. si enim intelligi non possit  
Scriptura, cur in ea discenda studium operamq;  
illi adhiberent? Est autem planē incommodum  
sic argumentari: Obscura sunt pleraque in Scri-  
ptura. Ergo neque intelligi possunt neque in eis  
intelligendis adhibendum est studium. Omnia  
quidem Scripturę mysteria, licet ab omnibus cre-  
di debeant, non tamen eadem necessitate æstima-

ri consentaneum est. sunt varix quæstiones de  
primariis religionis capitibus, varix de locorum  
interpretationibus, varix de historia obseruatio-  
nes, quas à populo disquiri quid opus est: Idcirco  
ne examinari & commodè intelligi non debent.

Rectiùs Apostolus bene sapiendi regulam  
Philipp. 3. scribit, *Ego meipsum, inquit, arbitror metam appropin-*  
*disse. Vnum autem ago, ea quidem quæ à tergo sunt, quæ-*  
*niscens: ad ea verò quæ à fronte sunt, contendens, & per-*  
*uersus feror ad palmam supernæ vocationis Dei in*  
*Christo. Quotquot itaque perfecti sumus, hoc sentiamus,*  
*quod si quid aliter sentitis, hoc quoque vobis Deus re-*  
*get. Attamen in eo ad quod peruenimus, eadem incedamus*  
*regula, & itidem simus affecti. Ecquid potuit per-*  
*dentiùs illustriùsve dici, aduersus desperantiam*  
*Iesuitarum ἀγταν-ψία, qui id scire nolunt quod*  
*possunt?*

## H A Y V S.

*Verùm quamuis tibi concederem nihil obser-*  
*rum esse in vno Scripturæ loco, quod in alio non*  
*apertius & explicatius, nulla tamen ratione con-*  
*cludes certum obscuri alicuius loci eum esse se-*  
*sum, quem alius apertioribus verbis Scripturæ ali-*  
*bi declarat. nam alioqui nihil iam in Scripturis*  
*ser tam reconditum, quod Maiorum nostrorum in-*  
*dustria multis abhinc seculis non diuulgasset.*

Pag. 139,

## S E R R A N V S.

*Est Elenchus à non causa ut causa. Quasi verò in-*  
*dustria humana, non Spiritus sancti reuelatione*  
*Scripturarum cognitio fidelibus constet, philo-*  
*sophorum cæterorumque ethnicorum vel sapient-*  
*tissimi*

tissimis obtecta. Ignoratum fuit multa per sæcula Evangelium, suo tempore à Deo reuelatum. Hoc non Platonis aut Aristotelis acumen siue industria potuit perspicere. Dei est singulare opus, veritatis cognitio.

HAYVS.

*Irenæus etiam sanctissimus Christi martyr, docet aliquot exemplis & rationibus, multa esse in Scripturis sanctis abstrusa, ad quæ humana intelligentia non potest penetrare, sed quæ soli diuina cognitioni committenda sunt. Pag. 139.*

SERRANVS.

Est Elenchus *Ἐλεγχος*. non enim id vult Irenæus quod ei affingit Hayus. De hoc Irenæi testimonio dixi supra copiosius. Exempla quæ vir sanctus affert, abundè docent quàm securè illud Iesuita hoc testimonio, quo vernaculum de Verbo non-scripto delirium perspicuè refellitur.

Quædam in Scripturis minimè reuelari vtpote cc Lib. 2. e. ni Deo nota, neque creaturarum cognitioni per- cc 47. ad- uerfus cc hæreses nia esse ait. Irenæus, hoc exemplo, Antequàm mû cc Valent. dum faceret Deus, quidnam ageret: quem apote- cc lestos, suoque tempore creatum fuisse à Deo Scri- cc pturæ docent. Hoccine mysterium quod mini- cc mè produnt Scripturæ sanctæ, éstne vobis Iesuitis cc cognitum de capsulis Verbi vestri non-scripti? Deum inferos tum creasse curiosis & profanis in- cc geniis coércendis, aiebat ille: at Irenæus respon- cc det, Stultas esse & blasphemias huiusmodi disqui- cc sitiones, quæ Deo nimirum sint committendæ: cc neque tamen impedire quominus *omnis Scriptura* cc

“ à Deo nobis data consonans nobis inueniatur, et  
 “ scamus ea quæ sunt salutis nostræ necessaria. Hic vult  
 Irenæi finis in eo loco, sicuti iam ostendi. Et  
 det meus Antiquator tam supinè abuti Læc-  
 patiencia & credulitate, vt eum arbitretur se  
 ci citatione contentum fore: quum sola eius  
 spectio, summam hominis in corrupenda  
 læta veritate vanitatem sit haud dubiè prodit-

S C R I P T U R Æ V S V  
 alter, Vt firmamentum est fidei  
 stræ, ita experimentum. id est, S-  
 pturæ consensu in suspecta veritate  
 deles confirmantur.

Act. 17. 12.

Examen  
 Scripturæ  
 per Scri-  
 pturam.

Ad hunc vsum Scripturæ probandum ad-  
 xeram Thessalonicensium exemplum à Lucæ  
 tatum, Actuum decimo septimo cap. qui post  
 Verbum Dei summa fidei alacritate amplexi-  
 sent, quotidie tamen Scripturas scrutabantur.  
 hæc ita se haberent sicuti à Paulo didicerat.  
 mirificè facit ad sermonem institutum: qui  
 maximè versatur, vt doceat Scripturæ vsum  
 cendis confirmandisque fidelibus. Eadem ver-  
 quæ fidem informauit, eandem erudit, excu-  
 augeat & corroborat in dies: quum sit perpetuo  
 constans veritatis ὁμολογία & consensus: Hoc di-  
 tē notat Lucas. Nobiles illos Thessalonicen-  
 μὲν πάντες πρὸς θυμίας δέξασθαι τὸν λόγον affirmat. Non  
 potuit illustriori encomio illorum fides com-  
 dari Eos tamen continuò dicit, τὸ κατὰ ἡμέραν  
 κρίνειν τὰς γραφάς, εἰ ἔχει τὰ ὑποκείμενα: adhibito  
 cio explorasse Scripturas, an ita se haberent  
 quæ à Paulo didicerant. Non quasi de illis  
 tarent: sed quoniam fidei est, nō modò rebus  
 tis assentiri, neque precariò amplecti res ob-

tas: sed in dies etiam magis ac magis confirmari  
 atque augeri. Est autem vera cuiuslibet scientiæ  
 probatio, è seipsa. Hoc expresso vocabulo signifi-  
 cavit Lucas. est enim ἀνακρίνειν, aliquid explorare  
 siue perscrutari adhibito iudicio? vt quum nume-  
 ri siue calculi arithmetici probationem, sic colla-  
 tis omnibus particulis vt in vnam summam con-  
 ueniant, instituiimus. Scripturæ autem tunc erant  
 haud dubiè veteris testamenti scripta, è quibus  
 potuerunt illi cognoscere, prænuntiatum fuisse  
 Christum: & ex Euangelio, Pauli ministerio, per-  
 uidere, prædictione cum euentu comparata, eun-  
 dem illum exhibitum fuisse. Sic ait Apostolus, *Lu- Rom. 3.*  
*stítiam Dei per fidem Iesu Christi comprobari testimonio Le-*  
*gum & Prophetarum.* Hæc συμπληρωτα veritatis, est v-  
 na eadèmq; veritas: hæc ἀνάκρισις siue diiudica-  
 tio veritatis, sit collatione eiusdem veritatis ad  
 eandem fidem confirmandam: quæ quum Verbo  
 Dei ingeneretur in animis nostris, eodem confir-  
 mari & augeri necesse est. Hoc ego breuiter qui-  
 dem perstrinxeram, in libello meo, sic tamen nota-  
 ueram vt de mea sententia dubitari non possit.  
 Hoc tamen Hayus variè exagitat.

## HAYVS.

*Quid hic locus ad rem facit, Minister? Pag. 139.*

## SERRANVS.

Pernultum, Iesuita. quum enim nunc maximè  
 queratur quidnam sit Scripturæ vsus in confir-  
 mandis fidelibus, non potuit luculentior proba-  
 tio adhiberi. Hi enim nobiles Thessalonicenses  
 erediderant summa cum alacritate: confirmantur  
 tamen in suspecta veritate, eiusdem veritatis col-  
 latione & diiudicatione per Scripturas. Τισι



audis instituto nostro valdè consentanea. Filium confirmari, quæ suas habet veluti ætates. Confirmari autem, Scripturæ lectione: denique eiusdem Scripturæ ἀνανεώσαι, id est examine & iudicio quod non potest esse sine illa συζητήσαι, de qua modo loquebamur. Ecquidnam verò aliud est quædam illius Analogiæ, quam tu tantopere infectaris officium & vñus?

## HAYVS.

*Nun ideo de Apostoli doctrina hi viri nobilitati sibi iudicandi potestatem arrogarunt, qui seruantur sunt scripturas? Ibidem.*

## SERRANVS.

Minimè omnium. neque hoc volo, sed id maximum aduersus te tuosque molior, qui male sua autoritatem hominibus tribuitis, vt ab ipsorum iudicio & potestate pendeat Verbum Dei. In hoc vniuersæ quæstionis cardinem versari, quis nesciat? Qua igitur fronte tu mihi affingis quod tu affertis: cuius si te, Hay, pudet, id palàm proficere, et manus victrici veritati. Profligata causa erit. Idcirco nimirum scrutantur Scripturas fideles, non vt iudicandi de Scripturis potestatem sibi arrogent, sed vt se submittant Scripturis. Itaque nequam fallaciam inducis, *ὅτι τὸ κρίμα τῆς λέξεως*. Aliud enim est, Adhibito iudicio Scripturas interpretari, eâsque mutudè inter se comparare vt ex veritate consensu fides confirmetur: aliud, Iudicandi potestatem arrogare. Sic Calvinus à teipso citatus ait, Non sic debere accipi Lucæ verba, quæ iudicium sibi sumperint Thessalonicenses, vt disceptauerint an recipienda esset Dei veritas.

HAYVS.

*Questio hæc vehementer torfit Caluinum præceptorem tuum, qui vt se expediret ad occultos Spiritus sancti afflatus confugit &c. Pag. 139.*

SERRANVS.

Non torfit Caluinum, Mome, sed tu Caluini sententiam torques, & veritatem è mendacio è-  
δολοποιείς. At lego tua vestigia, licet diuarcata, quum enim occultos quosdam Spiritus sancti afflatus Caluino primùm obieceris, tum te cogit Veritas vt Caluini sententiam de Verbi examine primùm commemorares. Caluinum igitur è Caluino illustrabo: quo nullus melior sui ipsius interpres esse potest. sic igitur Caluinus,

*Pauli doctrinam ad Scripturæ amissim exigebant, non secus atque aurum igne probatur. Scriptura enim verè Lydium est lapis, ad quem examinandæ sunt omnes doctrine.*

Hayus autem & me & Caluinum imperens; Tu tamen sentis, inquit, aurum auro explorandum. Sentio, Hay, idque de omnium aurificum sententia; qui te de rebus incompertis iudicantem irridet. Exploratur aurum & Igne & Lydio lapide. Ad Lydium lapidem atteritur probatissimum aurum; & ex illius colore iudicium fit de cætero auro, cuius idcirco color ei adimprimitur: vt aliàs dixi. At pergit Hayus,

*Certe qui aurum igni aut herculeo lapide probat, de auri puritate & bonitate dubitat. Exempla ergo hæc Caluini, si presenti quæstioni essent accommodata, Nobiles hos de Apostoli doctrina dubitasse concluderent.*

Respondeo  
A. j.

esse fallaciam *ἢ τὸ ὅτι τῶν ἁπάντων ἀεὶ ἴσως.* Qui rem per se certam & indubitatam nescit, ille de eâ lîne sit qualis reuera est, tât opere dubitat, donec eam rectè nouerit. At qui existimat rem aliquam esse dubiâ & incertam, is de rei ipsius natura dubitat, quum prior ille qui rem disquirat, non tam de re quàm de se suoque iudicio dubitat. Ita dubitatio, rem certam disquirenti via est ad certam solidamque eius cognitionem. Contrâ, qui rem dubiam incertamque esse arbitratur, certam eius rei scientiam haberi posse negat. Iesuiticum est axioma, Scripturam sanctam esse incertam & dubiam, & veluti nasum careum: quippe quæ in varias sententias flecti, ex qua nihil certò colligi possit. Iesuitæ igitur dubitant non tantum de Pauli doctrina, sed de vniuersa Scriptura, ad cuius defectum sarcinendum quærunt assumenta Verbi non-scripti. At Nobiles illi Thessalonicenses, Scripturæ veritatem amplexi erant alacriter, sed dum quærunt fidei suæ confirmationem adeunt Scripturas, ad quas Paulus eos reuocabat docēs Christum illum à Prophetis prædictum suo tempore aduenisse. Hæc verò an ita se haberent, è Scripturis adhibito iudicio illi explorabant: sicuti qui aurum igni aut herculeo lapide probat, auri puritatem & bonitatem nondum sibi satis perspectam quærit nosse: ex quo experimento nihil decedit de auri natura, aut nihil ad eam accedit. Certe explorare veritatem è Scripturis, non est dubitare de veritate, sed animum suum cõfirmare in veritate. *Ἀνάγκη* illa non est dubitatio Pyrrhonica aut Academica, sicuti est *ἀκαταληψία* Iesuitica, quæ Scripturæ veritatem ex hominum iudicio pendere statuit, & quidem corruptissimorum quippe qui *ψευδωνύμου γνώσεως* velo obtekti, Ecclesiæ nomen ementiuntur. Manifestum igitur Hayi dolum

dolum è phraseos *κουρογενεσων* & cognatione, in-  
nexum quis non videt?

Verùm seipsum Calvinus tueatur. *Nunc solvenda est, inquit, secunda obiectio, Dubitationi contraria est fides: qui inquit dubitat. Ergo sequitur Thessalonicenses, quum de Pauli doctrina inquirunt, fide adhuc vacuos fuisse.*

Sic Calvinus *επιστολη* luculentiùs concepit quàm Hayus, vt dubitandi ratio perspiceretur. Huic autem sic respondet ipse. Fidei certitudo confirmationem non impedit. Confirmationem voco, dum magis ac magis cordibus nostris obgnatur Dei veritas, quæ ramen priùs dubia non erat. Exempli gratia. Audiam ex Euangelio me Christi gratia Deo reconciliatum esse, & peccata mea sacro eius sanguine expiata: proferetur testimonium quod mihi fidem faciat. postea si penitus excutiam Scripturas, occurrent subinde alia testimonia, quæ non modò iuuabunt fidem meam, sed augebunt ac stabilient, vt accedat plenior certitudo. Similiter quod intelligentiam, ex Scriptura Parum autoritatis tribuere eos doctrinæ Pauli, qui ex Scripturis disquirunt an ita se res habeat: respondeo, Tales esse fidei profectus vt interdum ex Scripturis quærant de quo iam diuinitus persuasi sunt & habent interius Spiritus testimoniù.

Hæc Calvinus Hayo respondet. Hoccinè est, erudite Lector, de Apostoli doctrina dubitare?

## H A Y V S.

O Calvinum miserum: cui non contigit Discipuli certissimam Analogia nosse regulam quæ omnes Scripturæ obscuritates illustrat, difficultatésque tollit. Pag. 140.

## SERRANVS.

Te verò, Hay, miserrimum, qui miseriam tuam non sentis ! id est non animaduertis, cachinnos hos tuos caninæ tuæ apostasiæ rictus, esse lechalia signa nequitæ tuæ. At de re, non tibi quidem, sed erudito Lectori.

*Iudicium Spiritus cum Scriptura.*  
 CALVINVS Analogiæ illius vim vsumque luculenter docuit. Quod autem rectam Scripturæ cognitionem è Spiritus testimonio pendere dixit, non negavit idcirco rectam docendi regulam in Scripturarum interpretatione sequendam esse. Subordinata non repugnant. Iudicium Spiritus non repugnat examini siue inquisitioni Scripturarum : sicuti idem Calvinus tibi responderit. *Duce & direttore Spiritu, non aliunde quam ex Scriptura iudicium facient fideles de qualibet doctrina.* Propheta vtrunque coniungit, *Spiritus meus qui in te est, & verba mea quæ posui in ore tuo.* Et Apostolus, *Spiritus ne extinguite. Prophetias ne pro nihilo habete.* Et Christus Prophetarum & Apostolorum caput, *Consolator ille, id est, Spiritus sanctus, quæ mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæ dixi vobis.* Certè Paulus rectam salutarèmq; Verbi cognitionem nobis constaturam esse docet, si Spiritus sancti vis & efficacia accesserit : quod *Obsequandi* vocabulo significat, & Arrhabonem siue pignus appellat. quum enim Spiritus sanctus sit Scripturæ autor, suorum verborum optimus certissimûsque interpret est. deinde, quum homo quos non intelligat ea quæ sunt Dei, fieri non potest ut diuinæ Scripturæ intelligentiam vsumque consequatur, nisi illuminatur à Spiritu sancto, & ad verum pietatis obsequium efformatus. Scripturæ igitur rectè & intelligendæ & exponendæ rationem

tionem dicitur suis Spiritus sanctus. Ita & Analogia illa de qua loquimur, & omnis vera & consentanea <sup>epitibet</sup> proficiscitur à Spiritu sancto, vere intelligentiæ autore.

H A Y V S.

*Caluini Spiritus cum Lutherani hominis Spiritu omnino pugnat, uter ergo erit spiritus discretio- nis? Pag. 140.*

S E R R A N V S.

Quum Lutherus & Calvinus consentienter docuerint, Pontificem Romanum esse Antichristum, certasque notas ostenderint, quibus veritas à mendacio discernatur: vterque eodem discretionis Spiritu gubernatus fuit. At scito, Apostata, iam iam instare vobis grauissimum bellum, quum enim Abaddon ille vester, vos aduersus Germaniæ & Galliæ Ecclesias confertim armet: concordia Spiritus, fratres Germanos nobiscum Gallis firmissimo vinculo componet, vt communibus animis literisque communem Ecclesiæ hostem Antichristum oppugnemus.

Iesuicę Ecclesiarum Germanicarum & Gallicarum concordiam maximo opere reformidant.

H A Y V S.

*Preclarum sanè iudicium facit de Apostoli doctrina, quam nos minus ad Scripturarum normam examinari vult, quam si esset profani alicuius hominis commentum. Ibidem.*

S E R R A N V S.

Veritas ex veritate debet intelligi. Profanorum hominum commenta refellantur à veritate,

Iudicium  
veritatis  
à veritate.

quia sunt falsa. Apostoli & Apostolicorum horum  
num doctrina Scripturæ iudicio probatur, quia  
est vera. Sic de se iudicium fieri vult Apostolus,  
quod non potest non esse præclarissimam, quoniam  
ex illo per Scripturas examine ipsius doctrina  
probatur fidelium animis, quippe quæ ut semper  
terna Dei veritas certissimis argumentis eluceat.  
Itaque non potest non esse impurissimum, Hay  
tuum aduersus veritatem iudicium.

## HAYVS.

*Quod verò Thessalonicensibus de eiusdem do  
ctrina facere licuit, nonne & Christianis omnibus  
idem licebit? Ibidem.*

## SERRANVS.

Idem neque verò licebit tantum, sed ex officio  
suo id debent Christiani omnes, ut è Prophetice  
& Apostolicæ doctrinæ accurata comparatione  
eiusdem veritatis perpetuum & constantem con  
sensum amplectantur.

## HAYVS.

*Reuocentur ergo omnia quæ scripsit Apostolus  
in dubium, ut singulare Caluini dogma tue assu  
Stet, ait, fixum axioma, Nullam doctrinam fi  
de esse dignam, nisi quam in Scripturis funda  
tam esse deprehendimus. Ibidem.*

## SERRANVS.

Veritatem adhibito iudicio explorare, non est  
reuocare in dubium veritatem, quemadmodum  
iam explicavi: sed est potius veritatem per se ra  
tam

tam firmamque obfirmare in animis nostris, ut nostro assensu firmiorem atque validiorem. Illud autem quod insectaris, axioma, non est Caluini, sed ipsius Apostoli, sicuti suo loco à nobis est copiosè explicatum.

## H A Y V S.

*Ut ergo doctrina Pauli credamus, eius fundamenta in Scripturis deberent nobis esse perspecta, quæ si nos latuerint, & doctrinam ipsam tanquam Scripturæ minime consentaneam aspernabimur.*  
Ibidem.

## S E R R A N V S

Est crassa ignorantio Elenchi. est enim importunissimum dicere, Pauli doctrinam, aliud quidpiam esse quam Scriptura. Quum igitur sit Scripturæ pars illustris, Pauli doctrina, quomodo nobis perspecta esse potest nisi è Scriptura: aut quomodo latere nos possunt eius fundamenta, quum aliud fundamentum se posuisse neget Paulus quam Iesum Christum, neque aliud quodpiam Evangelium quam illud ipsum quod scripsit? Principia scientiæ cuiuslibet sunt ipsi scientiæ cognita, & causæ demonstrationis: neque potest esse quidpiam ipsa scientia *ερεος φως*. Quam ergo prolixè es Iesuita, id est imperitus obtrektor, qui res coniunctissimas discernere conaris.

Qua è  
Scriptura  
propagan-  
tur, ad  
Scripturam  
pertinet.

## H A Y V S.

*In quibus scripturis fuit doctrina Moysis fundata? Quasi minor haberi debeat Paulo docendi si-*



SERRANVS.

Idipsum quod Moses & Paulus docuerunt, ip-  
sum scripserunt. Ecquid verò aliud est Scriptu-  
ra, cuius nobiles fuerunt illi scriptores? Neque  
nihil fuit vel Mosis vel Pauli doctrina, quod ve-  
l Moses vel Paulus docuerunt: sed Dei veritas per  
Mosem & Paulum expressa: sicuti sapius iam de-  
monstravi. At tibi placet ἀδολεία, vt Iesuiticus  
Logices proprium quarto modo.

HAYVS.

Certè si hoc Caluini dogma verum esset, omnem  
Christianam fidem euerteter funditus, non enim  
cunclis datum est Scripturarum latebras perser-  
uari. Ibidem.

SERRANVS.

Respondet Apostolus, *Sit tectum est Euangelium  
nostrum iis qui pereunt tectum est: iis quibus Deus huius  
seculi excelsauit mentes. His verè sunt latebræ ea my-  
steria quæ paruulis etiam suis patefecit Christus  
sapiens autem & intelligentibus ea abscon-  
dit. Maximum est mysterium, nosse Iesum Chri-  
stum eumque crucifixum. Quod certè omnibus  
Ecclesiæ filiis perspectum est, vt suæ fidei funda-  
mentum. Hoc verò solis Scripturis explicatur.*

HAYVS.

*Verborum D. Luca sententiam ex Euzepo  
scribam, ne existimes doctrinam Apostoli à Chri-  
stianis*

SERRANVS.

Doctrinæ sacre firmamentum autoritatẽque  
aduersus vestras *ἀντιπαρῆσις*, Hay, nos tuemur.  
Quidnam igitur noui est, te permultum de me la- Fumi Ie-  
suitici.  
borate ne existimem Apostoli doctrinam in du-  
bium vocatam esse: quam vos Iesuitæ & voce &  
scripto affirmatis esse dubiam, incertã, obscuram,  
perplexam? Alias res agis, neque tibi cõstas, dum  
nouam personam quæris. Sed audiamus Euthymium.

HAYVS.

*Hi, inquit, non tanquam increduli indagabãt,  
sue scrutabantur Scripturas ( iam enim credide-  
rant ) sed tanquam expertos traditionis veterum  
Prophetarum, & propterea fide robustiores effecti  
sunt, quum scrutarentur Scripturas, ac inuenirent  
veterum sermonibus consona esse opera dispensa-  
tionis Domini in carne.*

SERRANVS.

Balaamus populo Dei de quo maledicendo co-  
gitabat, iteratò benedixit. Sic eam veritatem quã  
oppugnat Hayus, nunc non modò Euthymij te-  
stimonio agnoscit, sed suo assensu comprobat.  
Quidnam aliud dicit Euthymius quàm Calvinus?  
Quod enim Lucas appellauerat *Scripturas*, ipse, Agnoscit  
Hayus cer-  
titudinẽ  
Scripturæ.  
*Traditionem veterum Prophetarum* vocat: Eius cum  
Euangelio comparatione elucere vtriusque con-  
sensum eandem videlicet veritatem Dei, cuius

Prophetæ & Apostoli scriptores extiterunt, ut  
firmat.

Itaque factus est noster Hayus, Calvinianus. Firmitatem fidei nunc agnoscit quam antea vehementer oppugnabat, Scripturam negat esse veritatem Prophetarum & Apostolorum in eadem veritate consensum commendat. Itane de Iesuitis pelliculis & repetenda postliminio Ecclesia cogitantes, Hay? At redi ad tuas tenebras. Has vocavit auitas, & olim, dum in gremio Ecclesiæ esset tibi assuetas, ex tuo ore extorsit Veritas: fortasse in testimonium *αυτοκατακριτε* tuæ conscientiæ, quæ pergat reluctari agnitæ veritati.

## HAYVS.

*Et quamuis tibi darem, Nobiles hos, ante fidei Christianæ mysteriis noluisse assentiri quam eorum veritas Prophetarum vaticiniis fuisset confirmatio non tamen ullo scripti Verbi testimonio concludere hoc eis licere, qui Christo nomina iam dederunt.*  
Pag. 140. 141.

## SERRANVS.

Sibi contradicit  
Hayus.

Mendacem, Hay, memorem esse oportet. Dicbas modò, Ecclesiæ Catholicæ doctores id diligenter inquirere, de quo nunc ais illos nunquam cogitasse, & vis tamen ut id probem testimonio Verbi scripti. Quid ais hominum solertissimi? Nobiles illi Thessalonicenses nonne Christo nomina dederant? De illis enim ait Lucas, *ἐξέταρον τὸ λόγον μὲν πάσης προφητείας.* Hoc cene non est nomen dare Christo, ipsius Verbum amplecti cum omni alacritate? Christianis edicit Christus, *Scripturæ* *Scripturas, illæ enim testificantur de me. & post resurrectione*

tionem eos increpabat discipulos qui tardi essent ad doctrinam Prophetica[m] fide complectentis: ipse verò exorsus à Mose & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso scripta erunt. Timotheus Christo nomen dederat. Ei mandat Paulus vt attendat lectioni sacrarum literarum quas à puero didicerat, & vult eum in illis permanere: eamque Scripturam (quam tu hæctenus de veteris Testamenti libris solam interpretabare) ait diuinitus esse inspiratam, & vtilem ad docendum, refellendum, &c. Petrus edicit Christianis exemplo suo vt sermonem propheticum habeant firmum, eique attendant veluti lucernæ splendenti. Hæcine non sunt Verbi scripti testimonia iis oblata qui Christo nomen dederunt? Neque te tandem pudebit, miser Apostata, impudentiæ tuæ?

## SECUNDVM ABSVRDVM IESVITARVM.

*Impiorum hominum qui Scripturis omnibus fidem derogant, insolentia comprimi non potest sine autoritate Traditionum non-scriptarum: ac proinde Verbum Scriptum non satis valet nisi Verbi non-scripti adiumento fulciatur.*

## SVMMA RESPONSIØ.

*Vt Scriptura planè utilis est ad doctrinam, ita ad redargutionem: ac proinde omnes errores aduersus veritatem nati è Scriptura deprehendi & refelli debent & possunt.*

Illa autem Responsio his à me rationibus firmabatur, & illustrabatur priori libello meo.

PRIMA, ab ipsius Ecclesiæ Catholicæ usu exemplo, quæ veritatis hostes per Scripturam futauit.

SECUNDA, è Veritatis in Scriptura expressura & vi, quæ æternam habet immotamque eandem atque certitudinem.

TERTIA, ab absurdi siue incommodi demonstratione, duobus modis. Si enim Dei per Prophetas & Apostolos suos loquentis autoritas non valet ad conscientias permouendas, quomodo hominum valebit autoritas? Et, Ecquærit hominum cōscientiis quies in sola hominum autoritate? Quæ duo absurda necessariò conueniuntur è Iesuitica doctrina quæ statuit, Verbum Dei ex Ecclesiæ iudicio pendere. Ecclesiam enim ex hominibus constare, minimè dubium est.

AD HÆC quidnā Hayus exceperit, videamus

#### HAYVS.

*Inania tua commenta prodis, Minister, quæ ad doctorum hominum manus peruenerint, garrulam te φλυαρίωτα arbitrabitur. Quàm male autem vobis (qui soli scripto Verbo vos adherere profitemini) cesserint susceptæ cum Trinitatis & Baptistis disputationes, libri vestri uniuerso modo testantur. nam ad Ecclesiæ autoritatem confugi-*

Pag. 141.

#### SERRANVS.

Quandoquidem res tibi defunt, parcior es, te

fuita in conuitiis, quæ ad rerum penuriam supple-  
 menta maiores vestri vobis esse voluerunt. Perge  
 igitur animosè has tibi proprias machinas mihi  
 opponere. De tuis enim siue meis nugis è re ipsa  
 cordatus Lector iudicabit, institutalque à nostris  
 hominibus aduersus Anabaptistas & Trinitarios  
 disputationes leget, vt primo te aditu arguat vani-  
 tatis & dementiæ, tuoque etiam testimonio:  
 quum fatearis nos esse hæreticorū hostes, & nos  
 tamen hæreticos subinde appelles. Ecclesiæ pro-  
 fecto autoritatem cum Verbi Dei autoritate con-  
 iunximus, vt res necessario vinculo coniunctissi-  
 mas: quia nouimus veram Ecclesiam Dei, voce  
 Sponsi sui esse eruditam. Ex huius quoque Eccle-  
 siæ corpore non esse proferis, cuius nos autera  
 in pretio habere confiteris. O magnam vim ve-  
 ritatis, quæ suos hostes cogit ad sui confectionem  
 reluctantes! Verùm vt vt aures obtures, non de-  
 erit Domino malleus, quò tuum caput confrin-  
 gat. Verùm de re ipsa.

Arma Ie-  
 suitica,  
 rerum  
 penuria.

Hayi de  
 nostris Ec-  
 clesiis cõ-  
 fessio.

Mea hæc erat ratio, Ecclesia orthodoxa hæreti-  
 cos confutauit per Scripturas. Ergo Scripturæ ad  
 hæreseon refutationes satis valent. Quid tu ad  
 hoc argumentum?

---

H A Y V S.

*Quod scilicet scriptitelo Concilia illa à te com-  
 memorata, Hæreticos confoderint, probare non po-  
 teris.* Pag. 141. vsque ad 144.

---

S E R R A N V S.

Tu tuo quidem more fugas nectens, quatuor  
 paginas totas peregrinarum probationum, & in  
 alium quidem quàm debuit finem allatarum, tes-

cellis præuicator infercis : at vt de tua fidelitate iudicare possit , tuam illam congeriem periculis complectar.

## HAYI ARGVMENTVM

*quo probare instituit, Verbum Dei ad hereseon refutationem nõ satis valere*

*Si verbum Dei ad hereseon refutationem satis valeret, quatuor illa primaria orthodoxæ Ecclesiæ Concilia, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Chalcedonense, Ecclesiæ autoritate nunquam fuissent vsa.*

*Atqui quatuor illa Concilia, Ecclesiæ autoritate fuisse vsa ad hereses refutandas conspicuum est ex ipsis Conciliorum illorum actibus.*

*Ergo Verbum Dei ad hereseon refutationem non satis valet.*

Argumentum autem illius tui inductio longè ambagibus effusa, variis quoque erroribus exornatur.

Primus error est, IGNORATIO ELENCHICÆ. que enim vel modò negamus, vel vnquam negauimus, Ecclesiæ autoritatem, eique cum Scripturæ conuenire posse. Magnam Ecclesiæ autoritatem & tota hæctenus disputatione agnouimus & nos agnoscimus. Fatemur itaque Patres orthodoxos & Concilia orthodoxa, Ecclesiæ Catholice consensum impiõrum hominum furoribus prouociter vtiliterque opposuisse. Quidnam igitur, magis antiquator, cum laruis dimicas, & in remine dubia cumulas testes non-necessarios: Id quod

Admittimus Ecclesiæ consensum, Scripturæ autoritate firmatum: Iesui-

dem vobis Iesuitis vernaculum propriumque est, ut novarum rerum fascinis imperitorum oculis illudatis: at nobis sunt nota aduersus artes veras *ἀλεξίφάρμακα* & amuleta. Hoc queritur, An Verbum Dei Ecclesie autoritate indigeat ad supplementum. An Ecclesie autoritas Verbo Dei indigeat ad firmamentum. Primum tu affirmas, nos negamus: secundum tu negas, nos affirmamus. Ita *ἀπ' ἀπαιτίας* pugnant sententiae nostrae. Nos quidem in hac disputatione saepe inculcauimus, Magnam esse verae Catholicae Ecclesiae autoritatem, sed eam totam Verbo Dei inniti. Tu contra affirmas, Verbum Dei ab Ecclesiae autoritate & iudicio pendere. At quum hac de re centies sit disputatum, cur modò quasi non noui operis nuntiatione idem putidè inculcas, & toto caelo toraque via aberras? Cum hac igitur rei primariae ignoratione connexus est.

Secundus error, PETITIO PRINCIPII, & Petunt principium. crasse quidem inculcata. quasi enim probasses Ecclesiae autoritatem sine Verbo Dei constare posse, imò Verbum Dei ab illa pendere, ita Patrum orthodoxorum affers testimonia: quae sine Verbo Dei nulla sunt, neque valere sine Verbo Dei quicquam posse, pij Patres vnquam voluerunt. Itaque hinc propagatur.

Tertius error, DIVISIO. discerpis enim res Res coniunctas diuidunt. suapte natura coniunctissimas, perinde ac si adificium à fundamento suo diuelleres. Substernitur Verbum Dei, vt fundamentum: Ecclesiae ex Verbo Dei eruditae autoritas ei superstruitur, eiusdemque veritatis firmamento innixa Ecclesia, est columna & firmamentum Veritatis: sicuti à nobis supra explicatum est suis locis.

Quartus igitur error est, DICTIONIS OBVER Concilia nihil no-  
tio, quam *τὸ ἄλλο τὸ ἕτερον ἀπ' αὐτῆν* appel-

ta, Scri-  
ptura Ec-  
clesiae au-  
toritate  
volunt  
inniti.

Petunt  
principium.

Res con-  
iunctas di-  
uidunt.

Concilia  
nihil no-



ui attulerunt præter Scripturam, sed Scripturam e Scriptura exposuerunt.

lant. Quod enim omnibus illis à te impostis congestis testimoniis inculcatur de Ecclesiæ sensu & traditionibus, nihil aliud est quam ipsum quod Symbola ipsa Conciliorum præfatur, nimirum *Ἐκθέσις*, id est expositiones Scripturæ, siue veræ doctrinæ in sacra Scriptura ad Ecclesiæ salutem: Vel *ἡ ἐν τῇ συνόδῳ ἐκτεθειμένη*, *Fidei confessio in Synodo edita*. Hi enim sunt Synodorum tituli hæ verò præfationes accurate expositionibus illis præfiguntur, *πιστεύομεν* : & *καθολικῆ πίστεως αὐτῆ ὄραν*, *Credimus*, & *Fides catholica hæc est*, Symbolorum verò clausulæ eadem. Ecce verò fidem sine Verbo Dei imaginetur? Non igitur noua tela, magne Theologie, Patrum orthodoxorum in Conciliis expositiones, sed sine Scripturæ commentarij, Scripturæ planè eiusdem naturæ : quia eadem est planè Veræ hæreticorum strophas eludendas, tum ad intelligendam solidiùs Scripturam.

Quintus denique error est, *VITIOSUM* SEQUENS. quum enim idem Verbum, eisdem Verbi veritas in Conciliis, in libris Patrum orthodoxorum explicetur, planè est *ἀσυνλογιστον* sic argumentari: Patres in Conciliis vel in suis libris luculenta disertaque Scripturæ testimonia ad Ecclesiæ consensum autoritatèque adiungunt. Scriptura igitur non satis per se valet ad verum refutationem, sed indiget supplemento conditionum non-scripturarum. Sed quum eadem veritas ab Ecclesia in Conciliis explicetur, sic è Conciliis siue in libris suis hæreticorum errorem aduersus sempiternam Verbi Dei veritatem fabricatos eiusdem veritatis demonstratione cititer refutarunt. Ergo non alio telo quàm

ptura hæreses refutari possunt aut debent; ac proinde Ecclesiæ consensus & diligentia, veritatem fidei concreditam exponens atque defendens non nouum quoddam è nouo argumentario telum depromit, sed Veritatem è Veritate ructur.

Perperam igitur Hayus ALIUD TELVM quærit, & me reprehendit quòd dixerim, NON ALIO quàm Scripturæ telo hæreses & in celeberrimis illis Conciliis olim fuisse refutatas, aut etiamnum refutari commodè solidequè à quodam posse: quum non aliud Euangelium, alia veritas sit, sicuti neque alius Deus. Atque hæc quidem ad Hayi errores satis, ne palabundi hominis vsquequaque legam vestigia.

## HAYVS.

Augustinum tuum esse putas qui Hereticorum monstra ex traditionibus non-scriptis & Ecclesiæ ceremoniis creberrimè confutauit. Quòd si Doctore hic celeberrimus non aliò quàm scripti Verbi telo Donatistas iugulauit, quorsum spectat præclara illa oratio, qua Cyprianum sanctissimum Martyrem ab impietate excusat, quòd contra Ecclesiæ Christi consuetudinem statuerit ut ab hereticis baptizati denuò baptizarentur. Pag. 144.

## SERRANVS.

Non modò puto, Hay, sed plane credo, Augustinum verè augustum Theologum esse nostrum. At quorsum tot verborum plaustra, nisi vt reipla comprobes esse verum quod ille ait, *Vbi plus verborum, ibi verum minus est?* Tam enim vel patientissimum loquacitas tua obtudit: at tres modò paginas totas occupasti, vt ostēdas Augustinum vsum fuisse testimoniis Patrum orthodoxorum, & Ec-

Cothurni  
Iesuitici.

clesiæ siue autoritate siue consuetudine aduersus hæreticos: nec tantum Ecclesiæ Doctorem sententias, sed & cærimoniis inter Christianos sola Traditione non-scripta receptis hæreticos confutasse. Hæc est summa fastidiosæ illius farraginis conuictio telis & Thrasonicis vlularibus oppido quam glomeratæ. At ista sint profectò tuus Hay, his tu ipoliis exultato. Ad artem enim eliciendi nihil causæ est cur me reuoces. Nihil hic me eliciendum est nisi te è tuis latebris. Elicienda illam artem totam vestram esse, Transsubstantiatio abundè docet, qua non Christi modò corpus è cælo elicere, sed panem & vinum in corpus commutare vos posse profiteri. Sed auid bone Antiquator, quidnam tuis laruis respondeam.

Quatenus Augustinus vsus est testimoniis Patrum orthodoxorum.

Primum, Augustinum Patrum orthodoxorum sententias omnemque Ecclesiæ autoritatem hæreticis rectè opposuisse: quia videlicet verè Catholicæ Ecclesiæ & è Verbo Dei eruditæ magna est autoritas, quemadmodum sapius dixi: *ut iam non sit ferenda tua βασιλοῦσα*, quum idem millies ad nauseam inculces.

Secundum, eundem autoritatem illam eodem ordine attulisse quo consentaneum erat. primum enim argumentis è Verbo Dei petitis agit: deinde, adhibet consensum veræ Ecclesiæ è Verbo Dei eruditæ. Quod è testimoniis à te citatis perspicuum est, in quibus diserta Scripturæ verba asserunt Patres, ut doceant se nihil de suo dicere, sed profiteri solennem indubitatamque veritatem Verbi Dei.

Tertium, eundem quoque nec solam consuetudinem nec solas Ecclesiæ ceremonias opposuisse se nouitatibus hæreticorum, sed eam consuetudinem certis notis definiisse quæ cum veritate coniuncta

iuncta & à veritate propagata intelligeretur . id est, vt idem loquitur huiusce consuetudinis robur, quæ multis discussis ambagibus perspecta veritates plenario Consilio confirmata esset. Non igitur vel quamlibet vel solam consuetudinem. De sola consuetudine Cyprianus à te perperam citatus concionatur, Consuetudo sine veritate, vetustas erroris est. &, Si solus Christus

Sola consuetudo sine veritate.

Decret. t. parte distinct. 8. C. Si solus

Christus, prior fecit. neque enim hominis consuetudinem seque qui oportet, sed Dei veritatem. Et Augustinus, Veritate manifestata cedat consuetudo veritati, planè quis dubitet veritati manifestè consuetudinem cedere? Ex, Quum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem seque debemus: quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit. Cur igitur tu SOLAM CONSVETVDINEM, Antiquitatis nomine, Iesuita, nobis opponis? Solam quippe consuetudinem Cyprianus & Augustinus eam definiunt, quæ est sine veritate & ratione, id est sine Verbo Dei in quo veritatem rationemque solo inueniri qui negat, se veritatis rationis que expertem confitetur. De caerimoniis Ecclesie idem planè constituendum est: quæ si careant Verbo Dei, sunt inanes larvæ, inania simulara, vel insani mundi deliria vel impostoris Sathanae mendacia. Omnes igitur vestri exorcismi, omnes vestre exsufflationes, quum careant Verbo Dei (quo in Ecclesia orthodoxa olim, fidelibus conscientis testibus, animabantur ceremonie à piis Patribus institutæ) sunt hodie impurorù Spirituum terculamenta, rem enim ipsam quæ per illas significabatur, amifistis, solam effigiem imaginemque retinetis.

Quid igitur? Si tibi, Hay, qui loquendi artem factitas, qui in loquendo victoriam locas, molestum est omnia exscribere: quidni sis mihi nõ mo-

lestissimum ad tuas millies repetitas excantationes millies respondere: præsertim quum sine Lectoris, tædio id fieri nō possit? Apage igitur tuas thraſonicas ampullas Antiquitatis nominatim fucatas: Quòd si tibi nihil superest frontis, scilicet tamen tua scripta, dum ab eruditis legentur, et publicum monumentum ingenij tui: qui ex me responsionibus & locorum ipsorum collatione indicabunt, te vel insignem impostorem esse, vel ridiculum histrionem, quum in re seria vel probreris volens, vel aliena fide res tibi incomparitas obrudens, prolixè nugeris temeraria impertitia.

TESTIMONIA AUGUSTINI, DE LIMITATA AUTORITATE PATRUM ORTHODOXORUM.

QUATENVIS VERÒ & quantum suis scriptis tibi voluerit sancta Antiquitas, vnus Augustinus testabitur. Noli, inquit, *meis literis quasi canonicis scripturis deferre.* Ego igitur, Hay, non audeam hinc re aduersus tuas *ἰεροσολυμιτικὰς* siue *ἰεροσολυμιτικὰς* quas tu Antiquitatis simia è Patribus obrudis. Melior profectò sui suorumque collegarum testimoniorum laudat testimonia) interpretis est Augustini quàm tu, ἀρχιερωμένου Iesuita. Scripturæ enim Antiquitati qui debeat honor, distinctè dicitur orthodoxus Pater. Ego, inquit, *solis eis Scripturam quæ iam Canonici appellantur, didici hunc timorem hanc rēque deferre ut nullum eorum scribendo errasse credere.* Et, *Quis nesciat sacram Scripturam veteris quam noui testamenti certis terminis suis contentam præponi, ut de illa omnino dubitari & disceptari non possit, utrum verum vel utrum rectum sit, quicquid in scripturæ debetur. Nullusne Ecclesiæ? Alios (inquit, idem) ita lego ut quantalibet sanctitate quantalibet auctoritate polleant: non ideo verum putem quia ipsi ita scripserunt, sed quia mihi per alios autores vel canonicos vel prædicatos*

les rationes quod à vero non abhorret, persuadere potuerunt. Et, Episcoporum literas quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt vel scribuntur: & per sermonem sorte sapienterem in ea re cuiuslibet peritioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem autoritatem, doctorumque prudentiam & per concilia licere reprehendi, siquid in eis sortè à veritate deuiatum est. IDEM, Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire non liceat, scubi sortè aliter sapuerint quàm veritas postulat. In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere: Et siquid aliter sapitis, hoc quoque Deus reuelauit. Quid plura ex Hieronymo, Chrysofostomo cæterisque Patribus hac de re commemorem. quum vnus satis esse possit Augustinus ad hanc testandam veritatem, vt notemus summam Verbi Dei autoritatem deberi, hæc tamen vt Ecclesiæ autoritatem, sibi nimirum subordinatam, minimè impediatur. subordinata enim non repugnant. Hæcine verò non sunt clara, perspicua, luculenta? Summum Verbo Dei honorem ab Augustino deferri audis: secundum, Ecclesiæ: hac tamen lege vt ratum sit, indubitatum veritatem in Verbo Dei contineri, solam Scripturam esse regulam veritatis: ex qua de Ecclesiæ, id est de virorum Ecclesiasticorum scriptis fit iudicandum: hæc tamen nimirum vt illa esse vera constituamus, si cum Scriptura consenserint: falsa verò, si deflexerint, ac proinde indigere emendatione. Non maiorem suis scriptis autoritatem tribui sancti Patres voluerunt. Quale igitur est noui Doctoris istius acumen qui nouam iurisdictionem Patribus nolentibus attribuit?

IN SUMMA, verum est, suam & Patrum orthodoxorum & Conciliorum orthodoxorum scriptis autoritatem constare: at falsum est, Vel illum sine Verbo Dei constare posse, vel nouam vel cõ-

Tom. 2. p.  
2. Quæst. 1.  
art. 2.

trariam esse: atque adeò non valet consequenti-  
Augustinus Patrum siue Conciliorum testimoniis  
citauit. Ergo sola Scriptura non sufficit vel ad de-  
cendam veritatem vel ad refellendum mendacium  
quum vna sit veritas, cuius indubitatum autogra-  
phum est in Verbo Dei, consensus & explicatio  
in scriptis Ecclesiæ: in quibus (vt Thomæ verbis  
vtar) *nihil est additum sacræ Scripturæ, sed potius e factum*  
*Scriptura sumptum est, quicquid est.*

## H A Y V S.

Obiicis postea nostris Scholis stupidam nesciam  
quam *ἔκρυψαν*, Fortasse hac græca voce implici-  
tam vulgi fidem (de qua Scholastici loquuntur) quæ  
Magister tuus Calvinus exagitat, intellexisti.  
Quod si probauero eum non potuisse sine mendacia  
contra illam disputare fortassis & tua corruet *ἔκρυψαν*.  
Nemo est Scholasticorum qui scripserit  
idem Implicitam esse, vt hic *ἄρρητος* negat.  
Audi quid de ea sentiant Scholastici ex B. Tho-  
mæ scriptis, que te nunquam legisse facile est ex tua  
infortia conicere. Pag. 147. & 148.

## S E R R A N V S.

*ἔκρυψαν* quidnam ego appellem, è meis ver-  
bis satis constat: sed tu, dum linguæ indulges, ani-  
mum à re auertis. De re tamen ipsa primum: et  
de tua in Calvinum calumnia commodius iudi-  
cetur.

Lib. 3. in-  
stit. cap. 2.  
§. 2.

CALVINVS Fidei definitionem exponens,  
Scholasticos reprehendit qui Fidem sic definiunt,  
vt eius fundamentum planè conuellant: quum  
videlicet id velint tanquam certum indubita-

tumque oraculum recipi, quod Ecclesia, id est Pō-  
 tifex Romanus, credendum perscripserit, vt minj-  
 nē sit cui libet fas quærere, cur ita sit constitutū:  
 sed satis sit Christiano dicere, Credo quod sancta  
 mater Ecclesia credit. Id ipsum autem est in quo  
 oratio nostra versatur. Caluini autem illud esse  
 consilium, ex ipsius verbis eodem in loco appa-  
 ret. *Verum (inquit) hoc prætextu ignorantiam humi-  
 litate temperatam Fidei nomine insignire, absurdissimum  
 est, fides enim in Dei & in Christi cognitione, non in Eccle-  
 siæ reuerentia iacet. Et videmus qualem labyrinthum ista  
 sua implicatione sint fabricati, vt quiduis nullo cum dele-  
 ctu, dum sub Ecclesiæ obtrudatur titulo, ab imperitis instar  
 oraculi arripiatur, interdum prodigiosissimi errores. Quæ in-  
 considerata facilitas, quum certissimum sit in ruinam præ-  
 cepitium, ab iis tamen excusatur: quia definitè nihil credat,  
 sed apposita conditione si talis Ecclesiæ sit fides. Hæc ipsa  
 sunt Caluini verba, quibus nihil potuit distin-  
 ctius illustriusque dici. An autem hæc sit Ecclesiæ  
 Romanæ de fidei doctrina, ostendendum est. Ac  
 ne infinitos Scholasticorum mæandros ad eamus,  
 vos Thomas ex yniuerso illorum grege tâquam  
 Scholæ Dictator nobis oppositus, & ipsi Iesuitæ  
 qui nobiscum hac de re contendunt, communem  
 illam Scholasticorum doctrinam explicabunt.  
 Illis testibus tota dirimetur controuersia.*

POSTquam Thomas de fide, quantum ad e-  
 ius obiectum spectat, disputauit, illiusque obie-  
 ctum dixit esse *Veritatem primam*: doctrinæ illius  
 suæ vsus demonstrans, quod Deo Veritatis pri-  
 mæ autori ipsiusque Verbo agnouerat, tandem  
 nouis cancellis circumscribit atque coarctat, hoc  
 nexu: *Quum veritas fidei in sacra Scriptura contineatur  
 diffusè & variis modis, & in quibusdam obscure, ita quod  
 ad eliciendum fidei veritatem ex sacra Scriptura requiritur  
 longum studium & exercitium, ad quod non possunt perue-*

Scholasti-  
 corū opi-  
 niones de  
 fide impli-  
 cita.

Thomas  
 in Summa  
 Theol. 2.  
 part 2. Q.  
 1. art. 9.



nire omnes illi, quibus necessarium est cognoscere fidei veritatem: quorum plerique aliis negotiis occupati, studia vacare non possunt: & ideo fuit necessarium ut ex sententiis sacrae Scripturae aliquid manifestum summarie colligeretur, quod proponeretur omnibus ad credendum. Illud verò esse Symbolum, autoritate vniuersitatis Ecclesie editum, idem Thomas pronuntiat: & rationem affert, Quod vniuersalis Ecclesia non potest errare. Quomodo verò fidei veritatem proponat Ecclesia, idem è sua sententia ostendit, Editis, inquit, Symboli facta est in Synodo generali, sed huiusmodi Synodus auctoritate solius summi Pontificis potest congregari. Ergo editio Symboli ad auctoritatem summi Pontificis pertinet. Quoniam verò sit illud, Proponere primam veritatem, Thomas porrò explicat: Finaliter determinatur ea quæ sunt fidei, ut ab omnibus inconcussa fide teneantur. Hæc autem pertinet ad auctoritatem summi Pontificis, & Quæstio de fide ex orta determinatur per eum qui toti Ecclesie præest: ut sic eius sententia à tota Ecclesia firmiter teneatur: & ideo ad solam auctoritatem summi Pontificis pertinet noua editio Symboli: sicut & alia quæ pertinent ad totam Ecclesiam, ut congregare Synodum generalem, & huiusmodi. Ita fundamentum siue regula fidei è Thomæ doctrina, est Pontificis summi auctoritas & determinatio. Quidnam autem sit CREDERE, explicat idem, Assentiri aliquatenus, dubitare suspicari, opinari. Hæc est Thomæ opinio de fide. Actus iste (inquit) qui est credere, habet firmam adhesionem ad vnam partem, in quo conuenit credens cum sciente & intelligente: & tamen eius cognitio non est perfecta per maximam visionem, in quo conuenit cum dubitante, suspicante, opinante. Hæcine verò, Hay, est fidei persuasio, hæc certitudo quam Apostolus tantopere prædicat: an potius crassissima ignorantia quam tuis Scholasticis ut vernaculam assignat Calvinus? Sed quidnam tui Magistri hac de re constituerint? Hay.

Ibidè idè,  
Artic. 10.

Eadè parte  
Quæst.  
2. art. 1.

Hay, videamus. sic enim vester Catechismus.

Pro sacrosanctis habenda, firmissimæque fide complectenda sunt, quæ Spiritus sanctus credenda nobis reuelat pronuntiatque per Ecclesiam sine scripto illa sine viuæ vocis traditione nobis commendentur. Et, Horum (id est Ecclesiæ ministrorum) autoritas cum aliis tum in sacris Synodis quam maxime cernitur, ubi de fide ac religione illi non modò definire quedam, sed suo etiam iure ac pro autoritate Apostolica contestari possunt ac dicere, Visum est Spiritui sancto & nobis. &c. Hæc igitur est vestra fides quæ Papæ decreta vt Spiritus sancti oracula amplectitur, quippe qui de omnibus iudicata neque à nemine iudicatur. Hoc fundamento hominum fidem inniti volunt Scholastici. Ex quibus perspicuum est quænam sit & Thomæ & cæterorum Scholasticorum opinio de fide implicita. Rectè quidem ille exposuerat discrimen fidei implicitæ & explicitæ è doctrina Scripturæ & Augustini: at dum summam autoritatem tribuit Pontifici Romano decernèdi de rebus fidei, ècquis non videt illum desciscere à primæ veritatis principiis quæ initio agnouerat? Si enim prima Veritas est obiectum fidei, & prima illa veritas in Scripturis continetur, & Symbola doctrinæ sacræ conformantur è sacra Scriptura: quomodò verum esse potest, rerum credendarum summam autoritatem potestatemque esse penes Põtificem Romanum, vt nefas sit Christiano disquirere cur ita Pontifex constituerit? Mendacium cum veritate implicari in hoc fidei implicitæ commento, luculenter animaduertit Lector, qui de rebus explicatè & solidè iudicabit. Si nihil est denique in religione Christiana certi quod non pendeat è Pontificis Romani autoritate & sententia, certè illius Principis, à quo omnes subditi ita pendent vt pro omni ratione ipsis sit satis, IPSE DIXIT, mandatis

respondere nemo audeat, sed quicquid dictauerit  
nullo præiudicio omnes amplectentur.

Hanc esse Scholasticorum de fide implicita sen-  
tentiã quum sit verum, ecqua fronte, Iesuita, mea  
daciũ Caluino obicitis, quasi nemo Scholastico-  
rum hæc non scripserit: ecqua tu fronte optimum  
moderatissimũque virũ vocas *απειρολόγρον*, eũ-  
que ais nugari, nisi vt te Epicureũ prodas, quum  
tibi eẽdem sannæ ab Epicureis Paulo obiecte pla-  
cuerint? Perge verò his argumentis veritatem op-  
pugnare, vt dum bonorum virorum sannæ obla-  
tras, canem te prodas. id est ex illorum hominum  
genere, quos propter virulẽtam maledicentiam,  
canes appellant Apostoli: ne flagitij tui veram in-  
dicationem, conuitium esse responses.

## HAYVS.

*Tu scribis, vt prouerbiũ habet, quicquid in buc-  
cam venit. nullum enim penitus ordinem seruauit.*  
Pag. 148.

## SERRANVS.

Ordinis  
indicatio.

At tu audacter negas quod nescis. Ordinem in  
his verbis meum peruidet, ordinata ingenia.  
Iesuiticum est, andabatarum in morem oberrare.  
Ordinis mei œconomia perspicua est, ne quæram  
hic demonstrationem non necessariam. In hac  
autem secundi Absurdi responsione sic progre-  
dior vt indicatis rationibus quibus Resposio mea  
innititur, exceptionem eam diluam quæ fieri à  
veritatis aduersariis solet, *Quis fiat vt infideles Verba  
Dei minimè complectantur?* Respondeo, Non doctri-  
næ, sed ingenij cui doctrina proponitur, vitio, il-  
lud esse tribuendum. Eam autem distinctionem  
pono

pono quæ Thomæ etiam ipsi peruulgata est, *Ex parte rei ipsius creditæ; & Ex parte nostri.* Hanc autem instituto meo accommodo. Hoccine est, *Serpentes aubus geminari, tygribus agnos?* At Iesuiticum est, in somnia fingere.

H A Y V S.

*Hanc tuam à Caluino mutuo accepisti doctrinam, imò & verba prope singula ut in eius Institutionibus videre licet. Pag. 149.*

S E R R A N V S.

Equidem accepi. Hoccine verò magnum crimen vocas? Præstaret te boni præceptoris vestigia persequi, quàm inani temeritate euagari, dū cerebro confidis inconsul us icarus. Veræ Logices axioma est, *Δεῖ τὸν μανθάνοντα πιστεύειν.* Certè magnus Philosophus præceptoris sui verba ipsa sæpe exscribit. Eruditi præceptoris mentem & verba qui in se transformat discipulus, non meretur reprehensionem: si verum est quod mandat Apostolus Timotheo suo, ut sanorum sermonum formam diligenter persequatur.

Tricæ  
Hayanæ.

H A Y V S.

*Nihil in Theſibus nostris quas improbandas suscepisti, Minister, de Lesbia tua regula legisti. Nihil Scripturis sacris verius, certius & firmitus inueniri posse confitemur. Pag. 148.*

S E R R A N V S.

*Theses tuæ eos damnant qui arbitrantur Scri-*

Iesuite id  
negant  
quod ma-  
ximè fa-  
ciunt.

Scriptura  
est Iesui-  
tis, regula  
Lesbia.

pturas ad fidem confirmandam satis posse. Hoc  
cinè non est Lesbia regulam appendere? Si e-  
nim Scriptura sacra, non est regula fidei: equan-  
regulam dirigendæ fidei comperiemus? Si tradi-  
tiones non-scriptæ veniunt in supplementum Scri-  
pturæ, quomodò Verbo Dei sua constabit autori-  
tas, id est, quomodò de vestra sententia, Verbum  
Dei non erit Lesbia regula? Dicam aliquid am-  
plius. Quum sis Iesuita, Iesuitarum doctrina con-  
uincendus es. Si sacra Scriptura est doctrina im-  
perfecta, mutila, manca: si non omnia continet  
quæ ad salutem, fidem & mores pertinent: si in il-  
lis quæ continet & proponit, est veluti nasus ce-  
reus, non præbens certam aliquam & immotam  
sententiam, sed quæ in quamuis interpretatio-  
nem flecti potest, (quemadmodum scripta vestra  
disertè affirmant) quomodò Verbum Dei non e-  
rit vobis Lesbia regula? Pudet te mendacij in-  
mendacio deprehensum: & tamen amas menda-  
cium, mendaciisque comitem impudentiâ. Quòd  
si verè profiteris nihil esse Scripturis sacris verius  
certius firmitusque, cur hætenus affirmabas, hæc  
eam obscuram esse & incertam, & traditionum  
non-scriptarum adiumento indigere? Sunt hæc  
Iesuitarum præstigix ἀλλοτρίων λόγων, idem modò  
negantes, modò affirmantes: at semper mendacij  
famulæ, mendacij lænæ.

#### H A Y V S.

Catholici porro docent Ecclesie Christi munus  
& officium esse docere, qui libri pro sacris habendi  
sint. Quod quum facit, libros approbare dicitur, non  
enim Approbandi vox nouam aliquam diuinam  
Scripturis (quas tu solas Verbi nomine intelligis)

vim autoritatēque tribuit. nam Scripturarum veritas plerumque hominibus est incognita, propterea necessaria fuit Ecclesie auctoritas, cuius vi & pondere mortales scriptum Dei Verbum ab Apocryphis libris distingui cognoscere. Pag. 149.

## S E R R A N V S.

Perdifficile est è mala causa bonam facere. Astat Hayus veritatis illius quam in Ecclesia olim perceperat, conscientia conuictus. quid enim est impudentius, quàm dicere, salutem nostram hominum arbitrio inniti? Hoc verò in Papatu constitui perspicuū est. illius enim autoritatis quam Ecclesie deberi Iesuitæ affirmant, hoc primum est caput, ut Scripturas canonicas ab apocryphis, & veras ab adulterinis distinguat. Hayus autem dicit Ecclesie munus esse docere, qui libri pro sacris habendi sint. quod quum facit, libros approbare dicitur: *Approbandi* autem voce, non novam aliquam vim autoritatēque divinis Scripturis tribuit. Atqui hinc variè prævaricatur.

In opere catechistico Canis. De præceptis Eccles. ca. 15.

Primum enim ludit in vocabulo *ἐκκλησία* Ecclesie, sicuti sæpe diximus. at scita ei solennisque est principij petitio. quid enim Ecclesie nomine quàm Ecclesie aduersariam intelligit?

Abfurdorum congeries.

Deinde, non videt se contra Dominæ suæ doctrinam loqui? si enim *Approbare*, non est iudicio arbitrioque suo discernere aliquid & constituere prævaricatur Concilium Tridentinum, (ut cætera omnia Concilia prætermittam) quod quum Scripturæ sacræ catalogum recenset, *DECERNENDI* voce sic vitur, ut omnes eos qui contrà aut sentiant aut loquantur, iubeat esse Anathema. Hoc est sine autoritate loqui, nudumque consensum iudicare?

Denique, eodem in loco non sentit se affirmat  
quod negauerat, ait enim *necessariam propterea ad  
Ecclesie auctoritatem, cuius vi & pondere mortales scrip-  
ptum Dei Verbum ab Apocryphis libris distingui cogno-  
rent*. Si necessaria est Ecclesie auctoritas ad Scrip-  
tura libros distinguendos, ecquis non videt geni-  
nam auctoritatem Verbi & Ecclesie. Quod si illi  
libri Scripturæ sunt authentici quos recipit Eccle-  
sia, ecquis quoque non videt illius auctoritatem  
ab huius auctoritate pèdere: quum sine hac illa sit  
nulla? Vel falsum est & eumentum, quicquid de  
precaria illa Scripturæ eam ab Ecclesia mutuantes  
auctoritate garrunt Iesuitæ. Vt enim verum est  
Ecclesiam esse columnam veritatis, ita quoque ve-  
rum est, eam columnam in Prophetarum Aposto-  
lorumque scripturis fundatam atque stabilitam:  
quemadmodum à nobis est hæcenus suis in locis  
abundè explicatum.

Quò te æstus, Hay, transuersum rapit, dum infi-  
nitam quæstionem propagas? Usquequò claudi-  
cas in duas partes? Si Dominus est Deus sequere  
eum: Si verò Baal, ito post ipsum. Durum est  
tuus. xiv.

---

H A Y V S.

Quum verò videam te in Theologicis & Phi-  
losophicis studiis planè *Ænigora & peregrinum*,  
exemplo rem demonstrare conabor. Dubitatum  
est aliquando de statu animarum post mortem,  
quam dubitationem sustulit Ecclesie auctoritas, cū  
desinit eorū qui à peccatis mortiferis liberi, ex hac  
vita excefferunt animas, si nulla pro peccatis ad-  
missis persoluenda subesset pœna, aterna beaticu-  
dine mox donari: licet Calvinus tuus impiè sentiat,  
solius

*solius Christi Domini animam cœlum incolere, ac apud inferos nullius mortalis animam ante mundi finem excruciarî. Certè hæc Ecclesia de animarum statu sententia, non fecit ut hominum anima bearentur sed tantum hoc præstitit, ut Christiani quid de re antea controuersa, deinceps sentiendū esset, intelligerent. Pag. 149.*

SERRANVS.

At ego te, Theologophilosophe, etiam atque etiam rogo, ut patiaris me nouū & peregrinum hominem, demonstrationis illius tuæ vim expendere. Debent ignota aut minus nota per nota aut notiora probari. Ceddò verò ecquonam est exemplum illud tuum? Incertam vis esse sententiam de animi immortalitate sine Ecclesiæ autoritate. Quonam verò argumento? Eorum (inquis) qui à mortiferis peccatis liberi ex hac vita excesserūt animas, si nulla pro peccatis admissis persolueda subesset pœna, æterna beatitudine mox donari. Da mihi veniam, Hay, ista mysteria tua non intelligo. Dubitationem vis tollere, & auges dubitationem. Expectabam categoricam autoritatem audio hypotheticam. Si nulla (inquis) pro peccatis admissis subesset pœna, animæ æterna beatitudine donabuntur. Ergo animi immortalitas hac conditione innititur. Quid si pro peccatis admissis persolueda subsit pœna, non erit anima immortalis? Non sum vestrarum rerum adeò impertitus, quin intelligam, ex hac vestra hypothese, persolui pro peccatis admissis pœnas in Purgatorio. Quid si adeudum fuerit Purgatorium animabus illis propter peccata illa sua obgratis, nullane tuo iudicio erit animarum illarum immortalitas: vel si quæ Purgatorium prætergredientur,

P aradx  
Hayanū,  
Incertam  
esse animi  
immortalitatem  
sive  
autoritate  
Ecclesiæ.

“  
“  
“  
“  
Iesuitica  
probatio  
de animi  
immortalitate.

Blasphemū  
sive ridiculū  
argumentū.



vt ad Inferos ferantur præcipites, nullane & ab  
perditis animabus supererit immortalitas? Tria  
gitur hypothesis, magne Mystra, non animi immor-  
talitatem statuit, sed mortalitatem. Vel extingui  
debet purgatorius ille tuus ignis, vel si ardet, per-  
ribunt per te animæ. Siccine non poterit constare  
animi immortalitas cum tuo Purgatorio: vel ali-  
lane erunt alia argumenta ad fidem astruendam  
immortalitatis: neque te pudet, Iesuitarum cogita-  
tissime, tuæ impudentiæ?

Argumen-  
ta *in* in  
Scriptura  
de animi  
immorta-  
litate.

Peruaserat priscis temporibus apud omnes ho-  
mines certa constansque persuasio de animi im-  
mortalitate. Hanc apud omnes sanos sententiam  
Plato sic illustravit in Academia, vt etiam si nullæ  
adessent rationes quibus astrueretur, de ea ratio-  
dubitandum non esse, disertè pronuntiavit. Hi-  
primigeniæ Veritatis decreta dictabat Natura et  
ethnicis hominibus: at quæ lux in tenebris luce-  
non ita satisfaciunt mihi rationes illæ à Philoso-  
phis tractatæ, quin subint permulta quæ ex-  
aduersus eas possent. At quæ lego Scripturas, tum  
verò plena, certa, indubitata, immortalis, certis  
immortalibusque principiis innixa demonstra-  
tio, animum meum ita accendit atque inflamma-  
uit, vt non modò de animorum nostrorum im-  
mortalitate nihil dubitem, sed in his etiam rebus  
certa indubitataque illius immortalis felicitatis  
quæ in cælo animos nostros immortales mater-

Gene. 1. 16

pignora verè habeam. Lege in Mose, *Creauit Deus*

Gene. 2. 19

*hominem ad imaginem suam, & ad similitudinem suam.*  
Qui verò imago Dei immortalis in homine mor-  
tali constat, nisi in anima immortalis? sic enim Mo-  
ses mortale & immortale distinctè docet, *For-*  
*mauerat Deus hominem e puluere terre, inspiraueratque in*  
*faciem eius spiraculum vite, & fuit homo in anima et*  
*uenem.* At ex ore Christi, per quem immortalis a-

nima creata est, audio oraculum in Euangelio, *Deus non est Deus mortuorum sed viventium*: ac proinde Mat. 22. 32.  
 de Patrū iā olim mortuorū immortales vivere in  
 cœlo animas. Eiusdem Christi verò dulcissimas  
 voces, *Ascendo ad Patrem meū & ad Patrem vestrum,* 101. 20. 17.  
*& Deum meum & Deum vestrum*: & in ipso mortis  
 curru, *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Luc. 23. 43.  
 Scriptura nē repetam, non modò animi immor-  
 talitatem, sed corporis quoque post resurrectio-  
 nem immortalis futuri immortalē vitam didi-  
 cimus, vt *ὁ λόγος αἰῶν & ὁ ἀκαταρῆτος* ( vt inquit Aposto- 1. Thess. 5. 23.  
 lus ) animo & corpore toti, immortalitate per-  
 fruamur. Hæc verò Scriptura perspicuè docet:  
 quæ si tibi non sunt satis, ecquidnam affert tuæ il-  
 lius Ecclesiæ autoritas, vt omnem de animorum  
 immortalitate dubitationem sustulerit? C. 12.  
 dum Ioannem x x ii. dum Bonifacios Gregorios,  
 Iulios, Carafas, primaria autoritate in Ecclesia  
 illa pollentes, dum maximam vestrū partem qui  
 illius tessera signati estis, vel dubitantes de animi  
 immortalitate, vel immortalitatem planè negan-  
 tes Lector videt, non te miretur, Hay, qui dicas  
 nullam esse animi immortalitatem sine vllorum  
 autoritate qui eam negarunt: & quasi nullum ar-  
 gumētum in Scriptura comperiretur ad eam cre-  
 dendam, in Pontificis pectore firmiores rationes  
 inuestigare? Dum hæc scribis, risūne tenere tu-  
 pores, qui omnia quæ de animo & religione dicū-  
 tur, ridicula esse arbitraris? Deerunt scilicet in  
 Scriptura rationes ad animi immortalitatem de-  
 monstrandam, vt in aula Romana Hayi Apostatæ  
 ductu & auspicio, nos noui & peregrini homi-  
 nes eas comperiamus?

NAM quod de Caluino adiungis, est planè Ie-  
 suiticum, id est sycophanticum & virulentū. Cal-

Caluini  
sententia  
de animi  
immorta-  
litate, ex  
eo etiã lo-  
co quẽ il-  
li opponit  
Hayus

Caluin. li.  
3. inffit. c.  
25. §. 6. &  
in Psycho-  
pãnychia.

uinum de animo impiè sentire qui apud te-  
git, locum à te notatum adito, vt ad cætera re-  
gnis tuæ impudentiæ argumenta hoc quoque  
argumentum adiungatur sic enim ille professus est  
doctrinam de animi immortalitate, vt non er-  
credibile reperiri quenquam posse qui tam lucu-  
lentæ veritati auderet obstrepere. hæc enim sunt  
illius verba: *Nisi animæ corporibus exuta retinerentur  
essentiam, non dixisset Christus latroni, Hodie mecum e-  
ris in paradiso.* Tam claris testimoniis freti, ne-  
dubitemus, Christi exemplo, morientes commen-  
dare Deo animas nostras: vel exemplo Stephani  
tradere Christi in custodiam, qui non temerè ve-  
catur fidelis earum pastor & episcopus. Et, *Con-  
si simus his finibus diuinitus perscriptis, Animas piorsus  
litiæ labore perfunctas in beatam quietem concedere,  
lis præsentem esse Christum & eas recipere in paradysum  
cõsolationem recipiant.* Hòccine est, Lector, impiè sen-  
tire de animis fidelium, quasi solius Christi anima  
cælum incolat? Si præsens est Christus animis fi-  
delium, si eas secum recepit in paradysum, si mili-  
tiæ labore perfunctæ in beatam quietem conce-  
dunt, & id disertè Calvinus scripsit, nõ erit Hayus  
putidæ calumniæ reus? De reproborum anima-  
bus idem ibidem dixit, *Cruciatus quales merita sunt  
perpeti: &, Reprobis eandem esse sortem dubium non re-  
quam Iudas Diabolis assignat, vinctos catenis teneri, vt cæ-  
tera præmittam à libro peculiari quẽ Psycho-  
pannychiam inscripsit, cum quòd è libro ipso ca-  
lumniæ redargutio cõmodiùs institui possit, tum  
quòd hæc præter re à Iesuita ingerantur vt nonis  
diuerticulis eludat rei primariæ veritatẽ. Hoc por-  
fito, negat Calvinus fas esse cuiquam de statu &  
loco animarum post hanc vitam curiosius inquirere:  
eòsque reprehendit qui se torquent disputando quem locum occupent animæ, & an cæle-  
sti*

illi gloria fruantur necne. Esse enim stultum & te-  
 merarium de rebus incognitis aliis inquirere  
 quam Deus nos scire permittat. Sciendi autem re-  
 gulam uodumque esse Scripturam. Certè quum  
 Scriptura vbique iubeat pendere ab expectatio-  
 ne aduentus Christi, & gloriæ coronam eousque  
 differat, quum nos totos ei gloriæ destinat, ecquis  
 non videt plenam non esse gloriam quandiu cor-  
 pora nostra ab animis nostris seiuncta atque se-  
 parata dormiunt. De loco non minus inepta &  
 furilis quæstio est, quando scimus non eam esse a-  
 nimæ dimensionem quam corporis. Hæc Cal-  
 uinus. Insaniunt igitur Iesuitæ, qui Paradisum pi-  
 cturis repræsentant, & Inferorum pœnas distin-  
 ctis carceribus depingunt. id est, qui vanissimis  
 commentis oculos animosque hominum fasci-  
 nant. Atque hæc quidem præclara mysteria animi  
 immortalitatem solidè astruunt.

## H A Y V S.

*Non satis Caluini tui stupiditatem incredibi-  
 lem deplorare possum qui ut Catholicorum que-  
 stionem respondeat, in eos se difficultatum la-  
 queos induit, ex quibus eum nunquam expedies,  
 cum ait: Quod autem negant, Vnde persuade-  
 bimur à Deo fluxisse Scripturas, nisi ad Ec-  
 clesiæ decretum confugiamus? Perinde est  
 ac si quis roget, vnde discamus lucem discer-  
 nere à tenebris, &c. Nemo est mortalium ( mo-  
 do aspectus sensum habeat ) qui lucem à tenebris  
 non distinguat. Quare si vera est hæc Caluini re-  
 sponsio, de Scripturarum veritatis sensu, nemo nisi  
 à mente inops, dubitabit. Nihil ergo prohibere  
 video quominus Iudæi & Turcæ ac barbara gen-  
 C. ij.*

tes ad Christianam religionem se sponte adhibent  
 præter Codicum sacrorum inopiam. nam idem  
 Magister tuus ait, Vbi sermonem Dei esse  
 proponitur, in confesso est tam deplorata  
 daciæ, nisi fortè & sensu communi & huma-  
 nitate quoque ipsa destitutus, qui fiden-  
 tenti derogare aufit. Sermone autem  
 Dei qui in Scripturis proponitur, nemo (si enim  
 Caluino credamus) dubitare poterit. Dissolu-  
 tionum, & cælestes illas spiritus motiones, ad quos  
 (cum se aliter expedire nouit) Caluinus tuus  
 fugit certissimis argumentis discutimus. Page 11

## S E R R A N V S.

Tricæ  
 Hayanæ.

Terrifica audis, erudite Lector, Caluini  
 stupiditatem deplorat Hayus: at seipsum corrigem  
 eam appellat incredibilem. & rectè quidem.  
 quis enim etiam Romæ, Caluinum credit  
 stupidum? Mihi igitur potius quàm tibi creditum  
 sunt etiam tui, acutissime Doctor, Pontificem  
 manum videlicet, cuius iudicio tuum iudicium  
 debet submitti, hanc Caluini quam prædicam  
 ue stupiditatem siue apoplexiam, grandi præ-  
 emercaturum fuisse. Verùm quænam illa sit, ve-  
 deamus.

- “ Hæc sunt ipsa Caluini verba: Quòd autem re-  
 “ gant, Vnde persuadebimus à Deo fluxisse Scriptura  
 “ ras, nisi ad Ecclesiæ decretum confugiamus? Per-  
 “ inde est ac si quis roget, Vnde dicimus lucem à se-  
 “ cernere à tenebris, album à nigro, suauem ab ama-  
 “ ro? non enim obscuriorem veritatis suæ sententiam  
 “ Scriptura præ se fert, quàm coloris sui res alba &  
 “ nigra: saporis, suauis & amara. Hæc Caluinus  
 “ Hayus autem magnum inde absurdum colligit

gū: Fore nimirum vt omnes homines Scriptura-  
rum veritatem eodem iudicio sint percepturi,  
quo sensibus corporeis res corporeas verè perci-  
piunt: ac proinde barbaras nationes Christianam  
religionem amplexuras vltro suis viribus.

Respōdeo, Quum Calvinus loquatur compara-  
tè de vera sensuum perceptione, & de veritate  
Scripturę: debent hæc primùm omnium distingui  
in hac comparatione. Primùm, vt suum est sensi-  
bus corporeis iudiciū in perceptione rerum cor-  
porarum: sic animo suum iudicium constat in re-  
rum spiritualium comprehensione. Illæ enim sen-  
sibus, hæc animo percipiuntur: ac proinde, duplex  
est Veritas, sensuum vna, animi altera. Deinde,  
quò res corporeæ à sensibus corporeis verè per-  
cipiantur, debent esse sani & integri sensus corpo-  
ris: eadem quoque ratione animus debet esse sa-  
nus & integer, quò rerum spiritualium, quæ in  
Scriptura continentur, veritas verè percipiatur.  
Itaque de coloribus non rectè iudicabit cæcus  
oculus, neque de Scripturæ veritate ignorantia  
tenebris animus obcœcatus. Vitiosi igitur con-  
sequentiæ tui ruinas, Hay, non vides? Si enim ve-  
rum est, Sanus oculus videt: verum quoque erit,  
Cæcus oculus non videt: ac proinde in altera cõ-  
parationis parte, si verum est, Sanus animus verè  
iudicat de veritate rerum spiritualium in Scriptu-  
ra: erit etiam verum, Insanus animus non verè iu-  
dicat de veritate rerum spiritualium, quas com-  
plectitur Scriptura. Euerso fundamento, totum ar-  
gumentum, te etiam teste, collabitur. siccine enim  
in prima comparatione parte argumentareris?

*Omnes homines oculos habent, Ergo omnes homi-  
nes lucem à tenebris distinguunt.*

Manifestam exceptionem de cæcis ipse sentis.  
Num igitur rectiùs sic procedet argumentatio?

*Omnibus hominibus animus est integer & sanus  
omnes ergo homines de Scripturæ veritate ratiocinari  
care possunt.*

Achillei tui argumenti infirmitatem non ad  
maduertis, magne Theologe? Vera quidem est  
huius argumenti consequutio :

*Quisquis aspectus sensu præditus est, lucem à  
nebris distinguit. Maxima hominum pars Naturæ  
beneficio prædita est aspectus sensu. Lucem igitur  
nebris distinguit.*

De Scripturæ veritate non magis valeret con-  
sequutio.

*Quisquis animo integro est & sano, de Scripturæ  
veritate rectè iudicat.*

*Omnes homines Naturæ beneficio sunt animo  
integro & sano.*

*De Scripturæ igitur veritate rectè iudicant.*

Vera est maior propositio: minorem falsam  
negaret, num esset in Ecclesia ferendus? Nodi  
filum extricari iam sentis. At inuèro primordiale  
penitus tandem dissoluetur. Itaque

Varia  
Hayani ar-  
gumenti  
fallaciæ.

PRIMA fallacia est, *Ex falsa hypothesis* ponis enim  
Hominem beneficio naturæ omnem integro &  
sano animo esse, quum Natura nascamur filij  
brarum & iræ, cæci, mendaces: imo si quid in  
bis primæ illius Lucis reliquum est, variis  
nebris obuoluitur. Ratio illa siue intelligentia  
modò cæca est, sed luci Dei repugnat. Inutilis  
set luculentæ huius demonstratio. Ex leui hac  
dicatione eruditus Lector iudicet qualis sit  
fuit & Theologia, quæ euertit principia  
gionis Christianæ, & tum maximè quum an-  
cissimè triumphat: sicuti hoc loco Hayus qui Cal-  
uinum stupiditatis accusat, quum primæ verita-  
tis fundamenta docet. Primum igitur respondeo  
Latum esse discrimen inter sensuum efficaciam  
rerum

ferum corporearum perceptione, & animi vim in rerum spiritualium apprehensione. nam licet infirmata sit vis naturalis in homine post peccatum, iis quidem rebus quę ad corpus spectant & in communi vitę vsu versantur, ipsa tamen perstat Natura integra in sensuum corporeorũ ministeriis; at animum totum inuasit peccati lues, & in iis quidem rebus quę ad veram Dei & felicitatis suę cognitionem spectant. Certę animalis homo ( vt inquit Apostolus ) non est capax eorum quę sunt Spiritus Dei. sunt enim ei stultitia nec potest ea cognoscere, quia spiritualiter diiudicatur. Idcirco Iudę Turcę & omnes homines non regenerati, Scripturę veritatem non modò nõ intelligunt, sed etiam detestantur. Insanus est igitur Hayus, & vt loquitur, à mente inops, qui insanum animi humani iudicium & planè cæcum nescit in iis rebus quę ad religionem Christianam attinent: quasi illa humanę mentis vi & efficacia comprehendi possent. Pars quidem aliqua generis humani illa videt, de iis rectè iudicat, iis verè assentitur: non per se tamen suęque facultate, vel Naturę beneficio, sed peculiari Dei gratia mens obtemperat Spiritui sancto, amplectitur vocem Euangelij, & repugnat dubitationi. Prima igitur fallacia è rerum disparatarum confusione ex his elucet.

SECUNDA est, *A dicto secundum quid ad dictum simpliciter.* non enim rectè consequitur, Res verè percipiuntur per sensum: ergo non aliis modis. Vel, Res corporeę per sensum & aliis modis percipiuntur. Ergo Scripturę veritas neque per sensum neque aliis modis cognoscitur. At quum Calvinus de sensu agit, non excludit alias certitudinis normas, sed Scripturę certitudinem rei notioris indicatione docere voluit. Tria enim esse re-



Tria rerū  
iudicia si-  
ue Crite-  
ria.

rum iudicia, id est, vt loquuntur, *κριτήρια*, percepti-  
uum est: Sensem ex quo nascitur experientia  
niuersalis, cuius commune est in rebus iudicium  
Principia *ἀυτόματα*, siue communes notiones no-  
biscum nascentes: & Rationem consequutionis  
siue intellectum ordinis in syllogismo ex rerum  
*συναληθεία*. Sensus ergo communis appellatione  
duas reliquas certitudinis vias innuit Caluinus.  
Certa quidem est rerum perceptio quæ fit per sen-  
sus, hallucinari tamē possunt sensus: at nunquam  
fallitur fidei iudicium in Scripturæ veritate. Deus  
enim loquentem audit, & fugit vocem peregre-  
ni: & in filiorum suorum animis hunc habitum  
inducit Dominus vt veritatem à mendacio distin-  
guat: quemadmodum de prouecta regenerato-  
rum ætate loquitur Apostolus, qui propter illum  
veritatis in se insitæ habitum habent sensus exec-  
citatos ad diiudicationem siue discretionem bo-  
ni & mali. *Διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰθέσια γινώσκοντες τὴν  
ἀλήθειαν κατὰ τὴν ἀποκάλυψιν καὶ τὴν ἀγαθὴν.* Certa sunt &  
luce sua manifesta rerum naturalium principia.  
Totū est maius sua parte: Bis quatuor sunt octo  
Scripturæ autem veritas num minus certa habe-  
bit principia? Deum esse summè iustum, bonum  
sapientem, potentem, Opificem &c. Christum esse  
vnicum humani generis redemptorem, & Me-  
diatorem, vnicam esse veritatem, vnicam Eccle-  
siam, & huiusmodi. Qui illorum principiorum ra-  
tionem siue demonstrationem querit, num minus  
insanit quàm qui noticiarū illarum communium  
probationem flagitat? Impius quidem dicit in  
corde suo, Deum non esse, in reprobis iudicij sui  
vanitate euanescit, Apostasiæ peruicacia obdura-  
tur: at dormit ad tempus ebrius impietatis furo-  
re animus, serò tamen euigilaturus vt conscientię  
furiis excarnificetur, & exultandorum blasphemio-

miorum cachinnos in miseros eiulatus commutet. Constat tamen inter profligatorum hominum quantumvis ἀπειθήκων, impudētes stupores primę illius veritatis principis sua autoritas, nullis inquam machinis labefactanda, sed omnes ipsa carnis munitiones, omnemque sublimitatem quę extollitur aduersus cognitionem Dei, prorsus euerfura: sicuti ait Apostolus, ipsaque experientia in Evangelij prædicatione semper comprobavit.

Eph. 4. 19.

2. Cor. 10. 4.

Horum quoque principiorum constans est & semper eterna demonstratio, siue ad docendum siue ad refellendum. Rectè igitur Calvinus dixit de impijs & deploratę audacię irriforibus, qui fidem Deo loquenti derogare audent, *Eos sensu communi carere, & humanitate esse destitutos*: de quibus etiam loquitur Propheta, *Vir insipiens non cognoscit, neque stultus intelligit illud: & intelligite stupidi in populo: & fatui quando intelligeris? & Homo in honore & non intelligit: similis est iumentis quę intereunt.*

Impij sensu cõmuni destituti quomodo dicantur.

Psal 92. 7.

Psal 94. 8.

Psal. 49. 18

Denique ne actum agam, dixi iam de Spiritus conjunctione cum Verbo Dei. Atque hæc quidē de nodo Hayano aduersus Calvinum quem à Iesuita non illigari videt eruditus Lector.

DE NOMINATISSIMO  
AVGVSTINI LOCO, EGO  
Euangelio non crederem, nisi me  
Catholicę Ecclesię commoueret au-  
toritas. *Contra Epistolam fundamenti,*  
*cap. quinto.*

HAYVS.

*Quod verò diximus sacram Scripturam ratione nostri ab Ecclesia sumere auctoritatem, luculen-*

410 I. QVÆST. TERTIA PARS.  
 ter à B. Augustino confirmatur, cum ait: Ego Evangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesia commoueret autoritas. Quod quidem testimonium aperte sibi aduersari cum Calvinus animaduertens sic ipsum *σοχαστικὸς* interpretatus est: Significat quum alienus esset à fide, non aliter potuisse adhiberi ut Euangelium amplecteretur pro certa Deo-ritate quam Ecclesie autoritate uictum. Itane uero, Archisynagoge? Pag. 150.

SERRANVS.

Ita prorsus Archimore. quum enim manes eius exclamationibus minimè excitètur, ego tibi pro Caluino respondeo. Caluinum aio uerè & appetitè Augustini sententiam fuisse assequurum, eaque tam luculenter expressisse, ut nò possit Latinentis tuis uellicationibus hæc ueritas obsecrare. Non est *σοχαστικὸς* Augustinum interpretari, sed perspecto Augustini consilio, integram illius uerborum seriem & phrasin ei familiarem prudenter considerare, ut omnia orationis membra fideliter congruenter respondeant. Est nimirum Augustinum interpretari, arripere quædam Augustini uerba, & ex illa tessella temerè decilla de Augustini consilio iudicare, eique id asfingere de quo nunquam cogitauit. Scripturam ab Ecclesia sumere auctoritatem, nunquam existimauit ac dixit Augustinus: cuius hæc sunt peruulgata: in Scripturis didicimus Christum, in Scripturis didicimus Ecclesiam. Has scripturas communiter habemus. Quare non in eis & Christum & Ecclesiam communiter retinemus? Quæritur Pa. Scripturam ex Ecclesie iudicio appèdere, est Scripturas in Ecclesia discere, quum Ecclesiam Scri-

Consiliū  
Augustini  
expendē-  
dum esse.

In lib. de  
unitate Ec-  
clesiæ. Vi-  
de 2. partē  
huius  
Quærit Pa.  
24.

pturis retineri velit Augustinus. Quum veritas catholica quam Augustinum docuisse certum est, non sit sibi contraria, inuestigandum quòdnam sit Augustini in hoc loco consilium, vniuersaque illa oratio expendenda, ex qua desumptum est illud testimonium. nulla enim est Sophistis tritior fallacia quàm præpostera verborum interpretatio, quam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter appellat. Accusabant Christum Pharizæi quasi de euertendo Hierosolymitano templo cogitasset, quum de corpore suo morituro & resurrecturo fuisset loquutus. Negant Prophetæ grata esse Deo sacrificia quæ ei offerebant Iudæi, negant vllum de his Dei mandatum eorum Patribus extitisse. Idcircone mendax erit Moses, an potius expendendum erit Prophetarum consilium: qui sacrificia reprehendebant ex hypocritarum Iudæorum hypothesi, qui ea sine fide celebrabant, tantquam Deum externis illis ceremoniis sibi obligantes? Sic dixit Augustinus, *Non crederem Evangelio, nisi me Ecclesiæ commoueret autoritas.* Num ex his verbis rectè efficietur Augustinus sibi contrarius: quasi Scripturam Ecclesiæ auctoritati submitteret. Rectè igitur Calvinus Augustinum ex Augustino est interpretatus, explorato ipsius scopo, verbis expensis, vniuersaque orationis serie considerata si enim inciuile est ex vna particula de tota lege iudicare quàm ἀπὸ λόγου est è decisivis verbis de tota sententia ferre iudicium aduersus ratum communis doctrinæ axioma?

CONSILIVM Augustini est, Manichæos ad religionis Christianæ veritatem ex qua descuerant, reuocare quod maxima cum prudentia efficere conatur, eoque patientius quod se Manichæi erroris lue aliquando infectum fuisse libere agnoscat. Primum igitur antequàm de ipsa doctrina di-

Consilium  
Augustini  
in hoc lo-  
co.

spudet, quædam præfatur vt suæ disquisitioni iet commodiùs sternat. Principem quidem illius esse finem, Veritatem: sed quum illius communis esset professio, sic agendum esse, vt non tanquam inuenta esset veritas, sed tanquam quæreretur, sic in illius inuestigatione diligenter & concorditer esse à se & Manichæis elaborandum, quum discendi viam præcludat temeraria sciendi præsumptio, cuius comes est arrogantia & peruicacia. equis enim se doceri sinat qui doctum se arbitretur. Hoc igitur à Manichæis Augustinus pacificetur, vt ex vtraque parte omnis arrogantia deponatur, nec quisquam dicat se inuenisse veritatem, sed sic vtrique quærant quasi ab vtrisque nesciatur: vt eam vtrique certis rationibus firmatâ cõplectantur. Perspecto Augustini consilio, orationis series deinde expendenda est, vt ipsa testimonij controuersi verba propriè intelligantur.

Illius disputationis cū Manichæo institutæ economiæ.

VT VERITATEM disquirat Augustinus, Manichææ doctrinæ summam sibi proponit discutendam, quæ in eo libro quem Fundamēti epistolam appellabant, continebatur. In libri titulo Manichæus se vocat Apostolum Iesu Christi. Inde disputationis primordium capit Augustinus. Quærit causam cur ita se Manichæus appellet. Tacenti Manichæo nudumque nomen opponenti, neque vllam reddenti rationem cur hoc se titulo insigniat, excipit Augustinus id fieri contra pactum quum fuerit constitutum nihil esse temere credendum. Ita inducit aliquem disputantem qui Euangelio non credat, & neget Manichæum esse Apostolum. sunt enim ipsissima Augustini verba. Si ergo inuenires aliquem qui Euangelio nondum credit, quid faceres dicenti tibi, Non credo? Notanda autem est Manichæi persona & Augustini. Desciuerant ab Ecclesia Manichæi, in illorum castris militauerat

rat Augustinus Euangelij nomen in ore habe-  
 bant Manichæi Ecclesiæ vnitatem reliquerant,  
 licet Christianorum nomen retinerent. Hæ-  
 rentibus ergo Manichæis, solamque nominis sui  
 auctoritatem afferentibus sine ratione, respondet  
 Augustinus ex illa quam ex pacto sumpserat per-  
 sona, veritatem nimirum quærens: non quidem  
 Euangelium amplectens, sed causam quærens cur  
 Euangelio sit credendum: *Ego Euangelio nō crederem,*  
*nisi me Catholice Ecclesiæ commoueret auctoritas. Q. D. Si*  
*sola auctoritate agendum est, plus apud me valeret*  
*Ecclesiæ auctoritas quam noui hominis, qui ex Ec-*  
*clesiæ defecerit. Loquitur ergo Augustinus vt no-*  
*uus homo, de Manichæorum doctrina dubitans,*  
*nondum tamen ad fidem conuersus, sed inuesti-*  
*gans an abdicare debeat Manichæorum dogmata*  
*sic in bilance rem vltro citroque expendit vt ra-*  
*tioni tandem non nudæ auctoritati cedat. Homi-*  
*nem tamen veritatis imperitum sic rectè ait dis-*  
*quirerè veritatem, vt auctoritatis quasi vestigiis*  
*ad rationem veritatèmq; perueniat. Fit enim sæ-*  
*pe vt illustrium personarum auctoritate permou-*  
*eamur, vt ab illo gradu alius cōscendamus. Hęc*  
*igitur intelligenda esse  $\chi\upsilon\tau\acute{\alpha}\ \pi$ , ea nimirum ratio-*  
*ne quæ homini competat Euangelij cognitione*  
*nondum illustrato, eam tamen lucem quærenti,*  
*ex vniuersa oratione perspicuum est: & ex illis*  
*maximè verbis: *Apud vos vbi nihil horam est quod me**  
*inuitet ac teneat, sola personat veritatis pollicitatio, quæ*  
*quidem si tam manifesta monstratur vt in dubium venire*  
*non possit, præponenda est omnibus rebus illis quibus in Ca-*  
*tholica teneor. Idcirco testatur initio disputationis,*  
*se omittere puram Dei cognitionem quæ erat in*  
*Ecclesia Catholica, quòd in illa esse negarent Ma-*  
*nichæi: quum tamen sit primarius vniuersæ dispu-*  
*tationis finis, vt indicatò Manichæi errore, verita-*

Quidnam  
ex hoc lo-  
co conse-  
quatur.

tem Evangelij in Ecclesia Catholica sonantem  
certis argumentis demonstrat, & à sacrilege ha-  
reseos audacia vendicet. Ita affirmat Augustinus  
autoritatem Ecclesie, viam esse ad veritatem, in  
qui hæreticorum artibus veritatis specie à verita-  
te sunt abducti. Hæc quidem non sunt *Sanctæ*  
& *πειναιώδη*, id est necessaria argumeta infirmis  
tamen accommodata, quibus lac proponi magis  
est consentaneum quàm solidum cibum. Illud au-  
tem in se *μετερχυμύπτει*, id est exépli loco seipsum  
proponit Augustinus, tum vt res esset in sua per-  
sona illustrior (quemadmodum aliquando facit  
Apostolus) tum quòd suum exemplum magni fu-  
turum esset momenti, quum à Manichæorum erro-  
ribus liberatus esset. Hanc esse planam germa-  
námque loci huius sententiam eruditi vident.  
Ex quo tamen minimè rectè colligi potest, Scri-  
pturam ab Ecclesia sumere autoritatem, neque *ra-  
tione sui*, quod blasphemum est: neque *ratione nostris*  
quod ineptum est atque importunum. Hoc tan-  
tum colligitur Autoritatem Ecclesie magni ali-  
quando esse ponderis apud infirmiores, vt illis  
primordiis ad solidam Evangelij cognitionem, se-  
ria veritatis disquisitione, peruenire possint. &  
Prudentem Dei seruum infirmiores captui sese  
debere accommodare, vt eos lacte potet, solido  
tandem cibo plenè nutriendos. Rectè igitur  
Calvinus hæc de Augustino interpretatus est à fi-  
de alieno vel nondum in fide confirmato, sed ve-  
ritatem quærente.

## H A Y V S.

Nónne Augustinus quum hæc scriberet, in fide  
Catholica iam pridem confirmatus erat? Non ne-  
gabis, arbitror.

S E R.

## SERRANVS.

Hoc iam difertè testatus sum: sed videndum est quam sibi personam Episcopus assumat. Clamabat Apostolus, *Filii mei quos iterum parturio, usquequo formetur Christus in vobis. velim autem nunc adesse apud vos & vocem mutare.* Sic vocem mutat vir sanctus, & se in medium adducit non tanquam ad fidem conuersus, sed veritatem inuestigans vt conuertatur: suòque ad eò exemplo nondum conuersos Christo lucrifaciat. Qui hoc non videt in eo Augustini loco, cæcutit vltro.

Quã personã Augustinus sumpserit. Gal. 4. 19.

## HAYVS.

Atque vt alia prætermittam argumenta quæ in medium afferre possem, hoc vnum duntaxat proferam, quo vel nolens à sententia tua cogèris discere. Si namque vera esset hæc explanatio, Augustinus dicere debebat *Credidissim & Cõmouisset,* alienum nempe à fide Catholica. Ergo se iam fidem credere, atque Ecclesie auctoritate commoueri dilucidè profitetur. Pag. 150.

## SERRANVS

De aliis quidem argumentis tuis viderimus: hoc verò quod nunc tam ampullato ore iactas, mera est ampulla. Quum Augustinus eam sibi, vt dixi, personam sumpserit hominis veritatem inuestigantis, debuit se in rem quasi præsentem sistere, & ita loqui, veluti consentaneum est cum loqui qui huiusmodi est. Alioqui non seruasset decorum. Non debuit igitur dicere, *Credidissim, & cõmouissim: sed crederem & commoueret,* tanquam res in



Enallage  
in rerum  
narratio-  
nibus fa-  
miliaris.

disputatione gereretur. Eâdem dicendi forma  
ue temporum Enallage vtitur aliâs August. *de  
de furto quod adolescens commiserat, loquens  
si tunc amarem, inquit, poma illa quæ furatus sum, et  
frui cuperem, possem etiam solus, si satis esset committenda  
lam iniquitatem, qua peruenirem ad voluptatem  
nec confricatione consociorum animorum, accenderem  
ritum cupiditatis meæ. &c.* Rem enim iam factam  
memorat. est autem illud dicendi genus ad res  
præsentandas *ἐπιπαρρησιον*: vt illud, *Quia faceret  
neq; seruitio me exire licebat, &c.* id est quid fecisset  
nam loquitur de re iam facta, vt infinita huius  
generis exempla præmittam de medio per-

## H A Y V S.

*Qui etiâ à fide est alienus, hominum doctrinam  
& mores commendare potest: at Ecclesie Catholice  
eâ vim & potestatem aspernatur. Quam versè  
Augustinus Ecclesiam Catholicam nominat, suum  
indicat commentum illud Caluini plane esse iudicium  
Cur enim à fide alienus, Ecclesie amonitæ præ  
quam Manicheorum commoueri debuit, vt Euan-  
gelio crederet? Pag. 150.*

## S E R R A N V S.

Quatenus  
Augusti-  
nus oppo-  
nat Mani-  
chæis nu-  
dâ Eccle-  
siae auto-  
ritatem.

Augustini mentem non assequeris. ideo  
tibi ipsi siue Augustino mera fingis insonantiam.  
Quid enim attinet hæc inutilis de hominum  
doctrina & moribus exceptio, quum Augustinus  
Ecclesia Catholica loquatur vniuersæ  
Ecclesie nomen retinebant, licet discessionem  
fecissent ab Ecclesia. In singularem hominum  
doctrinam morésque acerrimè inuehebantur. Eccle-  
siae appellatio & autoritas erat illis perhonorifica  
Quam

Quum autem à communi Christianorum cœtu, cui nomen Catholicę Ecclesię passim tribuebatur, Manichæi defecissent, suamq; ei auctoritatem superciliosè opponerent, ait Augustinus, Si sine ratione nuda auctoritas in medium feratur, plures apud se valituram Catholicę Ecclesię apud omnes illustrissimę, quàm Manichæorum qui ab ea descivissent, auctoritatem, donec de veritate constet. Hęc plana & perspicua est verborum illorum vis & sententia, vt te futilem reprehensorem prodant.

## HAYVS.

Eòdem quoque capite sub finem perspicuis verbis ait, Vtramque Scripturam similiter mihi Catholica commendat auctoritas. Pag. 150.

## SERRANVS.

Adolexeris, quasi idem sit, Ecclesia commendat auctoritatem Scripturę: & Scriptura sumit auctoritatem ab Ecclesia. Ecclesia in Scripturę veritate bene erudita, commendat auctoritatem Scripturę, id est agnoscit, approbat, amplectitur, eam ab adulterinis doctrinis distinguit: neque sinit suos ad peregrina commenta, humanarumque traditionum aleam euagari. Commendat denique vt fundamentum suum, quo superstructa crescit in sanctum templum Domino. Ad illam agnitionem Manichæos reuocat Augustinus: ac proinde hęc aduersus te faciunt, neque te tamen pudet vecordię tuę.

Quomodo Ecclesia cõmendat auctoritatẽ Scripturę.

## HAYVS.

Certè, Minister, quum hac ille scriberet, à fide Christiana alienus non erat, & Perpende, Minister.

D. j.

ster, quid D. Augustinus de se iam Episcopo pferit, & intelliges quàm vana sit illa verborum ipsius explicatio. Ibidem.

Peculiaris  
sententia  
expeden-  
da.

## SERRANVS.

Ad hoc tuum, Iesuita, leptologema frustra repositum iam respondi. Augustinus iam non modo Christianus sed Episcopus, conatur reuocare Manichæos ad puriorem veritatis agnitionem. Quod vt faciat personam induit hominis nondum ad fidem conuersi, & veritatem querentis: ex cuius personæ decoro hæc verba intelligi & explicari debent.

## HAYVS.

Et cap. 4. eiusdem libri præclarum hoc Ecclesiæ Catholicæ reliquit Encomiū: *Vt omni tam sapientiam quam in Ecclesia esse Catholicæ non creditis, multa sunt alia que in eius grege me iustissimè tenent. Tenet consensus populorum &c.*

## SERRANVS.

Illustres  
notantur  
circūstan-  
tiæ, è qui-  
bus Augu-  
stini consi-  
lium pla-  
nè elucet

Oculos habet Hayus, sed non ad videndum: legit Augustinum, sed non intelligit, licet perspicuè loquentem. Hunc esse Augustino finem tota illa disputatione propositum vt Manichæos reuocet ad veritatis agnitionem, perspicuum est: quod in ipso disputationis primordio testatur ipse. Vt autem sine præiudiciis veritas queratur, vult eam ita queri tanquam ignoraretur. Ergo (inquit Augustinus) hoc mihi date, Manichæi, vt existimem penes vos non esse veritatem, vobiscumque agam

tanquam incognitis, hac lege ne vobiscum orem, ne  
 ne conventicula celebrem, ne Manichæi nomen  
 accipiam: si non mihi de omnibus rebus ad salu-  
 tem animæ pertinentibus sine vlla caligine ratio  
 nem perpicuam dederitis. Eadem quoque lege  
 cum Ecclesia Catholica agā, penes quam negatis  
 esse veritatem. *Omittam illam sapientiam quam in Ecce-  
 sia Catholica esse non creditis. Multa sunt alia que me in e-  
 ius gremio iustissimè tenent. &c.* Non ait igitur vir san-  
 ctus autoritatem Scripturæ ab Ecclesiæ autorita-  
 te pendere, sed quum illi quibus cum res sibi e-  
 rat, primatiæ rationis nondum essent capaces, hu-  
 manisque potius (vt sibi compertis) quàm diuinis  
 (quippe sibi incognitis) testimoniis permoueren-  
 tur, instituit primùm cum illis agere lenioribus  
 argumentis vt ad grauiora sensim eos perducatur.  
 Esse autem *Præteritionem*, in communi loquendi v-  
 su sic usurpari solitam vt ea maximè dicantur quæ  
 volumus videri non dici, omnes animaduertunt.  
 Quod Augustino institutum esse, hæc verba testā-  
 tur ab Hayo etiam miserè descripta: *Ista ergo tot  
 & tanta Christiani nominis charissima vincula rectè homi-  
 nem tenent credentem in Ecclesia Catholica, etiamsi pro-  
 pter nostræ intelligentiæ tarditatem vel vitæ meritum  
 VERITAS nondum se apertissimè prodatur. Et, Apud  
 vos sola personat VERITATIS pollicitatio, que  
 quidem si tam manifestè monstratur vt in dubium venire  
 non possit, præponenda est omnibus illis rebus, quibus in Ca-  
 tholica teneor. Quibus verbis quid clarius aut illu-  
 strius dici potest? In ipso autem disputationis pro-  
 gressu disertè testatur, non autoritate Ecclesiæ,  
 sed longè alio fundamento fidem suam suffultam  
 esse. & Nihil aliud (inquit) elegilli, nisi laudare quod  
 credis, & irridere quod credis. Quum igitur ego vicissim  
 laudauero quod credo, & quod credis irrisero, quid putas  
 nobis esse iudicandum, quidve faciendum, nisi vt eos relin-*

quamuis qui nos inuitant certa cognoscere & postea  
 rant vt incerta credamus: & eos sequamur qui nos inuitant  
 prius credere quod nondum valemus intueri, vt ipsi  
 valentiores facti, quod credimus intelligere mereantur  
 iam hominibus, sed ipso Deo intrinsecus mentem nostram  
 luminante? Quibus verbis perspicuè significat argu-  
 mentum illud ab Ecclesiæ autoritate sumptum  
 non esse fidei nostræ fundamentum, sed credendi  
 accommodatum, vt illis quasi rudimentis ad fir-  
 miorem veritatis agnitionem fidemq; prepareretur.  
 Fidem autem alio fundamento inniti quam  
 hominum autoritate disertè testatur.

Qua igitur fronte, Iesuita, detritum & obsole-  
 tum hoc Sophistarum scrutum, vt nouum quod-  
 dam mysterium audes de integro affuere? In-  
 riam certè maximam facis Augustino qui id ei as-  
 singis de quo ne per insomnium quidem cogita-  
 uit vnquam. Vt concordia sine veritate, coniu-  
 tio est erroris: ita populorum in religione conuul-  
 sio sine veritate, superstitionis furor est: miracula  
 sine veritate, sunt dæmonum præstigiæ: vetulas  
 sine veritate, vetustas est erroris & insani mundi  
 delirium: successio personarum sine veritate, est  
 personatum mendacium: denique, Catholice au-  
 toritatis sine veritate ostentatio, est Catholice  
 vanitas & Antichristi nota, qui sine Catholice  
 cæ nomine non poterat in Ecclesia locum oc-  
 cupare.

IN SVMMÀ, hoc Augustini testimonium (quo  
 vno Hayus maximè triumphat) importunè nobis  
 opponitur, & in eius præpostera interpretatione  
 fallacia est, sicuti ostendi, à dicto secundum quid  
 ad dictum simpliciter. quod enim ab Augustino  
 dicitur in persona hominis ad fidem non cõ-  
 uersi, sed veritatem quærentis, id simpliciter &  
 abso-

absolutè Sophistæ interpretantur. Quod quàm sit ab Augustini consilio verbis, omnibûsque locis circumstantiis alienum, è superioribus apparet, à nobis idcirco fusiis explicatis quòd in hoc argumento proram & puppim Antiquatores nostri lo-cent. *Επιλογιστον?* Neque enim cõsequitur, Augustinum sensisse Scripturæ certitudinem ab Ecclesiæ autoritate iudicioque pèdere, quia dixit, infirmorum causa Ecclesiæ autoritatem aliquando esse adhibendam, vt ad veritatis agnitionem Ecclesiæque vnitatem sensim deducantur. Quod eorum infirmitati condonatur qui testimoniis humanis commonentur, cum debet esse præiudicium veritatis, vt Scripturæ autoritas decidatur pro humani iudicij arbitrio? Apage hæc noua commenta quæ Antiquitatis simiæ e mentito Patrum nomine fabricantur. Ea quippe Scripturæ apud nos esse debet autoritas & reuerentia, ea est etiam Spiritus sancti in confirmandis fidelium animis vis & efficacia, vt credamus Deo sine vllius creaturæ testimonio. quam fidei constantiam in mediis Israelis perturbationibus Elias adhibuit, quum se è veteris Dei cultoribus solum relictum esse arbitraretur. Non hominibus quoque sed Deo fidem suam inniti testatur Augustinus, & Ecclesiam in Scripturis, non in Ecclesia Scripturas quæri oportere.

Respon-  
nis ad hunc  
locū Sum-  
ma.

## PRIMARIÆ QVÆSTIONIS

De vera veræ Ecclesiæ autoritate,

VLTIMA

ADIVDICATIO.

*Ex aduersarij verbis suo tamen more dolis  
& iocis veritatem ludificare molientis.*

D. iij.

## HAYVS.

Atque ut tandem concludamus, Ecclesia Catholica Theologi non sentiunt id solum in esse Scripturæ sacre ponderis & momenti quod illi Ecclesia tribuit, ut Calvinus cauillatur: sed omnem Scripturarum vim & firmitatem Spiritui sancto, primum Scripturarum autori, assignant. Caterum quoniam Ecclesia Catholica ab Apostolis sacros libros accepit, & acceptos singulari Dei beneficio incorrupte custodierit, certo sibi persuadent Catholici, Evangelium (exempli causa) Matthei, verum & verum esse: illud autem quod Petri esse dicitur, apocryphum.

Hic testimonium citat Augustini è lib. 28 cap. 4. contra Faustum. *At de his hæcenus plura ubi responderis, Deo volente, audies.* Pag. 151. tota.

## SERRANVS.

Detulit  
Hayus au-  
toritatē  
Page.

O admirabilem vim veritatis, sed detestabilem peruicaciam vanitatis! De Ecclesiæ autoritate quidnam hæcenus professi fuerimus, quidnam hoc quoque loco quem aduersarius meus vellicat, descriptis verbis annotemus, Lector nouit. Quidnam contra de sua autoritate Pontifex Romanus prædicet, nemo ignorat qui scit illum Ecclesiæ caput visibile se appellare & principem. Decernit Pontifex qui libri sint habendi pro Scripturæ canonice adscito anathemate. De Scripturæ canonicæ vera & germana interpretatione quid sit constituendum, decernit Pontifex adscito anathemate. De doctrina & moribus decernit Pontifex.

tifex adscito anathemate. De omnibus denique rebus quæ ad religionem fidemque spectant, plenaria potestate iudicat Pōtifex à nemine iudicandus. Qui summam hanc auctoritatem illius quem in Ecclesiam Catholicam vindicat, principatus firmamentū detrectat, ecquibus tandē diris à Pontifice dilaceratur? Hæc tamen mirè dissimulat nos Iesuita, importunæ quidem tyrannidis insolentia & absurditate conuictus, veritatem tamen minimè agnoscens.

Iesuiticis  
conscien-  
tiæ inter  
veritatē  
& menda-  
cium flu-  
ctuantis,  
exēplum  
à *ἔξωθεν*  
707.

*Quo teneam vultum mutantem Protea nodo?*

Si tandem, vt ais, concludendum est, cur rem tot verbis iam agitatam quasi nullū adhuc de ea verbum extiterit, tam importuna audacia eludis? Nō minus tamen vincet Veritas: tu verò, Sophistarum modestissime omnem pudorem planè excusseris: qui licet earum rerum quas olim in Ecclesia Dei didicisti, conscientiam tibi ingerat Veritas, cum ea tamen perfidè collusteris, vt eam veritatem quasi iugo subdas impietatis tuæ. At non vides te *ἰουδαίου* conferruminare? Si pondus & momētum auctoritatis suæ Ecclesia tribuit Scripturæ sacræ, quomodo omnem Scripturarum vim & firmitatem Spiritui sancto primario illarum auctori, vestri Theologi assignant? Si partem auctoritatis tribuit Ecclesiæ, quomodò omnis vis & firmitas erit à Spiritu sancto? Primarius scilicet erit auctor Scripturarum Spiritus sanctus: secundaria erit Ecclesia Scripturarum causa? Insanis. At tuis dolis ne falli quidem pueri iam possunt. Crassus est ille tuus repetitæ Homonymiæ ludus, in vocabulis Ecclesiæ & Spiritus. Ecclesia illa vestra æquiuoca, id est Catholica Romana, est potius primaria causa, & Verbi & Spiritus sancti illius vestri. Idēo *ἡ ἐκκλησία* Pontificem Romanum in abstracto appellatis. vt enim Eccle-

Verbū *ἐκκ*  
Spiritus  
sanctus  
Eccles.  
Rom quē  
habeat au-  
toritatem.



fiæ vestræ caput, ita & Verbi Spiritûsque vestri  
 ber ille est. Decreta condit, & Verbum vestrum  
 tunc extat, quod Non-scriptum ideo appellatur  
 quia in sacris Bibliis non continetur. hæc vero  
 Scriptura est vestra. Porro spiritum capsula incli-  
 sum Roma Tridentum mittit, vt dicat Patres  
 Capituli sui mandato, *Visum est nobis & Spiritum  
 isto.* Ecquibus igitur verbis, nugator, te compellam  
 quam iis quibus Augustinus, Manichæum? *Quid  
 hunc esse Spiritum sanctum, & credam vera esse que dicitur  
 etiamsi nesciam: aut ostende vera esse que dicitur, & credam  
 Spiritum sanctum esse, etiamsi nesciam. Nūquid equum  
 aut benevolentius tecum agi potest? Sed tu nec hoc nec  
 lud vales ostendere. Nihil aliud elegisti, nisi laudare quod  
 credis, & irridere quod credo. Imo quum sis tu, Hære-  
 Apostata, & cōtra cōscientiam Papatum Ecclesiæ  
 nomine commendes, singularis audacia ista tua, & in-  
 effabile sacrilegium hoc tuum est, vt Augustini verbis  
 utar.*

CUSTODEM sacrorum codicum veram Eccle-  
 siam sæpe diximus: & Augustini hac de re testimo-  
 nium, quod perperam tuæ Synagoga vindicari  
 pro nobis facit. Tu verò egregiè falleris, telutis  
 si existimas præfrictæ tuæ frontis meretriciam im-  
 pudentiam tãti apud cordatos Lectores futuram,  
 vt arbitrentur Solem meridie non lucere. Eliza-  
 Gomer in ipso crimine deprehensa, iurat se nun-  
 quam de tam foedo crimine cogitasse. Vicie Veri-  
 tatis quam negas, quum te cogat de mendacio pat-  
 riis humiliûsque loqui.

QVIDNAM autem de vera veræ Ecclesiæ auto-  
 ritate credamus, tam sæpe, tam luculenter à nobis  
 est explicatum, vt non ferenda esset facilitas mea,  
 si instituerem hîc eadem repetere, quò tuam im-  
 pudentiam cuilibet oculato exploratam demon-  
 strarem nouis argumentis.

HAYVS.

## HAYVS.

Nemo est nostrum qui sermonis elegantiam Scholasticis tribuerit. At receditam rerum disciplinam tu, vel inuitus, ipsis concedis. nam aliter ex ipsorum stercore aurum colligere te posse non existimares. Ex vestris autem scriptis ne plumbum quidem vultus est qui colligat. nam pro puro putaque Dei Verbo (quod vos passim iactatis) sunt ad scripturas vniuersas. Pag. 151. 152. 153. 354.

## SERRANVS.

Neque ego elegantiam Scholasticis tribui. Hęc sunt tua, Hay, pura putaque insomnia. Equidem disertè testatur nos non agnoscere Scholasticos pro Patribus orthodoxis, vt vos facitis: excipiebā tamen nos minimè ab illorum Scriptis abhorre- re; hactenus videlicet vt veluti è stercore Euniano colligamus aurum. Ecquis sanus existimauerit me loqui de sermonis elegantia? Loquebar de ipsis rebus, quas è Pontificiis cloachis hauistas sic illi tractant, vt errorem augeant, dum instituunt cum ratione insanire. Extant tamen aliquando quedam è prima (vt loquuntur) veritate ab illis desumpta commodaq; methodo explicata, & in his quidem religionis capitibus quę ad Ecclesię fundamentum in lacero edificio conseruandum extare voluit Dominus: Has veritatis reliquias Aurum voco in mendacij stercore demersum. Hęc autem inuat cognoscere, vt ab insanis Scholasticis ad ipsos sanos prouocemus, & ex illorum verbis ostendamus quantopere vos Iesuitę, vltima Abaddonis & Antichristi mancipia, insanatis, qui in eo omnem operam adhibetis, vt perucā-

Nostrū de  
Scholasti-  
corū scri-  
ptis iudi-  
cium.

Tricæ  
Hayana,  
ex ipsius  
codice re  
cognoscē-  
da.

Quare op  
ponitur  
importu-  
ne Cœci-  
liorū auto-  
ritas à Je-  
suitis.

Modestū  
Antiqui-  
tatis de se  
iudicium,  
Romana  
Ecclesie  
proteruo  
dissidio  
opponi-  
tur.

cis superstitionis furores nouis furoribus ad-  
geatis. Porro tibi Ecclesie emanatori veris-  
simus thesaurus quidni pro carbonibus esset, quam-  
uis profanus Esau lenticularum pulmentum pro  
genitura anteposuerit? Nam Francisci Scane-  
ri quod affers ad Scholasticos commendandos  
testimonium, te eiusdem Apostasie consortem, be-  
lè decet. Dignum videlicet parella operculum.  
Huiusmodi hominum vituperationes vitorum  
bonorum præclara profectò sunt encomia, eoque  
enim fronte illum appellas nostrum, quem pub-  
lica Caluini refutatio Ecclesie veritatisque vo-  
cam promulgauit?

DENIQUE, quæ tota hac pagina à Patribus Cœ-  
ciliis & orthodoxis ad Patrum Conciliorum  
orthodoxorum commendationem euertis testi-  
monia, contra te faciunt, Pontificis Romani ma-  
cipium: qui falsos & euentos Patres, falsa &  
mentita Cœcilia Patribus Conciliis & ortho-  
doxis opponit, & Patrum Conciliorumque ortho-  
doxorum nomina euentiens, illorū doctrinam con-  
deliter persequitur. Est igitur crassa petitio prin-  
cipij & *adnexia* & nugacissima quidem illa,  
vernacula Iesuitis figura.

EIVSDEM iudicij & pudoris est quod adiu-  
gis ad illius vestri axiomatis defensionem. *Ecclesia  
non potest errare.* De Ecclesia vestra Romana me lo-  
qui eram testatus. Qui tu igitur mihi Cyprianum  
Augustinum, Hieronymum, & Chrysostomum op-  
ponis, Antichristiani illius prostibuli, quod Ec-  
clesie nomine insignitis, capitales hostes? Erant  
illi vera Ecclesia, sed quale de suis scriptis iudicium  
fieri voluerint, abundè à nobis explicatum  
est, haudquaquam se in doctrina *arabica* pro-  
fessi, imo se errare posse ingenuè confessi: &  
hactenus bene sentire, si Scripturæ consensum  
errant

errare, si à Scriptura dissenferint. Hoc tibi igitur sancta Antiquitas, respondet, Iesuita: Siquid in Patrum literis fortè deuiatum est à veritate, licere reprehendi: fas esse contra sentire, sicubi aliter sapuerint quàm veritas postulat: illaque omnia siue Patrum scripta, siue Conciliorum decreta ex illa veritate diiudicari debere: illam autem veritatem indubitanter contineri in sacra Scriptura, illam vnam esse solam & perpetuam regulam veritatis: eos solos Scriptores non errasse scribendo. Hæ quippe sunt Ecclesiæ de se loquentis disertæ & veræ testimoniationes. At proterua Babylon aliter loquitur,

*Enimvero quia in speculum & exemplum sancta Romana Ecclesia cui nos Christus præesse voluit, proposita est: ab omnibus quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuo quidem & irrefragabiliter obseruandum est. Sua verò decreta exæquat Scripturæ sacræ, imo quidnã pro sacra Scriptura habendum sit, quænam vera sit illius intelligentia, pro plenaria potestate sua decernit atque ordinat, seque omnium Ecclesiæ Doctorum sententiis anteponit. id est, vt impudenter loquitur, luculentius & magna voce id pronuntiare non timet.* Itaque, vt rem paucis complectar, duo respondeo ad illius axiomatis explicationem.

Primum, Ecclesiæ vocabulo quidnam intelligatur, definiendum esse, ne pro vera Ecclesia impiam multitudinem & veræ doctrinæ aduersariam, licet nomen Ecclesiæ iactitet, Iesuitæ substituant.

Secundum, quomodo id veræ Ecclesiæ competat, distinguendum esse, quatenus nimirum regitur Verbo Dei, perpetua & constanti veritatis regula: iuxta dicta, *Lucerna pedibus meis Verbum tuum, Domine, lumen semitis meis.* &c., *Depositum serua, vitans profanas vocum inanitates & oppositiones falsò nominate scientiæ, quam nonnulli profitentes circa fidem aberrauerunt.*

Decret. r. parte distinct. 19. C. Enimvero. Eiusdem partis dist. 20. C. Decretales, & De libellis.

Quomodo sit verè, Non errare Ecclesiam.

Psal. 119. 1. Timo. 6.

Ioan. 8.

*& Ego sum lux mundi. qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. &c.*

Lux nimirum veritatis in vera Ecclesia conseruatur, magnòve sit illa an exiguo numero: neque errat Ecclesia vniuersa in præcipuis capitibus doctrinæ. Fit tamen aliquando vt pij aliqui, vera Ecclesiæ membra, labantur in errores, ex ignorantia & infirmitate: sic tamen vt fundamentum retineant, & falsas opiniones contra conscientiam non sequantur. Deinde, licet retineatur vera doctrina, in applicatione tamè doctrinæ pij aliquando errant: ac proinde licet non erret Ecclesia vniuersa, aliqua tamen eius membra errant, quoniam nimirum à Verbo discedunt. Sic sunt nati sæpe in maximis viris. Apostoli ante acceptum Spiritum sanctum, circumferebantur communibus erroribus de regno & officio Christi: & licet crederent Iesum esse Christum in Lege promissum, è carnali tamen iudicio de illo æstimabant, pernegatis inter Iudæos opinionibus de regno Messie passim triumphaturi. At illa iudicia, quantumvis imbecilla & crassa, non peruerterunt fundamentum veræ illius doctrinæ, quam accepto Spiritu prædicarunt. nati illi in ipsorum personis hærebant toti: veræ autem doctrinæ fuerunt illi testes omni exceptione maiores. De Patribus aurem qui auream Apostolorum ætatè variè sunt sequuti, longè aliud constituendum est, quod enim negari in ipsorum doctrina notari possunt: de quibus si ita iudicemus vt ipsi sua iudicari voluerit, num illis erimus iniurij? Certè humanum est errare. Deus autem homines maximis illustratissimisque donis à se alioqui ornatos, vult homines agnoscere sensu infirmitatum humanarum quibus laborant: vt suæ nimirum non modò infirmitatis sed nullitatis conscij, contineant se in serio timore nominis

nis sui, sobrietate modestia, assidua denique invocatione. Ita Doctorem à doctrina vult Deus discerni. fidelibusque id ratum esse? Veritatem doctrinæ salutaris non ex Ecclesiæ titulo, sed ex Verbo suo (à se per Prophetas & Apostolos, omni exceptione maiores testes tradito) metiendum esse.

Rogas igitur me, Iesuita, qui sciam Ecclesiam non errare, quum mihi Verbum scriptum proponat? Respondeo, Non proponit Ecclesia Verbum scriptum ut profana vestra Domina, quæ pro imperio suo decernit qui libri sint habendi pro Scriptura: sed Verbum Dei scriptum certis indubitatissimisque notis & argumētis autenticum, à Deo sibi oblatum amplectitur Ecclesia, illudque suæ fidei à Deo suo concreditum & reuerenter seruat & prudenter exponit, veritatem è veritate intelligens. Itaque hæcenus non errat.

Sic Calvinus & Beza, Trinitariorum furores è Verbo Dei solidè & luculenter refutarunt, dum fictionis vestræ primipilares (ad quos tandem vagus Apostata transfugisti) vltimè abyssus, è qua recens egrediebantur, tenebras in mundum importabant. At tenebras illas vestras idem Verbum dissipabit. Quod autem aduersus supremam Verbi auctoritatem *εἰδὼ λογιῶν*, quàm te decent.

## H A Y V S.

*Præclarum sane in Christi Ecclesiam inducere conaris iudicandi morem nunquam antea auditum. Pag 154.*

## S E R R A N V S.

Ut crassum est hoc commentum tuum, ita blasphemus iocus. Tibi verò respondet Apostolus summam illam Verbi Dei iudicandi auctoritatem

Quomodo non errat Ecclesia è Scriptura.

Sūmum  
iudicium  
veritati:  
è Verbo  
Dei.  
Heb. 4. 12.

potestatemq; quam tu procaciter irrides, bis  
bis luculenter repræsentans: *Verbum est Verbum tuum*  
& efficax, & penetrantius quouis gladio ancipiti: at per-  
tingit usque ad divisionem animæ simul ac spiritus, compes-  
cuntque & medullarum: & **DIIVDICAT** cogitationes  
& conceptiones cordis. Ecqua potest esse maior auto-  
ritas & potestas quàm conscientis imperate.  
Ex præscriptis verbis ago. Iudicandi potestatem  
audis. λόγος enim illum Dei ait Apost. κριτικός, &  
eo quidem autoritatis genere qua maior nulla  
excogitari potest, ἐπιθυμῶν καὶ ἐνοίων καρπίας.

H A Y V S.

*Nunquid iudicis est, decertantium rationes au-  
dire ac pro veritate sententiam ferre?*

S E R R A N V S.

Est omnino.

H A Y V S.

*Quam verò sententiam feret Verbum, quod ne-  
que audire neque loqui potest?*

S E R R A N V S.

Te verò, Hay, non pudet ita securè Deo illu-  
dere? Non impunè Deo illuditur: neque certè il-  
luditur, sed profanus irrisor ad blasphemiam suam  
scopulos miserè illiditur. Deus à suo Verbo seiu-  
gi non potest. Ille ipse est qui disceptat cum om-  
nibus hominibus, qui accusationes & excusatio-  
nes conscientix audit, & de his summo iure iudi-  
cat, qui vincit quum iudicatur. Qui vero aurem  
formavit, non audiet: qui os homini, orique lin-  
guam

quam imposuit, non loquetur? Abi igitur, Syco-  
phanta, cum tuis blasphemis iocis.

## HAYVS.

*Quis erit iudex quum de ipso scripto Verbo  
controuersia fuerit exorta? Ibidem.*

## SERRANVS.

Ipsum Verbum. veritas enim ex veritate intel-  
ligitur. Omnes scientiæ è suis principiis proban-  
tur. ecquis enim exortas de ipsa Iurisprudètia cõ-  
trouersias è Medicinæ regulis diiudicabit, aut de  
Medicina natas lites è Iurisprudentiæ institutis  
componet? Nunquid potius Iurisprudentiæ Iurif-  
prudentiæ, Medicina Medicinam probabit? Nũ  
minus lucis & certitudinis constabit Verbo Dei  
scripto? Ipsum igitur Verbum scriptum excita-  
tas de se, hominum seu ignorantia seu malitia,  
controuersias solidè componet ex se & suis prin-  
cipiis, adhibita illa iudicandi regula, quam *Analo-  
giam fidei* vocat Apostolus, sicuti demonstraui su-  
pra. id est vt totidem verbis scripseram, Deus ex  
illo Verbo suo scripto, quod voluntatis suæ ex-  
pressam declarationem esse voluit, iudicat de con-  
trouersis aduersus veritatem suam excitatis, cu-  
ius infinitam disquisitionem esse non posse rectè  
ait Tertullianus.

## HAYVS.

*Verum hæc tua oratio omnem iudicandi de ve-  
ritate potestatem hominibus admittit, eamque soli  
scripto Verbo tribuit: quum tamen aliam Deus i-  
pse voluerit inter homines esse sedandarum con-  
trouersiarum rationem. non enim ad scriptum Ver-*



bum, sed ad legitimos Iudices, eos qui de veritate inter se dissident, ablegant. Deuter. 17. Si hominum nemo fuisset iudex veritatis, non prostrasset Dominus hanc Iudæis, quam audis in iudicio seruandam normam. Ad hæc Malachias Prophetata, Labia, inquit, Sacerdotis custodiant scientiam, & legem requirent ex ore eius. Corrumpes si audes, Spiritum sanctum, & dicito, Legem requirent ex solo scripto Verbo. Ibidem.

## S E R R A N V S.

Quatenus & quomodo vtatur Deus ministerio seruorum suorum ad Ecclesie edificacionem.

Subordinata minimè repugnant. Primaria causa sibi subordinat causas secundas & intermedias, quibus vtitur nullo suo præiudicio ministris & famulis. Deus nimirum veritatis suæ supremæ iudex Ecclesie, id est hominum in Ecclesia, vtitur ministerio: hætenus tamen vt de summa auctoritate sua nihil in Ecclesiam suam deriuat. Hanc enim non iudicem, dum Scripturam interpretatur, & est Scriptura controuersias de scripto & sententia dirimit: sed ipsum Deum in Scriptura nobis loquentem ac verba sua declarantem agnoscimus. Ecclesia iudicium illud Dei è Verbo Dei tantum inquirat, monstrat & nuntiat.

Est ergo ἀπολόγιον Hayi commentum, Deus certum iudicandi ordinem in Ecclesia sua constituit per homines. Ipse igitur non est summus iudex veritatis, sed homines sunt iudices veritatis, quibus iudicandi potestatem dedit. Est enim duplex Elenchus. vnus quidem ἀδελφῶν, Annus sa vt causa. nam homines in Ecclesia non iudicant ex se arbitrioque suo, sed ex Scriptura, sola & perpetua veritatis regula: alter verò, τοῦ μὴ ἀδελφῶν ἀπολόγιον. non enim homines sunt iudices, sed summi iudicis ministri. Iudicia legitima non sunt hominum.

minum, sed Dei. Apostoli non se socios aut col-  
legas faciunt Spiritus sancti, sed testantur se nihil  
de suo addidisse, & Spiritum ducem auspiciem-  
que in monstranda veritate fideliter fuisse sequu-  
tos. Certè seruorum suorum vt *συνεργῶν* opera &  
ministerio vitur Deus, eosque pro infinita sua bo-  
nitate in partem laudis adoptat, non sine his iudi-  
cans, neque sine his colens agrum suum: hæctenus  
ramen vt neque his indigeat, neque his det glo-  
riam suam, quam totam solidamque sibi agnosci  
iubet: secundum dicta, *Neque is qui plantat neque qui  
rigat quicquam est: sed qui dat incrementum Deus.* & *Vi-  
uo ego, inquit Dominus. Gloriam meam alteri non dabo.*  
Summi illius iudicij sibi vsurpandi sacrilegium  
Antichristo Romano proprium est & peculiare:  
quod pij Sacerdotes, Prophetæ & Apostoli totis  
animis sunt semper execrati: ac proinde tu illo-  
rum priuilegia & testimonia Iesuiticè id est men-  
daciter, opponis veritati.

## HAYVS.

*Hæc tua falsa opinio eò spectat vt iudicia om-  
nia tollantur, ac ad Acephalorum morem vnus-  
quisque scripti Verbi perperam intellecti patrocini-  
no, quam ipse velit errorum suorum licentiam sibi  
vsurpetur de Christi Ecclesia dici possit quod de  
Synagoga scriptum legimus, In diebus illis non  
erat Rex in Israel, sed vnusquisq; e quod sibi  
rectum videbatur, hoc faciebat. Ibidem.*

## SERRANVS

*Oratio mea eò spectat, vt Verbi Dei autoritas  
stabilietur, ac proinde recta Ecclesiæ iudicia con-  
stituantur: in qua vt ordine decenterque omnia*

Ex lib. de  
præscript.  
aduers. ha-  
ret.

fieri debent, ita ordinis illius regula est, Verbum  
Dei. Si perperam illud ab hominibus intelligitur  
non Verbi vitium & culpa est, sed hominum qui  
detorquent Scripturas suo ipsorum exitio, ut ait  
Petrus. *Hæc regula* (ut inquit Tertullianus) *à Cæcili-  
o instituta, nullas habet apud nos quæstiones, nisi quas hære-  
ses inserunt, & quæ hæreticos faciunt. Cæterum manente  
forma in suo ordine. siquid tibi, Hay, videtur vel ambiguitate  
pendere vel obscuritate obambrari, ex eodem Verbo  
eiusdem Verbi peritus tibi explicauit. qui enim a-  
liunde loqui homines possunt de rebus fidei: nisi à Verbo  
fidei?*

— Acephali sunt illi, qui sine capite vagantur ex-  
tra viam veritatis: quam quum neges in Scriptu-  
ra perfectè contineri, ut ex ea homines plenam  
perfectamque salutis suæ cognitionem consequan-  
tur, eo ipso nonne te Acephalum prodidis? *Trague tu  
qui proinde quæris, (ut tu iterum Tertullianeis ver-  
bis compellem) spectans ad eos qui & ipsi quærant, ab-  
sque à dubiis, incertus ab incertis, cæcus à cæcis in fontem  
deducaris necesse est. Certè aut non obstrepas aut quiescas  
aduersus regulam, & quum decipiendi gratia præterdatis te  
hoc quærere, scias te non Christo, sed tibi negatorem esse.  
Christus enim suam veritatem aduersus lacras  
tuos potenter defendet.*

Tuum autem argumentum contra te retorque-  
ti non sentis? Certè Michas in loco à te citato gra-  
uissimè reprehèditur quòd propria sacra sibi con-  
stituisset domi, quòd è filiis suis vnum primò, de-  
inde vagum Leuitam sibi dedicasset sacerdotem  
contra Verbum Dei. Regi mandatum erat ut  
Legem sibi describeret, eamque diligenter custodiret.  
Quum Israel fuit sine Rege, & Rex sine Le-  
ge, vagæ intemperies grassatæ sunt in grege. Ecce  
quis igitur sanus neget causam efficientem ordi-  
nis in Ecclesiâ, iudiciorumque legitimorum, esse  
Ver-

Verbum Dei, contra deficientem causam, esse illud ipsum quod affers, quum nimirum vnusquisque facit quod sibi rectum videatur? ΕΔΕΛΟΘΗ-  
ομεν, id est voluntarius cultus sine Verbo Dei, est omnis ordinis omniumque iudiciorum perturba-  
 tio in Ecclesia. Solem itaque de Ecclesia plane tollunt, qui Verbi Dei autoritatem tollunt, siue cuius luce non possunt homines non in crassissimis ignorantiae tenebris miserè versari.

Omniū or-  
 torū ori-  
 go, Verbi  
 Dei de se-  
 ctus.

Tu igitur verè es Iesuita, qui Verbo Dei aper-  
 tum bellum indixisti, tuoque more sic te valere  
 impudentia tua credas vt hominibus persuadeas  
 Solem ipsa meridie non lucere. Apage igitur il-  
 las tuas κατηλογιας ἀσπρον το λογοις, hominum mode-  
 stissime, ne me ad metam pœnæ prouectam ad car-  
 ceres reuocandum arbitrere. quidnam enim tota  
 disputatione effectum fuerit, Lectoris è rebus i-  
 psis iudicium est.

Audacia  
 Iesuitica  
 in ipsorū  
 etiā clade  
 ferox.

TERTIVM ABSVRDVM  
 IESVITARVM.

*Sires omnes ad scriptum Dei Verbum reuo-  
 cantur, solaque illius autoritate fides no-  
 stra innititur, fore vt cogamur repudia-  
 re pleraque fidei dogmata: sicuti pado-  
 baptismam & perpetnam Dei paræ vir-  
 ginitatem.*

SVMMA RESPONSIQ.

*Omnia ad salutem necessaria in Verbo Dei  
 scripto perfectè comprehenduntur, vt  
 nihil nobis desit ad fidem nostram per-  
 fectè stabiliendam. Certè & padoba-*

*ptismus & perpetua Dei pura virginitas è Scriptura probatur.*

Quomodo autem id ego demonstrarim, è superiori disputatione lector recognosceret. Quidnam verò mihi Hayus opposuerit, explorandum est.

## HAYVS.

*Erras turpiter, Minister. non enim restringenda ad duo, neque tam angustis, vt tu somnas, Dogmatum nō-scriptorum numerum terminis coercendum. Docerimus plura esse, vbi tuas ineptias repudiamus. Cur autem à te, etiamsi maxime laboraremus, subsidium petere debeamus, causam nullam reperio, quum Theologica studia à limine nondum te salutare, scribendi inscitia satis superque prodant. Pag. 155.*

## SERRANVS.

Scipsum  
lacerat  
Hayus, vt  
furiosi solent.

Da mihi igitur veniam, magne Theologie, si de vestris rebus è vestris verbis ingenuè iudicaria. Illa enim duo, siue dogmata siue doctrinae capita, tantum notaueratis, vt me temeritatis vestrae culpam ferre minimè sit equum: licet mihi nō sit obsecurum, omnem illam nouorum commentorum farraginem quæ noua Roma aduersus veterem Catholicæ Ecclesiæ doctrinam peperit, te à Scripturæ sacræ autoritate penitus abhorre-re, ac proinde Dogmatum non-scriptorum numerum tam angustis terminis haudquaquam coerceri. est enim infinita mendacij proles. Dum igitur tibi ( si Turnoniarum assertionum auctor es li-  
tati

raſci debes, cur mihi irasceris? Neque ſentis, Ieſuitice Thraſo, quidnam ex optimi poëtae proca-  
cem ſtolidè furioſi nebuloniſ dementiam graphi-  
cè repræſentantis verbis eruditorum virorum  
theatrum pronuntiet: dum tu rerum & rationum  
inops ad conuitia rediſ.

Ἐπειτένεγκαι μὲ δύνηθεὶς τὸν λόγον,  
Κόκκυξ ἐν ἄφρων πομποληθῆρι θράσει.

Quum ratione non poteſ, conuitiis & bullis a-  
giſ, vt in diſputationis clauſula omnibus oſtendas  
Ieſuitici quidem mendacij vanitatem prodi reſel-  
& que poſſe, impudentiam & peruicaciam vinci  
non poſſe.

Num igitur hanc de Verbi Dei autoritate tuen-  
di curam operamque meam, Ieſuita, inſcitiam pij  
& eruditi tecum appellabunt? Equidem cum Ter-  
tulliano exiſtimo, Ignorare melius eſſe, ne quod  
non debeam, norim: quia quod debeo, noui. Ha-  
ctenus proſectò nihil ſcire, omnia ſcire eſt. Peſſi-  
mum autem inſcitiae genus eſt, neque ſcire quod  
debes, neque velle ſcire quod neſcire conuince-  
riſ. At de re ipſa.

Thraſo Ie-  
ſuiticus è  
Sophocliſ  
vetbis ele-  
ganter de-  
ſcriptus.

Regula Ie-  
ſuitica,

Quam res  
deſunt, ad  
conuitia re-  
currunt.

Et Eodem  
libro.

H A Y V S.

PÆDOBAPTISMVM B SCRIPTVRA  
minimè probari.

Antea nobis exprobrabas, quod Verbi non ſcri-  
pti nomine, ea intelligeremus, quæ Clemens ſcripto  
conſignauit, nunc verò, tui immemor, Verbi non-  
ſcripti aduerſaria ſine commentaria nobis conce-  
diſ. Confugies ſcio, ad tibi familiarem diſtinctio-  
nem, Secundum quid & ſimpliciter, vt te in Lo-  
gicorum ſubtilitatibus egregiè verſatum eſſe, re ipſa  
probes. Pag. 155.

## SERRANVS.

Quid sit  
Verbum  
non- scri-  
ptum.

Inspidi  
Iesuitarū  
fales.

Veritas semper sibi similis, semper memor est veri. *Verbum non scriptum* appellatis Iesuitæ, quod quum omnia ad salutem necessaria in Scriptura non contineantur, exquisitum sit quoddam doctrinæ genus in Pontificis Romani plena potestate extra Scripturam, quod ad Scripturæ supplementum adhibeatur. Dixi igitur id è vestra hypothese verè hætenus dici, quod omnia illa Verbi non scripti commenta in Scriptura minimè cõtineantur. Id verò perabsurdè à vobis Non-scriptum appellari. licet enim sit extra Scripturam, est tamen scriptum. ecquid enim aliud est quàm Decretalia, Clemētina, Extrauagantes, & cætera id generis scripta pænè infinita? Nihil hîc opus erat distinctione *Secundum quid* & *Simpliciter*, à me necessariis in locis adhibita: quum cordati omnes percipere animaduertant te simpliciter & absolute esse nugatorem, quod in re seria putidè nugeris. Quamquam & in te mea hæc distinctio habet locum, non enim te simpliciter duplicem Iesuitam, communi titulo propter duplices vestes appelladum, sed *secundum quid*, quod nimirum & sis Iesuita & Apostata: duplicique adeò nomine bellum geras veritati. Abi igitur, Sycophanta, cum ridiculis tuis scommatis, & veritatem germanumque veritatis sermonem Ecclesiæ relinquito.

## HAYVS.

*Dic mihi utri vis potius credamus tibi ne Calvinii discipulo, parum aut nihil omnino in Theologicis studiis exercitato, an summo Ecclesiæ Doctori D. Augustino? Responde simpliciter & non secundum quid.*

*dum quid. Tu affirmas audacter, quod summus Hereticorum auctoritas constanter his verbis negat: Consuetudo matris Ecclesie, in baptizandis paruulis nequaquam spernenda est, neque vilo modo superflua putanda, nec omnino credenda, nisi Apostolica esset traditio.*

Pag. 155.

## SERRANVS.

Ergone mihi cum Anabaptista res erit, qui infantum Baptismum neget? Si infantum Baptismus, non Dei sed hominum auctoritate probatur, quid nam de illo, ac proinde de nobis qui infantes baptizati sumus, constituendum erit? Nunc enim hominesne an Deum suademus? Deine Verbo fides nostra innititur, an hominum statque caditque arbitrio? Magnum haud dubie momentum Anabaptistarum furoribus comparatum esset, si euincerent infantum Baptismum certis Verbi Dei testimoniis minimè probari. At res longè aliter se habet. Scripturæ enim disertis testimoniis demonstratur, necessarium esse vt in Ecclesia infantes baptizentur. De Augustino tamen dicam prius, vel seipsum potius defendet Augustinus aduersus verè cæcas aberrationes.

Eo loco quem citas, disserit sanctus Pater de peccato originali quomodo in genus humanum propagetur, an in solo corpore labes hæreat an sit in anima. Animam autem labe illa infici inde probat, quod è Scriptura constet, Nos nasci peccatores, ac proinde nos infantes indigere peccatorum remissione. Ita de Baptismo paruulorum agens, *Consuetudinem matris Ecclesie in baptizandis paruulis ait nequaquam esse spernendam, neque omnino superflua deputandam.* Ecquod telum inde contra

E. iiij.

Iesuitismus Anabaptismo germanus

Augustinus ab Hayo citatus cõtra Hayum disertè facit.



nos vibras, acurissime disputator? Certe quicquid  
 que nos norunt, norunt infantum baptismum à  
 nobis studiosè coli, & reuerenter obseruari. Ne  
 mini nostrum in mentem venit vnquam vt illam  
 matris Ecclesię baptizandis paruulis consuetudinem  
 aspernaretur aut superfluam putaret. Quid  
 nam igitur instituis probare? Augustinum videli-  
 cet constanter negare quod ego affirmo: Illam  
 baptizandorum infantum consuetudinem nisi au-  
 thoritate Scripturæ. Verùm aliud agis, Hæc ani-  
 mus tuus peregrinatur. Hæcine enim non se-  
 quantur continuo? *Illam consuetudinem omnino non  
 esse credendam, nisi apostolica esset traditio: & ne dubi-  
 taretis quidnam August. vocet traditionem Apo-  
 stolicam, adiungit, Habet ex illa parua etas magnam  
 testimonij pondus, quæ prima pro Christo meruit sanguinem  
 fundere. Quod Apostoli tradiderunt Ecclesiæ, id  
 ipsum se à Christo accepisse testantur. Ecquis ve-  
 rò nescit illud de necatis infantibus testimonium  
 Scriptura contineri? Ipse quoque Augustinus se-  
 ipsum interpretatur. Hæc enim verba, Quod tradi-  
 tum tenet vniuersitas Ecclesiæ, quum paruuli baptizantur.  
 sic exponit, Quod vniuersa Ecclesia tenet, nec Concilio in-  
 stitutum est, sed semper retentum non nisi Apostolica au-  
 thoritate traditum rectissimè creditur.* Ecquidnam verò  
 illud est, nisi Scriptura, veritatis sempiternæ au-  
 graphum & matrix, cui sunt vice commentarij  
 adhibita Concilia? Ita nos reuocat ad ipsam ori-  
 ginem, quemadmodum è Tertulliano supra de-  
 monstrabamus. Hanc Scripturam continuo indi-  
 cat Augustinus his disertis verbis, *Veraciter intelli-  
 gere possumus, quid valeat in paruulis Baptismi sacramen-  
 tum, ex Circumcisione carnis quam prior populus accepit.*  
 Circumcisionem ait esse traditionem: huic Bap-  
 tismum successisse, sicuti docuerat Apostolus. Ita  
 vt eodem modo vtrunque sacramentum vocat tra-  
 ditio.

ditionem, sic docet Scripturæ testimonio confirmari, cui non repugnare consuetudinem Ecclesie inde ait, quod eam credendam neget, nisi Apostolica traditione inniteretur, quam probamus esse Scripturam.

Hæc igitur pro se contra te Augustinus, Hay, qui tuo more tergiuersaris. Cur enim ad ea non respondes, quæ è Scriptura annotaueram? Primum argumentum, vt cæterorum fundamentum, ipsis Christi verbis describatur, Sinite paruulos venire ad me, quia talium est Regnum cœlorum. Tu verò quidnam excipis?

### PRIMUM ARGVMENTVM.

DE Christi oraculo, *Sinite paruulos venire ad me quia talium est regnum cœlorum.* Mat. 19.

#### HAYVS.

*Calvinus ex instituto contra Anabaptistas differens, non tam audacter, vt tu facis, ait, se habere hac de re in scripto Verbo testimonium: sed quasi de victoria desperans submissè his verbis orditur, Anobis probandum est, Verbo Dei consentaneū esse quod infantes baptizamus. Pag. 156. Cætera ex Hayano codice, quid enim attinet conuicia describere?*

#### SERRANVS.

Quàm luculenter, quàm constanter, quàm solidè, quàm neruosè Calvinus è certis Scripturæ testimoniis Pædobaptismum aduersus Anabaptistarum furores vindicauerit, è proprio loco perspicuum est. Vobis autem Iesuitis qui exclamandi

artem factitatis, & in clamoribus & impudenter locatis victoriam, submissè id dicitur quod modestè & reuerenter dicitur. E capite igitur decimo sexto lib. quarti Instit. huic argumento propriè destinato de iudicio tuo vt iudicet Lectorem locum ipsum adito.

## HAYVS.

*Et sanè testimonium, quod in acie collocat lentio præterii, quamuis id alio vsurpet loco. Et præbatur ne ab Anabaptistis cogeret ex verbis Domini certam aliquam ratiocinationem conficiat qua infantum Baptismum concluderet. Ibidem.*

## SERRANVS.

Calvinus  
è diferto  
Scriptura  
testimo-  
nio eui-  
cit Pædo-  
baptismū.

Non sentis, Hay, te cum mente & fronte oculos amisisse? Hoc ipsum testimonium vniuersæ suæ demonstrationis firmamentum Calvinus hic ponit, monens non esse leuiter prætereundum ac proinde illud summa cum accuratione expendit. Ecquid enim aduersus tuos, Hay, Anabaptistæ (te enim omnium religionum periclitatorem nõ obscure facere cum Anabaptistis sæpe ostendit) potuit ex illo testimonio neruosius illustriusve dici? Hæc enim ipsa sunt Caluini verba. *Infantes sibi offerri iubet Christus, addita ratione, Quoniam cælium sit regnum cœlorum: suamque postea voluntatem opere testatur, dum ipsos amplexus, precatione benedictioneque sua Patri commendat. & Discipulos obuios qui aditu illos prohibere conabantur, quando eos, quorum esset regnum cœlorum, à se abducerent, per quem factus patet in cœlum ingressus. Ex his certam rationem intelligit: Si adduci Christo infantes æquum est, cur non & ad Baptismum recipi, symbolum nostræ cum Christo communi-*

nis ac societatis? Si eorum est regnum cœlorum, cur signum  
negabitur, quo veluti aditus aperitur in Ecclesiã, ut in cam  
cooptati, heredibus regni cœlestis ascribantur? Est Calui-

Caluini  
ex hoc  
Christi  
oraculo  
demon-  
stratio.

ni demonstratio è Christi verbis conformata, cu-

ius ampliolem explicationem sic ille subiungit,

Iniquum esse illos abigere quos Christus ad se  
inuitat: spoliare, quos donis suis ornat: exclude-

re, quos vltro ad se admittit, ecquid enim esse ma-

ius augustiùsve quàm in fœdere comprehendi,

quàm hæredem esse regni cœlorum, quã ad Chri-

stum venire, quàm tantis denique diuinæ chari-

tatis symbolis honestari? neque enim susceptio,

manuum impositio, amplexus filii Dei, sunt inane

testificationes, sed cum re ipsa coniunctæ. Ex

quibus neminem non videre affirmat Calvinus,

Pædobaptismum nequaquam humanitus fabrefa-

ctum fuisse, qui tanta Scripturæ approbatione ful-

ciatur. Hoccine est de Pædobaptismo submis-

se loqui, & *τὸ κενὸν ἴδιον* siue fundamentale hoc Chri-

sti testimonium silentio prætereire?

H A Y V S.

*A te igitur ex his verbis Domini, ad Dialecti-*  
*corum præscripta, firmam aliquam ratiocinatio-*  
*nem exspectamus, quæ perspicue concludat, infantes*  
*esse Baptismi sacramento initiandos. Pag. 156.*

S E R R A N V S.

Perspicua est argumentationis *οὐδὲν ἄλλο* hoc  
modo:

*Qui ius hereditatis habent, signum eiusdem hereditatis*  
*habere debent.*

*Christianorum infantes ius cœlestis hereditatis habent:*

*Baptismum igitur cœlestis hereditatis signum, habe-*  
*re debent.*

Maior sua luce manifesta est, Minor ex promotionis Ecclesiæ factæ, & luculentis Christi vobis elucet.

## HAYVS.

*Excute diligenter an & de infantibus ab infidelibus parentibus progenitis sit intelligendum, quod negatis in Christianorum numerum per Baptismum cooptari posse: an verò de iis solum qui Christianis parentibus sunt procreati, quos è matris utero sanctificatos esse perhibetis. Pag. 156.*

## SERRANVS.

Non sunt infideles, qui nascuntur in Patu.

Decret. 3 parte, De cōsecrat. distinct. 4 C. Nō est aqua.

De fidelium liberis id tantum intelligendum est, id est eorum parentum qui Christo nomen dederunt in sacro baptismo. nam hoc ius Ecclesiæ non pertinet ad eos qui non agnoscunt Ecclesiæ fundamentum. Hos nimirum Infidelium nominem intelligimus, Mahumedistas, rebelles Iudæos, & ceterosque id genus homines apertos Christi hostes. Absit enim absit, Hay, ut illo nomine eos ceuseamus qui nascuntur & baptizantur in Patu in quo scimus (quantumlibet Satana & Antichristo crepantibus) retineri fundamentum Ecclesiæ. Certè Christo nomen ibi dant qui baptizantur. In sacro Baptismo retinetur substantia promissionis in concepta formula, *Ego te baptizo in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti*: neque in creaturæ cuiusquam nomen itur. Signum quoque promissionis integrè retinetur, Antichristi commentis minime transsubstantiarum. Non est igitur aqua profana & adultera super quam nomen Dei inuocatur, & cetera si à prophanis & adulteris inuocetur, & cetera nonis ipsius verbis utar: quia nec creatura ipsa & dulce.

adultera est, nec ipsum nomen adulterum est.  
Verum quomodo sanctificentur fidelium liberi,  
niox dicemus.

SECUNDVM ARGVMENTVM,

Ex Apostoli testimonio, *Liberi fidelium  
sunt sancti.* I. Corinth. 7. 14.

HAYVS.

*Nescimus quenam mandata intelligas, quorum  
disertam ab Apostolo explanationem verbis illis,  
Liberi vestri sancti sunt, traditam esse scribis.*  
Pag. 156.

SERRANVS.

Mandata Apostolorum, illa sunt quæ Christus  
Apostolis suis mandavit, è quibus nimirum illi  
veram doctrinam de Baptismo hominibus expo- Mādatum  
Apostoli-  
cū, quid  
sit.  
suerunt. Mandatum igitur Apostolicum est illa  
ipsa promissionis fundamētalis expositio, de qua  
agebamus modò. Si enim infantum è fidelibus  
parentibus natorum est regnum cœlorum, certè  
infantes illi sunt sancti: quum immundis minimè  
pateat in cœlorum aditus. Disertū quoque Chri-  
sti mandatum est, *Ite, prædicate, baptizate.* At quī mi-  
rum esset te in rebus Ecclesiæ nouum & peregrini-  
um, disertas veritatis voces minimè intelligere?

HAYVS.

*Si Caluini doctrina vera esset, te rectè argumen-  
tari negaret nemo. ita enim scribit, Baptismo opus  
habere fideles infantes, non tanquam adiumento  
ad salutem necessario sed tanquam sigillo ad obsi-*

gnandam in illis adoptionis gratiam diuinitate  
 dinato. Hæc sunt religionis vestra principia contra  
 Scripturarum autoritatem posita. Audi quid Sto-  
 lous fidelis viri, filius dicat, Erasmus natura  
 ira sicuti & ceteri, Quem locum sic explicat Cal-  
 uinus, ut impietatem quam alius in locis defendere  
 plane secum pugnans, euertat. & c. Pag. 157.  
 Locum ipse Lector adito, ne otio & chara-  
 butamur describendis aduersarij insanijs. A-  
 thanasium autem, Augustinũ, Hieronymum  
 eadem mente qua Calvinum, citat, De re ip-  
 ex ipsius lectione constabit. Prolixæ autem lo-  
 ci pag. 157-58, & 159. effusi summa est, Ne  
 Pelagianos, quum Christianorum liberos cum  
 stolo sanctos appellemus, quas remissione peccato-  
 rum minime indigerent.

## SERRANVS.

Impudēs  
 calūnia.

Quomo-  
 do dicantur  
 filij fi-  
 deliũ san-  
 cti.

Natura, sumus filij iræ: Gratia, filij Dei, id est  
 sancti. Vtrunque dixit Apostolus, qui neque diuinitate  
 repugnantia, neque Pelagianus fuit: sed Hayus  
 semper est suus, id est Sophista, res inter se plane  
 disparatas atque disiunctas componendo. Cal-  
 uinus Apostoli verba & mentem fideliter est seque-  
 tus. SANCTI dicuntur filij fidelium, quia ex  
 fœderis pertinent ad Ecclesiam visibilem, que  
 est communitio sanctorum, ciuitas fidelis: quemad-  
 modum ciuis liberi, nascuntur ciues. Num ideo  
 vel Paulus fuit hæreticus, quia distinxit Naturam  
 à Gratia: vel Hayus est orthodoxus, quia confin-  
 dit Naturam cum Gratia? Calvinus autem rem  
 totam sic pertractauit ut tu nõ argumentis, Hay-  
 sed flagris sis tuo merito coercendus: quippe qui  
 nullo pudore audeas tam luculentę Veritati cras-  
 sis

fos calumniae fumos offundere. At tu videlicet peropportune locos è Caluino notasti, vt tuopte indicio prodaris forex: neque sane Athanasium, Augustinum, Hieronymum aliter citasti quam vt te sacrilegij & calumniae reum perage- res. Ecquid enim aliud nugis tuis ad nauseam vsque repetitis respondeam? At vis haberi peritus Hebraicae linguae. Hanc (inquit) Tertulliani & D. Hieronymi interpretationem plurimum confirmat significatio Hebraica וְטָר. Hoc vocabulum nescis esse medium. id est sanctum singulare & immundum? Itaque vides illud facere mirifice ad sermonem institutum: ne tamen tibi pereat erudita observatio, & vt hu- jus ceremoniis circumstantiae accommodetur, ita habeto. Quum perspicuum sit è praepostera hac tua Antiquitatis indicatione, te sacra commaculare, quum & noris ipse te Ecclesiam & veritatem reliquisse, non audis quo te nomine Apostoli insigniant? Certè si canis est immundum animal, vocabulum וְטָר in te sumptum, non sanctum significauit sed immundum. At de re sancta vt sanctè loquendum est, ita tibi candidè respondeo: Meum argumentum è Pauli testimonio sic conformari.

*Sanctis debetur sanctificationis sacramentum:*

*Fidelium liberi sunt sancti, vt è sanctis nati.*

*Fidelium igitur liberis debetur sanctificationis sacramentum, id est Baptismus.*

Maiores autem, & per se rata. Minorem è difertis Pauli verbis probo, *Vestri liberi sunt sancti.* At quaeritur quomodo vocauerit sanctos fidelium liberos, quum alibi dixerit, *Nos nasci filios irae, sicuti & nascuntur Ethnici.* Quum hæc varia ratione dicantur, ac proinde distinguenda sint, dolus est compositionis illa componere & commiscere. Hæc autem est vera & luculenta distinctio. Nascimur o-



mnes homines & in Ecclesia & extra Ecclesia  
 filij Adami, hereditaria illius labe infecti. id est  
 fidelium & infidelium liberos idem reatus &  
 demque condemnatio inuoluit. Verum in Eccle-  
 sia, Christi beneficio, renascimur: ac proinde e  
 muni humani generis colluue à Deo segregati  
 in eius fœdere censemur, & patres, & filij, ex fo-  
 mula promissionis, ERO DEVS TVVS ET  
 MINIS TVI. Hoc fœdus cum Abrahamo pro-  
 mium initum, ad omnem Ecclesiam Christianam  
 propagatum est: quia disrupto pariete illo in-  
 gerino quo Israelis Respublica à cæteris nationi-  
 bus disungebatur, omnes qui Christo nome-  
 derunt, sacræ illius familiæ ius sunt consequuti  
 vt Abrahami filij modò habeantur. Christiano-  
 rum igitur infantibus idcirco conferendus est ba-  
 ptismus, quia sunt fœderis illius participes, cuius-  
 que vi filij Dei & Ecclesiæ membra. Non quòd  
 mnes singulatim sint censendi in eo numero, aut  
 quasi priuilegij illius efficacitas pendeat è carnis  
 generatione: (in illis enim tantum efficax est pro-  
 missio, in quibus electio consentit cum externa  
 vocatione) sed quia singulari Dei priuilegio ab  
 maxima cœlestis ciuitatis priuilegia vocantur.  
 Quum autem incognita sit nobis Dei electio, de  
 Sanctorum liberis non aliter debemus iudicare  
 quàm ex ipsorum vita constet illos duci Spiritu  
 Christi, vt ex regenerationis effectis perspicuum  
 fit ipsos ad electionem pertinere. Quod illis non  
 competit naturæ suæ vi, sed gratiæ beneficio, non  
 omnibus Adami filiis communis conditio est, vt  
 omnes peræquè sint obnoxij peccato, & mortu-  
 ternæ. Fideles autem & fidelium liberi, sunt in-  
 ecti, ex vi & efficacia diuinæ promissionis, per  
 quam nimirum in illis aboletur naturæ corruptæ  
 ptionis maledictio, vt qui è corrupta natura pro-  
 laal

DE VERA ECCL. AVTORITATE. 449  
fani erant, singulari Dei pet Christum gratia san-  
ctificentur.

TERTIVM ARGVMENTVM  
Ab analogia Circumcisionis & Baptismi.

H A Y V S.

Pro me respondebit Augustinus, qui certum hoc  
tuum testimonium εἰς ἄνδρ & coniecturam esse exi-  
stimat. Lib. 4. de Baptismo contra Donatistas  
cap. 23. Perpende diligenter præclaram hanc D.  
Augustini orationem, & in Apostolicis traditioni-  
bus divinam esse vim facile perspicias. Pag. 159.  
& 160.

S E R R A N V S.

Perpendi, & deprehendi te esse semper Hayū.  
Id est præposterum non modò Antiquatorem, sed  
peruersum veritatis corruptorem. Vis Augusti-  
num existimasse, hoc argumentum è Circumci-  
sionis & Baptismi analogia sumptum, esse εἰς ἄνδρ  
& coniecturam. Qui id verò? Quia, inquis, scri-  
psit Augustinus, *Veraciter conicere possumus quid va-  
leat in parvulis Baptismi sacramentum ex circumcissione car-  
nis quam prior populus accepit.* Scio in nonnullis ex-  
emplaribus legi, *Conicere veraciter*: at in emenda-  
tis. codice, quo ego utor, perspicuè legitur, *CON-*  
*TINERE VERACITER NON CONICERE*: & ita Locus Au-  
gustini ex  
ponitur.  
esse legendum vniuersa sententia docet. *Et si quis-*  
*quam,* inquit Augustinus, *in hac re auctoritatem diui-*  
*nam querat.* id est, Si quis velit infantum baptizan-  
dorum morem probari Scripturæ sanctæ autori-  
tate, hæc erit prima probatio, *Quod vniuersa tenet*  
*Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est.*

non nisi auctoritate Apostolica traditum vetèssimè creditur  
 id est, Apostolica doctrina est, Infantes baptizantur: quum id Ecclesia obseruauerit, non è Concilio  
 liorum decretis, sed ex primigenia doctrina, quæ  
 non nisi è Scriptura hauritur. Apostoli igitur docuerunt  
 cuerunt infantes esse baptizandos, eoque ipsi baptizantur:  
 doctrinam exemplumque Apostolorum sequuta est Ecclesia  
 immediatè. Distinguitur enim perspicuè Augustinus Conciliorum  
 ta ab Apostolorum traditionibus, quarum appellatione  
 latione Scripturâ haud dubiè designat: siquidem hoc ipsum  
 quod voce & institutis reliquerunt Ecclesiæ, id ipsum scripserunt  
 Apostoli. Prima igitur Augustini ratio ad Pædobaptismum probandum,  
 nititur traditione Apostolica, id est doctrina & exemplo  
 Apostolorum. Secunda præiudicata consuetudine veritatis  
 Ecclesiæ, his verbis: *Tenenus veraciter continere possumus quid valeat in paruitate  
 bapt. sibi sacramentum ex circumcisione, quam prior populus  
 accepit.* Qui in Augustini lectione paronomasiæ agnoscent  
 stylum eruditi viri paronomasiæ amantis. est enim iucunda  
 paronomasiæ, id est ægnoimatio vocum, Tenere, Retinere, Contine-  
 re, in his verbis, *Tenet Ecclesia semper retentum est  
 tenere possumus.* CONTINERE ergo Augustinus dicitur  
 cum priori populo, id est veteri Ecclesiæ, idem tenere & complecti.  
 Q. D. Quum circumcisio Dei mandato infantibus daretur  
 in veteri Ecclesiæ, & Patres & nos hodie in Ecclesiæ qui in  
 Patrum ius successimus, habemus expressam declarationem  
 diuinæ voluntatis erga liberos nostras, quæ enim nobis  
 sint cum veteri Ecclesiæ eadem sacra communia (sicuti  
 Apostolus disertè testatur) omnino ut illi Circumcisio  
 erat sigillum iustitiæ fidei & remissionis peccatorum,  
 ita & Baptismus idem nobis hodie profiteretur. Eodem igitur modo

do nobis debet adhiberi. Infantibus dabatur Circumcisio. Infantibus igitur debet dari Baptismus quum sit idem foedus, idem Deus foederis autor, eadem veritas, idem beneficium. Hoc voluit Augustinus, è vero nimirum & certo Circumcisionis vsu Baptismi vsum demonstrans. Omnino, *Conicere veraciter*, non est opinabiliter de re aliqua vera & certa differere in vtranque partem? Quasi sit *εἰρησάκων* & coniectura, Patres sub Lege eadem escam spiritualement edisse: & omnes eundem potum spiritualement bibisse, nimirum Christum: & nos in Christo Circumcisos esse circumcisione quae sit sine manibus, & in eodem Christo nos quoque esse consepultos: & Circumcisionem fuisse sigillum iustitiae fidei in Christo, ac proinde Baptismum Circumcisioni successisse? Hæc absurda sunt planè Iesuitica, vernaculi Iesuitarum foetus, quibus cum omnis religio sit opinio & ludus, quidni Christianæ religionis sacramenta illis sint *εἰρησάκων* & coniectura? Denique, etiamsi dare mus rectè legi, *Veraciter conicere possumus*, ecquis non videt hoc argumentum à veteris Ecclesie vsu sumptum non fuisse Augustino vanam coniecturam & diuinationem, opinabili *εἰρησάκων* qualem Hayus imaginatur, efformatam: sed certam è rerum parium analogia consequentem? nam dum Hayus alioqui *Coniciendi* vocabulum emollit comoda vox, *Veraciter*, vt *Conicere*, sit rerum parium collatione colligere, *ἀναλογος συζυγιαν* & *συμμετρίαν*. Quidnam enim de Circumcisionis & baptismi analogia, cum ex finitis locis tum ex illo certo loco peripicuum est quem saltem è Decreto repetere debueras: *Ex quo instituta est (inquit) Circumcisio in populo Dei (quod erat tunc signaculum fidei iustitiae Dei) ad sanctificationem purgationis valebat parulis originalis veterisque peccati sicuti & Baptismus vale-*

De hup-  
tilis & cõ-  
cupiscen-  
tia lib. 2.  
c. 11. & De  
cret 3. par  
te de con-  
secrat. di-  
stinct. 4.  
C. Ex quo

re capit ad imouationem hominis, ex quo institutio est  
 Et, Eadem tamen fideles Mediatoris saluos in istis locis  
 antiquos pusillos cum magnis, non vetus testamentum  
 quod in seruitutem generat, non Lex que non sic data  
 que posset viuificare: sed gratia Dei per Iesum Christum  
 inuicium nostrum, quia sicut nos credimus Christum re  
 uenisse, sic illi uenturum: sicuti nos mortuum & illi mor  
 turum &c. Hocceine est *ἐκγαστὴρ* Augustini argu  
 mentum, an potius *τὸ κενώειν* & omnium quidem  
*ἐποδεντικώτατον*, certaque principiorum deman  
 stratione firmissimum?

## HAYVS.

Quamuis in illo Scriptura loco Baptismi pro  
 ptum contineri tibi concederemus, non tamen pu  
 lulas Baptismo initiandas esse ex tuo expressa non  
 dato de infantibus octauo die circumcidendis, con  
 cludes nisi nouam plane ac Iudæis parā cognitam  
 circumcidendi scēminarationem ex tua reconcilia  
 eliciendi arte deprompseris. Pag. 160.

## SERRANVS.

Fœmellas  
 peræque  
 ac mascu  
 los, in  
 Dei fœde  
 re conti  
 neri.

Petrus ait. Fœminas eiusdem cum uiris gracie  
 & uitæ esse participes. Primo promissio fuit in  
 mine mulieris contrituro caput ueteris colubæ.  
 Christus accepit corpus in fœmina uirgine, &  
 primis fœminis post resurrectionem apparuit.  
 Muliebre igitur genus non exterminatum est ui  
 ta æterna, cuius & Circumcisio & Baptismus  
 sunt sigilla. Cur igitur in primo die populo non  
 circumcidebantur fœmellæ? Respondeo, Quia ne  
 circumcederentur, Deus propter manifestas cau  
 sas exceperat. nam mandauerat præputij carnem  
 circumcidi, quod quum in fœmellis non esset, il  
 læ tamen essent proles Abrahami, ac proinde fœ  
 deris

deris cum illo initi participes : Deus illas in maribus complectebatur: sic vt illis natus esse ex circumcisis pro circumcissione esset, idcircoque essent Abrahami filia, & eiusdem cum patribus & fratribus gratia heredes? Deo nimirum placuerat circumcissionis ritus, ad representandam genera humani propaginem quæ quum in sese immunda sit, debeat præcidi, vt electum Ecclesie semen sanctificeretur. Huic ritui sexus masculinus erat aptus. Solis igitur masculorum corporibus imprimatur: Deus verò ita parcebat foemellis vt eiusdem circumcissionis persequè ac generis foederisque, in ipsis masculis quodammodo sociæ ac consortes essent: sicuti in societatis contractu fieri solet, vt omnium sociorum commune sit ius, eorumque ratio habeatur nullo diuisionis contractu. Idcirco mulierem à se sanctam Christus vocat filiam Abrahami: & ex communi illo sanctificationis iure, Iacobi filia aiût nefas esse sororem suam nubere incircumciso. Vnde perspicuum est in veteri Ecclesia. id ratum fuisse, sacro Abrahami semini destinatum privilegium ad omnem illius posteritatem, siue mates siue foeminas, persequè pertinuisse: quemadmodum & genus humanum per mares & foeminas necessario propagatur & conseruatur. Hoc igitur erat Circumcissionis ius in familia Abrahami, in qua non nouâ quidam circumcidendi foeminas rationem ex mea illa (quam vocas) eliciendi arte depromam, sed euincam te in re seria nugari, qui vanitatem tuam per omnes non modò casus & numeros, sed per omnia quoque genera ostentes, ne cui recondita sit. At foeminarum ius Ecclesia tuebitur, Philippo Evangelista autore, qui quatuor filias suas non patitur ab auita hereditate exturbari. Verùm hæc ad impuros tuos iocos satis superque. Certè, si-

hiam Abrahami Christus vocat mulierem liriticam.

Ex mea igitur illa quam tantopere prædicat arte, argumentum tuum ita circumcido. Non vellet consequutio. Fœmellæ sub Lege non circumcidabantur. Ergo fœmellæ sub Euangelio non debent baptizari. Est enim dissimilis ratio exceptionis, sicuti iam ostendi. Exceptio hæc & causa exceptionis in Baptismo non est. nam sexus mulieris peræquæ ac masculinus, Baptismi signum per naturam suam capere potest, & commune debet cum masculis ius promissionis & gratiæ. Et circo mulieres cum viris baptizatas fuisse sacra historia refert. Philippus autem qui mulieres baptizabat, num filias suas Baptismo excepisset? Procedit igitur contra te argumentum,

*Quibus promissionis ius commune est, illis promissionis signum commune esse debet.*

*Fœminis cum masculis promissionis ius commune est in Ecclesia.*

*Promissionis igitur signum, id est Baptismus, fœmellæ peræquæ ac masculis applicari debet.*

Distinguenda sunt nimirum illa quæ ad externam ceremoniam, & illa quæ ad rem vsûque rei pertinent. Externæ ceremoniæ in Circumcisione & Baptismo sunt distinctæ, nimirum, Præputij excisio, sexus masculinus, octauus dies, & ablutio, vterque sexus, quilibet dies post natalitiam. Quæ verò ad rem vsûque rei spectant, vtrique communia sunt: Remissio peccatorum, regeneratio, obligatio ad fidem & poenitentiam, obsequio fœderis diuini in iis quos in fœdere suo adoptat Deus, suæque gratiæ vult esse heredes, siue adulti sint siue infantes quum omnes peræquæ & parentes & liberos in fœdere suo complectatur. Ecquis igitur non videt incircumcisum & illa

rum Hayi cerebrum lymphatice euagari, dum res distinctas confundit?

## HAYVS.

*Quinque Hebraeis non fuerit permiffum, ante octauam vitæ diem infantem circumcidere, si certum est tuum argumentum, ante octauum diem non licet Christianis infantes suos Baptifmo tingere. Pag. 160.*

## SERRANVS.

Id non confequitur: quia diffimilis eft ratio ex ternarum ceremoniarum in Circumcifione & Baptifmo, inter quas octauus dies Circumcifioni proprie quadrat. Oftendi fimilitudinis & diffimilitudinis rationem. Quum vtrinque commune infantibus tribuatur, communis quoque iuris commune facramentum effe debet. & hæc quidem eft fimilitudo rei. At in ceremoniis & ceremoniarum circumftantiis diffimilitudo perfpicue elucet. Octauus dies Iudæis erat ad hoc dictus vt pueri infantes in primigeniæ ætatis limine circumciderentur, ne adulta ætas ad facramenti illius perceptionem expectaretur. Hoc est ratio des & cum re ipfa plane coniunctum, vt folenni nimirum ritu in Dei fœdus infantes reciperentur. At ftati diei apud Iudæos notatio, non eft fubftantialis ceremonia, qua obligentur Christiani à Circumcifione nunc immunes. Quandiu viguit Circumcifionis obferuatio, tandiu dies ille octauus ei facer, à fidelibus Iudæis debebat obferuari. Nos verò Iudæorum in morem certo illi diei minime obstringimur. Ratio eft, quia ceffat neceffitas. Veteris Ecclefiæ infantes volebat Deus cir-

Quid firmi  
le & diffi  
mile fuit  
Circumci-  
fioni &  
Baptifmo.



cumcidi, nostros baptizari. Ne autem tene illorum infantum vitæ periculum crearetur, octo dierum spatio imbecilla illorum corpora confirmari voluit. vt præputij auulsiõnem quæ sine magno dolore fieri nõ poterat, infantes fortiùs perfecterent. Hæc periculi necessitas Baptismum minime committatur. Cur igitur octauum diem ais, magne Theologe, obseruari à Christianis debere, si verum id est quod ipse confiteris, Baptismum Circumcisioni successisse? Alioqui concludere Christianos esse circumcidendos. Non magis certe octauus dies vrgeri aut potest aut debet. Non soluitur argumentum negatione consequentis, sed consequentiæ, vel antecedentis debueras itaque ostendere vim consequentiæ in hoc argumento Circumcisionis: at quum ratio dissimilitudinis appareat, propter quam idem prædicatum non sit utrique tribuendum, id est idem dies octauus Baptismo peræque ac Circumcisioni conueniat, quis non videt tuæ exceptionis ἀουολογισμῶν?

## HAYVS.

*Nos quidem maximi facimus argumentum illud à Circumcisione petiturum: si tamen Traditio Ecclesie (vt tu facis) quis fidem derogat, non necessario, obfirmato animo negantem infantum Baptismum conuincet. Pag. 160.*

## SERRANVS.

Balbutis. nescis quid dicās. Primum, *ὡς ἡ ἀληθεύουσα τῆς ἀρχαίας*: quasi vlla sit Traditio Ecclesie, hoc quidem nomine digna, quæ sine Traditione Apostolica, id est Scriptura, sit vera, tantum abest (vt garris) quæ traditioni Apostolicæ vim au-

toritatēque tribuat. Deinde, tuam hanc exceptionem disertis Augustini verbis e diametro pugnare non sentis, sapientissime Antiquator? *Quod vniuersa tenet Ecclesia, inquit Augustinus. Hæcine non est Catholicæ Ecclesiæ traditio? Nec conciliis institutum, sed semper retentum est.* Ecquod antiquius aut gultiusve Ecclesiasticarum traditionum genus proferri posset? *Non nisi AVTORITATE APOSTOLICA rectissime creditur.* Non audis sancti Patris testimonio traditionum Ecclesiasticarum firmamentum & robur totum esse in Verbo Dei? Non omnes traditiones esse credendas quæ Ecclesiæ nomen prætexunt, sed eas tantum quæ Scripturæ autoritate inniuntur? *Apostolicæ enim traditionis nomine, Patres orthodoxi designarunt doctrinam ab Apostolis scripto commendatam.* Sic enim in Decreto etiam vestro, vt infimira alia testimonia prætermittam: *Verus baptismus constat non tam ablutione corporis quam fide cordis, sicuti Apostolica doctrina tradidit, dicens: Fide mundans corda eorum: & alibi. Saluos facit baptismus. &c.* Hæcine non extant in Scriptura? Patres sic loquuntur vt Apostoli, *Accepi à Domino quod tradidi vobis.* Cœnæ institutio, est traditio Apostolica: sic Baptismus, & quidem infantibus datus, vt veris Ecclesiæ alumnis. Hoc ipsum est quod aiebat Augustinus: *Si quisquam hac in re diuinam auctoritatem querat, id est Sacre Scripturæ testimonium.*

De confes-  
erat di-  
finit. 4.  
C. Verus.

## H A Y V S.

*Quòd si infantes rem (id est gratiam) sunt consequuti ante baptismum, Baptismus certè illis Sacramentum remissionis peccatorum non erit.*

## SERRANVS.

Haëtenus infantes fidelium, rem, hoc est gratiam Dei sunt consequuti ante baptismum, quia comprehenduntur in foedere, cuius ~~esse~~ <sup>significatio</sup> signaculum est Baptismus: ac proinde remissio peccatorum in illis obfignatur Ecclesiam nimirum ingredientibus, & sua Christo nomina solentur hoc ritu dantibus. Ita obuertitur contra te argumentum tuum. Nisi enim Dei gratiam essent consequuti fidelium liberi, qui sese illorum partem Deus testaretur? Præcedit Dei gratia, accedit Baptismus illius gratiæ obfignatio. Sicuti diploma & sigillum Regium Regis beneficium sequuntur & confirmant.

## HAYVS.

*Explica nobis interim qua ratione Christianorum infantes Sancti nascantur, si non ante peccatum originis deleatur quam Baptismum suscipiant.*  
Pag. 16.

## SERRANVS.

De baptismo parvul. lib. 1. cap. 23 & Decret. part. 3. De consecr. dist. 4. C. Per baptismum. De consecr. dist. 4. C. non ex quo.

Explicavi iam suo loco quomodo dicantur Sancti. Quomodo autem peccatum originis deleatur in pueris infantibus docet Augustinus, Per baptismum Christi id agitur, ut caro peccati euacuetur: non autem sic euacuatur ut in carne concupiscentia innata non sit sed ne obsit. nam si post baptismum ad ætatem naturalem perueniant, sibi habent cum qua pugnent, eamque ad usum Domino superent, si non gratiam in vacuum susceperint. Et, In baptismo quamuis fiat plena remissio peccatorum nondum tamen plena est nouitas & perfecta mutatio quæ adhuc remanet corruptio non solum in corpore, sed etiam in animo.

animo, qui est homo interior: in quo si perfecta esset notitas, non diceret Apostolus quod de die in diem renouatur.

QUARTVM ARGVMENTVM,  
Ab exemplo Apostolorum.

HAYVS.

Hoc quidem ab Apostolis factitatum nos ingenue profitemur: tuum verò esse contendimus, Infantum baptismum expresso & scripto Dei verbo preceptum demonstrare, quò melius Anabaptistarum furorem coercere possis. Pag. 160.

SERRANVS.

Exemplum & doctrina Apostolorum identicè dicuntur, & vtrunque Scriptura complectitur. illud enim scriptum est quod & docuerunt & factitarunt in Ecclesiis Apostoli. Neque te tuo ore convinci, Iesuita, sentis?

HAYVS.

Saltem non refutarunt: neque tantam fuisse argumentorum vestrorum vim, quantam tu predicās, nobis ante persuadebis, quàm Anabaptistarum scripturas à vobis refutatos intelligamus. Disce à Diablicis, quid inter Potuerunt refutare, & refutarunt, intersit. Pag. 160.

SERRANVS.

Sunt verba & voces, Hay, te perbellè digna. Quæ enim fronte Anabaptistarum causam suscipis, nisi vt eruditum lectorem doceas ex Acade- Nugæ Iesuiticæ.

mica ista disquisitione tua, te Anabaptistis impetu  
 fiis fauere? Non poterat aliud omnium religio-  
 num periclitator. Nam de argumentis aduersus  
 Anabaptistas nostris Hayus *μὴ δύνανται* iudicare po-  
 test? Discat ille potius à pueris quidnam valeat  
 hoc dicendi genus, *Potuerunt refutare, & refutarunt.*  
 Respondebit tyro Iesuitæ supercilium aspectans  
 se legisse apud bonum poetam,

— *Pallásne exurere classem*

*Arguūm, atque ipsos potuit submergere ponto? &*

*Si potuit manes arcessere coningis Orpheus:*

fic verò didicisse à præceptoribus, *Potuit exurere  
 & submergere, recte exponi, exussit & submersit: &  
 potuit arcessere, re ipsa arcessiuit. Quidni igitur  
 tuerunt refutare, commodè dicitur, pro Potenter &  
 efficaciter refutarunt? Pudet me sanè tui in his  
 gerris importunè triumphantis, Hay, neque te pu-  
 det inanitatis tuæ.*

---

HAYVS.

*Orationis tuæ sententiam ex Caluini scriptis pe-  
 tere oportet. Pag. 161.*

---

SERRANVS.

Caluini sententiã ego fideliter perstrinxeram,  
 Quorsum ergo tuæ tricæ in re per se plana? neque  
 enim si tu cæcus es, Sol est obscurus. Hanc tuam  
 solertiam lector eruditus videt & ridet.

---

HAYVS.

*Verùm quum nos omnibus in rebus, Ecclesiæ  
 Catholicæ autoritatem sartam tectam esse velle-  
 mus, nullo negotio respondemus, Apostolos multa  
 fecisse*

*fecisse quæ in Scripturis sacris non leguntur, in Ecclesia tamè diuino beneficio, per Traditionem non scriptam diligenter retinentur. Pag. 161*

## SERRANVS.

At ego, quum hanc rem hæc disputatio vnicè pertractarit, ne more tuo in conclusione nouum primordium accessam, cordati Lectoris iudicium appello, vt me etiã tacente pronuntiet, Ecclesie Catholicæ autoritatem sartam tectam esse velitis, qui illius autoritatem Pontificis iugo subditis & mancipatis. Euge verò res ad triarios denuent. Apostolorum doctrinam scriptis commendatam vobis aduersari fatemini: ad non-scripta quædam illorum mysteria sic nos amandatis, vt eam non Apostolorum doctrina ædificari, sed Apostolorum doctrinam in illius esse manu & potestate contendatis. Hoc nimirum est Catholicæ Ecclesie autoritatem sartam tectamque esse velle. Non erit igitur Christi mandatum idoneum, *Itæ baptizate*, Hayo autore: neque credendum erit Luca qui refert Apostolos totas familias baptizasse. Hæc videlicet Apostolicorum scriptorum peccata Ecclesie Catholicæ autoritate opus habebant vt explerentur. Quicquid tamen sit, Hay, è Christi oraculo, è Pauli verbis, è veteris Ecclesie institutis, è Circumcisionis analogia, ex Apostolorum denique exemplo, euinco Pædobaptismum, vt non opus habeat Verbi non-scripti adiuuentis. Quomodo autem ex eadem Scriptura perpetua Deiparæ virginitas probetur, porrò videndû est.

PERPETVAM DEIPARÆ

*virginis virginitatem Scripturæ te-*

*stimonis comprobari.*

## HAYVS.

*Fidei Christiana dogma, est tibi Calumniastro res perexigua. Quid ergo magnum esse iudicabis? Beza (quem tu magnum Theologum nunc cupas) in fidei articulis in conuentu Pisiaco proposuit, perpetuam Dei genitricis virginitatem vultu suo confirmare non posset, ex articulorum numero reiecit. imo contra Brentium differens, plane negavit, contraque dilucida quæ extare concedis in Prophetarum & Apostolorum scriptis testimonia, in partu Virginitatis iacturam Dei matrem fecisse impurus Poeta auctoris contemdit. Suscipe si audes, impietatis patrocinium, ut Beza magni Theologi nomine à te merito insignitum nobis confirmet.*  
Pag. 161. 162.

## SERRANVS.

Theodorus Beza meo patrocinio minime indiget: quum me tamen dignum esse existimasti quem cum illo eiusdem accusationis inuidia inuolueres, de calumnia primùm dicam aduersus illum & me nunc à te conflata: deinde, de tuorumque crudelitate expostulabo: vt ex rebus ipsis cordatus Lector peruideat, vos eodem preceptore & calumniam & crudelitatem didicistis.

DE SANCTÆ Virginis Mariæ virginitate quidnam Beza sentiat, hæc ipsissima illius verba testantur, Christianæ Confessionis capite tertio, articulo Vigesimo secundo:

Impudentissima calumnia Bezae obiecta ab Hayo.

“

“

Itaque Iesus Christus verus Deus & verus homo (id est verè humana anima & humano corpore

re constans ex virginis Mariæ filiæ Davidis sub-  
stantia, idque virtute Spiritus sancti composito)  
verè conceptus est & natus ex ea ipsa virgine,  
VIRGINE, INQUAM, & ANTE & POST PARTVM;  
eâque omnia propter salutem nostram impleri  
oportuit. Hæc Beza *δὲ θεογονικῶς*. Acta autem Polisia  
cena Sycophantam nostrum arguunt summæ te-  
meritatis & virulentia. In Brentiana autem illa  
quam affert, disputatione hæc ipsa verba extant.

Rectè igitur Vetustas Mariam vocavit *θεοτόκον*,  
id est Deiparam, adversus Nestorium. Et, Quid  
Brentio videtur concepisse Maria? An carnè dun-  
taxat? Atqui longè aliter Ioannes qui dicit *τὸν λό-  
γον* qui erat in principio Deus apud Deū, factum  
esse carnem. Concepit ergo Deum hominem, id  
est non hominem in quem effuderit Divinitas o-  
mnès suas proprietates (nam tunc quoque non ef-  
fer Deus natura, sed donorū participatione: quod  
prorsus est Nestorianum simul & Euthychianū)  
sed qui cum Sermo *ὁ λόγος* semetipsum hypostati-  
cè univit, alioqui non fuit *θεοτόκος* Maria. Et ibi-  
dem, An verò mirabilius est virum è terra esse cõ-  
ditum, fœminam autem è viri costa, quàm Deus  
esse in carne manifestatum, quum in Virgine con-  
ciperetur, & ex eadem nasceretur qui vna ex dua-  
bus naturis constante persona, & Deus simul &  
homo est? Brentius igitur primi hominis è terra  
creationem in animam viventem admirabitur  
quantùm volet, (est enim in hoc etiam opere ad-  
mirabilis Dominus) sed secundi Hominis è cœlo  
in spiritum vivificatè genituram (id est, Deum  
in carne manifestatum) cum Paulo exclamamus,  
Magnùm illud esse pietatis mysterium. Siccinæ  
igitur Beza planè negat Deiparæ virginitatè,  
cuius in partu fecerit iacturam? De fide & fronte  
Hayi præstò adsunt argumenta.



Eadē calū  
nia cōtra  
mē eadē  
fide con-  
flata.

DE ME autem quid dicam? Meum quoque  
dicem esse præ manibus qui summæ præuacua-  
tionis reum peraget Iesuitam. Equidem veteri  
& orthodoxæ Ecclesiæ de perpetua Deiparæ vir-  
ginitate sententiam me amplecti testatus, dis-  
perexiguum id esse quod Iesuitæ statuunt velut  
fundamentum salutis nostræ in sacrosancto Inca-  
nationis mysterio, virginem Mariam videlicet  
perpetuum virginitatis votum vouisse Deo, post-  
quam Iesum Christum virgo peperisset. Me qui-  
dem non negare illam toto vitæ suæ curriculo vir-  
ginitatem suam conseruasse: in eo tamen non esse  
positam fidei nostræ summam: sed in augustis &  
planè diuino mysterio, Ecce virgo pariet: quod  
quum luculento Scripturæ testimonio elucida-  
nihil esse causæ cur clamitent Iesuitæ nos cogere  
pudiare Christianum illud dogma, nisi ad Verbum  
non-scripti arcana Ecclesiæ que autoritatem con-  
fugiamus. Christianæ igitur fidei articulum fun-  
damentale & primarium ab accessorio esse distin-  
guendum: sicuti fecit Ecclesia in Symbolis. quum  
enim in omnibus diligenter mentionē fecerit de  
partu Virginis Mariæ, eam tamen post illum par-  
tum conseruasse perpetuam virginitatem non  
præscribit vt credamus: non quia non sit verum  
sed quia voluit nostram fidem præcipuis rebus  
immanere. Contrà Iesuitæ & ceteri superflua  
de re primaria supinè loquuntur, in accessoria ta-  
ti versantur, id est *εν περιπρω* faciunt *εργον*. Prophe-  
ta prædicit Christum e virgine nasciturum: Euan-  
gelistæ e Virgine natum dilucide testantur. Cui  
igitur in Virginis Mariæ virginitate probanda  
Scripturæ autoritatem desideremus, quæ sine illa  
ambiguitate in Scriptura sonat?

Addebam aliquid amplius. Ex eadem quoque  
Scriptura colligi posse, Virginem Mariam posse  
gitari

quam Iesum peperisset, virginitatem illam suam Filij Dei puerperio sacram reuerenter conseruasse, ad vltimum vsque vitæ suæ spiritum, id enim ad mysterij huius reuerentiam pertinere. Probationes autem e Scriptura petitas adhibueram, vt plena esset mea responsio, Perpetuam Deiparæ virginitatem Scripturæ testimoniis solide cõprobari, vt nulla sit Iesuitarum exceptio, de Verbi scripti imbecillitate nisi Ecclesiæ autoritate succiatur. Quid hæc Iesuita?

## H A Y V S.

*Juliani Apostata impiissimam vocem audire mihi videor. quid enim insensissimo Christianæ religionis hosti detestabilius in mentem venire potuit, quam quod à te modo dictum est, vt thalamus ille Christi Seruatoris nostri purissimus, alio semine pollueretur?* Pag. 162.

## S E R R A N V S.

Quid ais? Matrisne thalamus fuit filij thalamus? Dementes sunt figuræ Iesuitarum, Redi ad meum librum, vt ad mentem redeas tuam. Hoc ego non dixeram. Dixeram huius mysterij caput non in eo esse vt credamus, Virginem Mariam natam Christo virginitatem suam conseruasse: sed in eo reuera esse, vt credam Christum Filium Dei natum esse à Maria virgine. Calumnia ergo cur enim verborum meorum partem decerpis vt totam sententiam peruertas. Detestabilis est hæc tua procacitas, teque Iesuita, id est Christiani & nominis & dogmatis hosti iniquissimo perdignæ. Te igitur infelicissimum Apostatam infelicissimi Apostatæ Iuliani proba infamæque prolixè docent.

## H A Y V S.

*Nihilne incōmodi fuisset, si perpetue virginitatē votū quod Deo nuncupauerat in diā aeternā violasset? Apagē istud Mahometi probrum. Beatissima Virgini à Caluini Ministro obiectū. & illi virgini quæ  $\chi\tau\iota\tau\epsilon\lambda\epsilon\chi\lambda\omega$ , diuinitus *Vates* Israel non cōmuni nomine  $\eta\gamma\eta\tau$  sed  $\eta\delta\eta\gamma\eta$  nominatur quippe quæ sicut reliquis omnibus alius virginitatē nomen excellentius sortita est sic etiā præ omnibus alius Virginibus, Virginitatē studiū toto vitæ suæ tempore amplexa est. Ibidem.*

## S E R R A N V S.

Perpetuā  
Deiparæ  
virginitatē  
quomodo  
agnoscimus.

Sanctam Deiparam Christi seruatoris matrem credo fuisse  $\alpha\epsilon\tau\epsilon\rho\alpha\gamma\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon$ , id est & virginem ante partum & post partum permanuisse virginem. Nō tamen vel Prophetæ vel Euangelistæ testimonio probaueris illam votum virginitatis perpetuum nuncupasse Deo. Esaias diserte testatur illam virginem parituram, ideōque  $\eta\delta\eta\gamma\eta$  vocat  $\chi\tau\iota\tau\epsilon\lambda\epsilon\chi\lambda\omega$ , non quod votū virginitatis perpetuum nuncupatura esset Deo, sed quod virgo paritura esset. hæc enim sunt aurea vaticinij verba, *Ecce virgo pariet.* Hoc ipsum oraculum suo tempore impletum fuisse commemorant Euangelistæ. De voto illius virginitatis perpetuo merum apud illos silentiū imo luculenter testantur, Sanctam virginem à Iosepho dum fuisse assumptam, eadēque non modò ædes cum marito incoluisse, sed & Christū infantem accurate cū illo educasse: & ea quidem mariti illius sui reuerentia, vt illum Christi patrem appelleret, de communi id quidem hominum sententia, quum reuera Christi pater non esset Iosephus.



SERRANVS.

Nymia  
Hierony-  
mi exca-  
descencia  
non pro-  
bata Au-  
gustino.

Ea plane mente qua Augustinus vir optimus & modestissimus in Hieronymo nõ prudẽtiam modo, sed etiam mansuetudinem modestiamque desiderauit. neque enim næuis suis caruit Hieronymus. vir alioqui & doctissimus & sanctissimus. Illum certe in fratris suos vehementiùs aliquando efferuescere, testes sunt eæ literæ quas ad Augustinum dedit, iracundiori felle oblità nulla de causa. Quàm verò acriter Rufinum, Vigilantium, Iouinianum insectatur, expensis æqua lance eruditus qui non videat summum alioqui virum & de Ecclesia optime meritum vehementioris acerbiorisque naturæ impetu quodam, Christianæ modestiæ metas aliquando transilire. Patrum pudenda retegì neque animus est, neque id pudor patitur meus. Hieronymum variæ eruditionis oceanorum noui: at fuit homo, summòque cum iudicio legendus. id est ( vt inquit Augustinus ipsam alloquens ) *non ita sunt legendi ipsius libri tanquam prophetarum & Apostolorum.* Absit hoc à pia humilitate & veraci de semetipso cogitatione. Tibi verè prudentissime Antiquator, in Patrum næuis defendendis melius tibi quadraret proverbium, *Sz rabeus aquilam, nisi tibi Onocrotalo tuum illud pro uerbum paucis immutatis melius quadraret,* Similes habent labra carduos. Verum de re.

Caninam eloquentiam Heluidio obiicit Hieronymus, & rerum imperitiam. Idcirco nõ Heluidius erat huiusmodi ob irati Hieronymi liberiores voces? Nimum virginitatis studium tunc inualeſcebat ad matrimonij opprobrium, quod sen-

fin obrepfit Sathanae dolis, vt e matrimonij in-  
 terdicto degeneris Romae doctrina, Diabolorum  
 doctrina sine controuersa censeretur. Eò tum vi-  
 delicet iaciebatur fundamentum iniquitatis. Hùc  
 fuisse in bonis alioqui viris non laudabilem ze-  
 lum etiam si neget Iesuita, non idcirco tamen fal-  
 sum dixerit Apostolus, qui Diabolorum doctri-  
 nam extremis temporibus nascituram hac nota  
 insigniuit, quòd matrimonij interdictum sit con-  
 stituta: neque vel Hieronymus vel Patrum quis-  
 quam piorum hos de virginitatis laudibus exces-  
 sus studiù rectè potuit insectari. Omnino ex ipsa Hierony-  
mus in  
Heluidio  
reprehen-  
dèdo mo-  
dù excelsi-  
fit.  
 Hieronymi aduersus Heluidium disputatione ap-  
 paret, Heluidij consilium fuisse ostendere, Nihil  
 esse causae cur Mariae Virginis exemplo virginita-  
 tis vota nuncuparentur, matrimonium verò con-  
 temneretur. Hac de causa Hieronymus, qui de cõ-  
 paratione virginitatis & nuptiarum esset dictu-  
 rus, obsecrat lectores, ne se putent nuptiis detra-  
 xisse in virginitatis laude. Epiphanius certè hære-  
 sin Antidicomarianitarum commemorans, non  
 meminit Heluidij. quod haud dubiè fecisset, quò  
 eo penè ipso tempore Hieronymiana scripta per  
 omnes Ecclesias celebrarentur. E Hieronymo  
 quoque constat Heluidium retinuisse orthodo-  
 xam doctrinam Ecclesiae de partu Virginis secun-  
 dum Scripturas. Quidnam igitur opus erat tem-  
 pore excandescere Hieronymum in lacerando  
 Heluidio? Rectè quidem eum reprehendit & Scri-  
 pturae testimoniis abutentem, & pium Incarna-  
 tionis *περιου* non satis reuerenter definientem:  
 sed neque fuit articulus fundamentalis fidei è  
 Scriptura & Symbolis definitus, neque idcirco  
 ab Ecclesia exterminandus tanquam piaculatis  
 homo quicumque locos aliquot Scripturae non re-  
 ctè aut intellexerit aut accommodauerit, seruata

Supersti-  
tiosus Ma-  
riæ cultus

tamen fidei analogia: quam in hoc mysterio Heluidium serualle constat ex ipsius Hieronymi etiam indignabundi verbis. Conquerebatur Heluidius ita peruagari admirationem quandam virginicitatis vt matrimonij contemptus inde nasceretur, sit perditionisque semen passim iaceretur: & ad has intemperies Sanctæ Virginis exemplum vsurparetur, quasi illa matrimonio neglecto perpetua virginitatis votum nuncupasset, cœnobiumque consecrasset. Hæ sunt causæ quæ me impulerunt vt dicerem in priori libello meo, nos Hieronymi studium aduersus Heluidium probare, prudentiam desiderare.

Addo etiam aliquid amplius. Mihi quidem videri consultius opportuniisque Hieronymum futurum, si seriò prouidisset ne immodicis his in Sanctam Virginem laudibus imperiti homines ad importunam adorationem abuterentur: sicut euenisse refert Epiphanius, qui totum illud supersticiosum colendæ Mariæ studium *Diabolicum cotum, ludibrium, anicularum deliramentum, fraudem ex Deorum motu, imposturam è Colubro rursu natam* disertè appellat. Nefas esse imaginẽ Mariæ statui, Mariã adorari. Illã quidẽ propter mysterij dispensationem qua digna facta est, maximè honorandam at non adorandã. Quidnam autem vocat adorare Mariã? Quòd imagines ei collocarentur, quòd collyris siue placenta ei offerretur, quòd *AVEMARIA* ei diceretur, Nunc verò quidnam dicturus esset orthodoxus Pater, si ingentes imaginum aceruis Mariæ passim collocatos, non collyridem siue placentã tantùm ei offerri, sed cœlestis Regni summã cū hoc versiculo ei deferri, *ROGA PATREM, IUBERE NATVM IVRE MATRIS IMPERA:* & in dominica precatatione Angeli salutationem non salutarẽ sed inuocandæ Mariæ causã iniectam esse videret.

lib. 4. cõtra hæreses. tom. 2. cap. 79. contra collyriuanos.

ret. Hæc nimirū Hyperdulix cōmenta digna erāt aduersus quæ seruorum Dei zelus inflammaretur. Hæcenus igitur in Hieronymo prudentiam desiderabam: non tamen inde conficies, Opus fuisse verbo non-scripto ad Mariæ virginitatem probandam, quum è Scripto abundè constet.

## HAYVS.

Stupidus ergo fuit D. Hieronymus, qui ex scripto Verbo perspicuè illam non collegerit. Demens plane Beza, qui contra scriptum illud tuum Verbum, corruptam fuisse Dei Matris virginitatem se probasse existimauit. Tibi soli est perspicuum, quod hæcenus mortales omnes latuit. Pag. 163.

## SERRANVS.

Certè Hieronymus in tota hac aduersus Heluidium disputatione totus est in Scripturarum interpretatione. In primordio se ex Scripturis loquatur præfatur: vbique autem Heluidium reprehendit quòd Scriptura abutatur, & Scripturæ sanctæ idioma non intelligat: & *Impertissime, inquit, hominum ista non legeras, & toto Scripturarum per-lago derelicto, ad iniuriam Virginis tuam rabiem contulisti.* In ipsa autem disputationis clausula, probationum suarum rationem colligens, ad Scripturam Heluidium reuocat: *Sed vt hæc que Scripta sunt (inquit) non negamus, ita ea que non sunt scripta, renuimus, Natum Deum esse de virgine credimus, quia legimus. Mariam nupsisse post partum non credimus, quia non legimus.* Hoc cine est, Hay, non agere è Scriptura? Scripturam in primordio, in medio, in fine sonare apud Hieronymum audis: & stupidum idcirco Hieronymum fuisse credis, quòd perso-

Perpetuā  
Mariæ vir-  
ginitatē è  
Scriptura  
probat  
Hierony-  
mus.  
Aduersus  
Heluidiū.



nantem veritatem non audis? At tu omnium Sophistarum sapientissimus es, qui in crassa aduersus Bezam calumnia iam deprehensus, eandem putidè nunc reponis. Mihi soli nõ est perspicuum quod omnes oculati peruident: at tibi ignotum est soli, te esse Hayum, id est à ratione & sensu ipso communi planè auium.

## HAYVS.

Quònam argumento Heluidium conuincas, qui negat idem tuum dicendi genus? Vnico verbo tu perspicuitas corrumpitur, & in summam conuersa est obscuritatem. Nos ex traditione de perpetua B. Mariæ virginitate, optimè probamus verba illa Adæthæi, Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum, nihil contra eiusdem & à τὸν πατέρα Dei facere. Et quemadmodum tu dicitur ex verbis Domini Ecce sum vobiscum &c. colligi non posse Christum non esse futurum post consummationem seculi, ita dicit aliquis, ex verbis illis Non cognoscebat, colligi non posse τὸν πατέρα Dei post partum, Virginitatis suæ detrimentum cepisse, & præterea nihil. Pag. 164.

## SERRANVS.

Eo ipso planè quo ostendebam modò Hieronymum conuincisse Heluidium: QVIA NON LEGIMVS Mariam post Filij Dei partum cognouisse virum, & quum hac de re siluerit Scriptura, nõ vult de re incomperta nos loqui: sed his de rebus quæ nobis sunt incognitæ, ex his rebus quæ nobis sunt per Scripturam cognitæ, facere iudicium, est enim perpetuus veritatis consensus & in principiis suis & in principiorum applicatione: quem-

Argumen-  
tū Hiero-  
nymus è  
Scriptura  
quomodo  
cõfirman-  
dum.

admodum suo loco docuimus. E Scriptura constat, natum esse Filium Dei è sancta virgine. Consentaneum est igitur credere, sacrum illud corpus Augusto Incarnationis mysterio dedicatum, nullius hominis semè sensisse: ac proinde perpetuam virginitatem S. Deiparæ post partum omni vitæ suæ curriculo constitisse. E datis principiis illud necessariò consequitur. Nimirum igitur siccus es Logicus qui Scripturæ doctrinam tam angustiis terminis constringis, vt è principiis suis consentaneas conclusiones non possit propagare. Sed quia è Logices tuæ arario NIHIL nobis opponas, audiamus te ex illa differentem, hac tamen lege vt è non-soluti actione post tecum agam, & de tua illa quam affers, Ecclesiæ fideiussione, nequis Scripturam ad soluendū idoneam nõ esse arbitretur.

## H A Y V S.

*Instituenda tibi erit hunc in modum ratiocinatio: Ex verbis Matthei non colligimus Dei genitricis virginitatem fuisse imminutam. ergo credendum est eandem Dei genitricem, virginitatem suam conseruasse. Si tibi non placet hic ratiocinandi modus, doce qua in re, positus tuis principiis, à me sit peccatum. Pag. 164.*

## S E R R A N V S.

Variè à te peccatum esse sic doceo.  
Primum, quia vel temerariè vel veteratoriè id in argumento prætermittis quòd in argumento primarium est, Perpetuū videlicet principiorum & consequutionis in veritate consensum, vt sint veritatis omnia constanter vera & consentanea.

id est, (vt loquitur Logica nostra) *συναληθὴ καὶ ἀπολογία*. Quum enim sine vlla controuersia sit verum è Scriptura, Deum manifestatum esse in carne, id est, Filium Dei è Virgine natum esse secundum prophetias: iisdem quoque principis consequens est vt credamus Virginem illam Deo param nunquam fuisse mixtam viro: atque ad eum Iosephum vitæ socium, sacræque virginittatis custodem reuera, non coniugem exitisse. Quum igitur indubitatum sit è disertis Scripturæ testimoniis de Virginis partu mysterium, quidni etiam eam doctrinam quæ ex illo mysterio *ἀναλογικῶς* conuenienter propagatur, credamus ad veritatem pertinere? Præuaricaris, Hay, qui res naturæ communitate & quasi cognatione coniunctas atque copulatas discerpis: & veritatis scaturigine derelicta ad mendacij lacunas conuolas. Est enim verum, nobis non tantùm assentientibus sed maximè affirmantibus, Sâctam virginem Mariam Christi Seruatoris nostri matrem, constanter conseruasse augustam omnibûsque modis reuerendam virginittatem suam edito filio suo vnigenito: at importunissimæ est vesaniæ, existimare, veræ probationem in Veritatis autographo desiderari, vt in hominum cerebro inueniatur. Præterea non vides te dicere repugnantia? Ais vos probare perpetuam B. Mariæ virginittatem è traditione Apostolica, & tamen id negas quod nos affirmamus. E Scriptura illam probari posse. Ecquæ tandem sunt ista insomnia, Probari è Scriptura, & nō probari è Scriptura? Sunt hæc *ἀντιπροσώτως* contraria & disparata. Ecquid enim est Apostolica traditio nisi Scriptura, vt sæpe diximus? Vel enim Traditio illa, est contraria Scripturæ, vel eadem. Si contraria, blasphemias: si eadem, nugaris.

Secundò, in eo grauissimè peccas quòd solo silencio

lento constituas verarū rerum ratiocinationem. Ecquis hoc argumentandi genus ferat vel in Republ. vel in Academia? Non negavit ille mihi se debere centum. Ergo ex illo silentio mihi debet centum. Vel, Aristoteles non negavit Chymicæ artibus aurichalcum vel argentum in aurum commutari. Probat igitur artis Chymicæ instituta. Idem est planè consequutionis illius tuæ *μυχαίνουσα*, quod mihi insonti affingis. Non negas, ais, Scriptura Mariam fuisse virginem post editum Christum. Ergo perpetuam virginitatem Maria conservavit è Scripturæ testimonio. Vera quidem est complexio: at probatio plane est importuna. Sicuti enim è silentio neque affirmatio neque negatio colligi potest, ita è negatione affirmatio non potest. Mera autem sine ratione negatio, pura putaque nugatio est. Longè aliter (ne nescias, Hay) didicimus in Ecclesia sancti istius Theorematis ex Incarnationis mysterio nati ratiocinationem, ex legibus nostræ Logices, in hunc modum videlicet colligere:

“ QVOD vel fundamento veræ doctrinæ  
 “ superstructum, vel è vera doctrina propa-  
 “ gatum est, peræquè credi debet ac ipsa ve-  
 “ ra & fundamentalis doctrina.

“ ATQVI è doctrina de partu Virginis  
 “ Deiparæ consequens est, ut illa quæ Fi-  
 “ lium Dei Virgo concepit & peperit, virgo  
 “ permanserit post partum, suamque illam  
 “ virginitatem tota vita sua illibatam con-  
 “ servarit: ne corpus sacro Filij Dei semini  
 “ dedicatum, humano semine pollueretur.  
 “ Id autem luculenter constat è Scriptura.

“ ERGO ex eadem Scriptura constat, San-  
 “ ctam Deiparam quæ virgo peperit, Virgi-  
 “ nem post partum remansisse: ac proinde

- “ prolixè nugantur Iesuitæ, qui perpetuè  
 “ B. Mariæ virginitatem è Scriptura probant  
 “ non posse contendunt.

Maior è superiori doctrina elucet: Minorem omnes peræquè amplectimur. Duobus igitur datis cur negares tertium τὸ ἐξ ἀνάγκης ex illis necens? Quodlibet verum ex vera sua ratione verum est pag. 27. At quum opponeretur Scripturæ Scriptura, consentaneum erat vt ostenderem id perperam fieri è præpostera verborum expositione. Tu verò quidnam ad hoc excipis, magne Theologie?

## HAYVS.

*Perspicua sanè dogmatis fidei probatio, Vique interdum refertur ad tempus præcedens, vt de sequenti non affirmetur contrarium. Et interdum imò sapissimè in Scripturis aliter accipitur vox, VSQVE sive DONEC, atque locis à te citatis &c. Lege Scripturas, atque ex Ecclesie interpretatione, earum veram & germanam intelligentiam disce. Et quia tuus Beza veram perspicuam obscuravit, adiciam argumentum D. Helvidii solutionem, quam post Hieronymum D. Thomas attulit. Quis autem sit hic doctorum consensus, qui Beza Theologū appellat nominare non poteris, & si me errare existimas, eripe mihi tanta diligentia hunc errorem. Beza non potuisti aucupari gratiam, qui Caluini manes planè contemneres, quū vt illius somnia probares, huius doctrinam repudias. Ascribā explicationem verborum Martini ex Caluini Harmonia. Sultus igitur es, Minister, stultus & tuus ille magnus Theologus Beza, quam*

ex verbis Evangelistæ colligatis quid post natum  
Christum Virgini contigerit. Pag. 165.

## SERRANVS.

Tu verò omnium Sycophantarum sapientissimus es, qui Andabatarum more (vt Hieronymi eòdem in loco Heluidium increpantis vtar verbis) gladiū in tenebris ventilas, & linguæ sonum ad confodienda corporis tantum tui membra concuris. Ita neque Bezam neque me his tuis gladiatoris ictibus percutis, sed hæc tua verba tibi soli sunt verbera.

Vis ex Ecclesiæ interpretatione veram germanamque Scripturæ intelligentiam disci. Epiphanius & Augustinus non fuerunt homines Ecclesiæ? Atqui vterque docuit hanc esse veram intelligendæ & exponendæ Scripturæ regulam, vt natura verborum significatio expendatur, quum verba sint rerum notæ. Distingui igitur voces *ὁμολογῆσαι* siue *παρασημασι* primùm omnium debent, quam de rei sententia agitur.

Duplicem adverbij illius *donec* siue *vsque* notionem Hieronymus distinxerat quod sæpe certum tempus significat, sæpe infinitū. Vtra sit huic loco propria, diiudicandum erat ex ipsius loci circumstantia, quum vtraque conuenire non possit. Priore Heluidius abutebatur, posteriore, Hayus, abuteris, sic enim Heluidius illa Matthæi verba exponebat, vt diceret certum tempus significari, quo Iosephus non cognouisset Mariam, nati videlicet Christi tempus: ex eo autem tempore eam cognouisse vt mariti vxores solent. Hoc verò importunissimum est, & ex ipsius quidem vocabuli vi, quod infinitum tempus sæpe designat. At tu dū negas contra Hieronymi sententiā infinitum il-

Epiph. li.  
2. contra  
hæres. Au-  
gust. lib. 2.  
cap. 10. de  
doctrina  
Christiana.

Explicatur  
Matthæi locus  
Non cognouit eam donec peperisset suū præmogenitū.  
Significatio vocis  
*VSQUE*.

lud tempus significari, pervertis nativam huius  
 vocis significationem quæ huic loco proprie &  
 commodatur, sicuti sex exemplis docet Hieronimus,  
 quæ non pigebit iudicare. *Primum est.* Ego sum  
 ego sum, & donec senescatis ego sum. Nunquam  
 postquam illi senuerint, Deus esse desistit  
*dum.* Ecce ego sum vobiscum omnibus diebus  
 que ad consummationem seculi. Num post  
 consummationem seculi Dominus à suis abscedit  
*Tertium.* Oportet Christum regnare, donec possit  
 omnes inimicos sub pedibus suis. Nunquid  
 diu regnaturus est Dominus, donec incipient  
 inimici sub pedibus suis: & postquam illi sub  
 pedibus fuerint, regnare desistet? *Quartum.* Oportet  
 nostri ad Dominum, donec misereatur nostri. Num  
 Propheta post impetratam misericordiam ocu-  
 los torquebit ad terram? *Quintum.* Perdidi Iacob  
 Deos alienos usque in hodiernum diem. Num  
 post illum diem idola ab Iacobo abscondita, ser-  
 runt reperta. *Sextum.* Nemo scit sepulcrum Mo-  
 usque in diem istum. Num sepulcrum Mo-  
 ris feculis repertum est? Addit denique in-  
 mirabilia huiusmodi exempla in Scriptura re-  
 periri, in quibus DONEC particula infinitum tem-  
 pus notet. At aliam quoque esse illius notionem,  
 quum videlicet certum tempus designatur, quo  
 completo fiat id quod usque ad illud tempus præ-  
 scriptum est, non fiebat, ut Helvidiana de-  
 ceptione utar. Hæc significatio quadrat locis à te  
 memorabat, non item. De controverso autem  
 Matthæi loco audi quidnam ille pronunciet:

- “ verbis Evangelistam id indicasse de quo scandalum parvum
- “ moveri, Mariam non fuisse cognitam à viro usque ad par-
- “ tum, à qua tunc se abstinuit, quum adhuc de visione parvum
- “ fluctuare. Iudicandum igitur fuit hac in re licet esse

esse mysterium, Quòd virgo peperisset: at ex illis verbis minimè colligetur Mariam desisse esse virginem, non magis quàm è verbis supra commemoratis vel Deum desinere esse Deum, vel Christum non esse nobiscum. est enim consentaneum, sacrum illud corpus ab humanæ consuetudinis còsortio fuisse liberum, vt totum esset Deo sacrum. Itaque vide, Hay, quò te abripiat phantastica contradicendi libido. Quum perspicuum sit duplicem esse notionem vsúmque in Scriptura vocis *DONEC* vel *VSQUE*, omnino efficitur ex regula *πολυσημων* siue multiplicium vocabulorum vtriúque vni eidémque loco significationem quadrare non posse, quum sint contrariæ. vna enim certum siue finitum, altera incertum infinitumve tempus significat. Sicuti igitur in his enuntiationibus, *Canis latrat, Canis ardet, Canis ad vomitum redit, πολυσημων* siue multiplicis vocis significatione distinguenda est: ita & in illis locis in quibus vocabulum *Donec* siue *Vsque*, quod *πολυσημων* siue multiplex est, vsurpatur, videndum est ecque notio loci circumstantiæ conueniat. non enim ambæ possunt eidem conuenire. In iis igitur quos citasti locis, certum tempus planè designat. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es.* tandiu enim laboramus in hac vita, donec moriamur. mors laborum nostrorù meta est & terminus. Rebecca autem camelis tandiu hausit aquam, donec cuncti biberint, & sitim bibendo expleuerint. Non ablatum est sceptrum de Iuda, neque dux de fœmore eius, donec Silo venerit, at vbi Christus venit, ecquis Iudææ regnum expectarit. stato enim tempore venturus erat Christus, & politiam Iudææ ablaturus, vt Catholicù esset ipsius in Catholica Ecclesia regnum. Hæc ita sunt perspicua vt paderet me hæc osten-



dere, nisi cum Hayo mihi esset res, id est cum in  
 portunissimo aduersario qui ex rebus nihili tri-  
 phum fabricatur. At in loco controuerso, Ne  
 cognoscebat Mariam donec peperit filium suum,  
 infinitum tempus significari ecquis non videt?  
 statur enim Euangelista Iosephum piè abstinenti-  
 ab vxore, antequàm Christum ipsa peperisset. Et  
 quis verò non videt planè consentaneum cre-  
 re, sanctissimum virum miraculi ab Angelo pro-  
 nuntiati euentu permotum à sacro illo corpore  
 abstinuisse, quod Seruatoris sui domicilium fu-  
 se viderat: ac proinde vocem DONEC ab Euan-  
 glista non sic fuisse adhibitam, vt doceret tantum  
 Iosephum non consueuisse cum vxore donec fi-  
 lium peperisset, quasi ex eo tempore temperan-  
 tiaz illius suæ vincula ruperit: sed vt nobis potius  
 cogitandum relinqueret, optimum virum tempo-  
 rantiam illam suam cum vxore factam tectamque  
 conseruasse, quum eam eo tùm sanctè tenuerit  
 quando actiores esse solent amoris imperus in  
 primordiis nimirum nuptiarum. Itaque infini-  
 tum tempus significari rectè dixit Hieronymus  
 ex aliorum locorum collatione. Tibine igitur  
 Hay, stultus est merito suo Hieronymus, à quo  
 hanc interpretationem Beza est mutuatus, aut te-  
 non tandem senties lymphaticam illam vertigi-  
 nem tuam, vt latebras quæras?

Nam quòd conuertris ex Hieronymo, Thomæ  
 Caluino aduersus Bezam testimonia, eiusdem est  
 dementiæ tuæ. Idem enim Hieronymus, idè Tho-  
 mas, idem Calvinus, idem Beza docent: quemad-  
 modum ex ipsis verbis constat.

Calvinus dixerat, stultè & perperam colligi è  
 verbis Euangelistæ quid post Christum natū con-  
 tingerit. Stultè igitur illi qui dicunt Iosephum post  
 illud tempus Mariam cognouisse: at ex infinita il-  
 la re-  
 la re-

la temporis notione, prudenter illi credunt è mysterio Incarnationis, Iosephum ab vxore abstinuisse. quod quum perspicuè doceat Beza, illum ne Hayus stultū vocare potest, quin se Hayum, id est virulentum ardelionem, qualis Iesuita & Apostata esse debuit.

Egōne igitur ad illius conuitia respondeam, vt Bezam à putidis illius calumniis liberem? At neque patrono eget Beza, & ipsa illa conuertiendi ratios, Beza magna defensio est. Quisnam enim sit Beza nouit etiam Antichristus, & cōtremiscit, vt palā sit imporrūne dissimulare Hayū quasi re uerso mundo notam ignoret. Iam verò si amanda veritas est, hanc ego gratiam, Hay, vnam, mihi à meo Beza aucupor, vt quam ego veritatem illo præceptore didici, eandem pro modulo meo defendam, Deo piisque placens, vobis displicens.

Verūm ad Iesuitarū latratus hæc satis superque, nisi calumniam crudelitate cumulant. Ostendi, Lector calumniam: audi crudelitatem recenti facinore in hac Occitania nostra expatratam. Petrus Martinus patricius Nemausensis, spei incomparabilis adolescens ad xviii annos natus, quum se Tholozam iuris discendi causa contulisset, à Iesuitis accusatus quasi de Sancta Virgine irreuerentiùs loqueretur, Senatusconsulto damnatus carpitur, igne crudelissimo excarnificatus fuit: tanta tamen animi alacritate, vt de Iesuitis victor, in mediis flammis triumpharet verè Martyr. Hæc quidem debebatur Ecclesie nostræ corona: vos tamen, Patres Tholozani, videte etiam atque etiam, æquūne sit vos Iesuitarum calumniis sic indulgere, vt adolescentes honesto loco natos, vobis vt Patribus commissos, exquisitis supplicis enecetis. Iustone piorum consanguineorum

Homicida spiritus per te fuitas de bacchanis nouū & memorabile exemplum. Petrus Martinus Ecclesie Nemausensis Martyr Theologe crematus.

dolori, lex est de Iudicibus conueniendis. Omne  
 no consentaneum est rationi, Iesuitas virginitatis  
 patronos vindicēsq; adoptari, hircos nimirum  
 salaces, masculæ Veneris opprobria, Sodomorum  
 cloacas! Illi verò vestram autoritatem sceleribus  
 vestris prætexent, neque tandem iudiciorum tes-  
 tificatorum vos pudebit?

HACTENVS euicimus, Pædobaptismum &  
 perpetuam Mariæ virginitatem Scriptura testi-  
 monio comprobari. Profligata igitur videbatur  
 Iesuitarum exceptio: at nouis me machinis Hayus  
 adoritur.

NOVÆ HAYI EXCE-  
 ptiones quibus instituit probare,  
 Imbecillam & mancam esse Scri-  
 pturam: & ad illas

RESPONSIO SERRANI.

PRIMA EXCEPTIO.

Vnicum Baptismum minimè iterandum,  
 Scriptura minimè probari.

HAYVS.

*Atque hæc de duobus fidei dogmatibus (que  
 repudiare cogeri, omnia ad scriptum Verbum re-  
 uocans) dicta sint. Superest videamus an tam re-  
 strictè præstiterimus Dogmatum non scriptorum  
 numerum ut tu calumniaris. Opem certe non tan-  
 tum nobis, ò noue Theseu, sed & Augustino ferēs,  
 qui in alio dogmate de Hereticorum baptismo,  
 quod ille Scriptura testimonio probare se posse dis-  
 fidens, ad Ecclesiæ consuetudinem & consensum  
 refugit. Pag. 165. & 166.*

SERRANI.

## SERRANVS.

Videamus sanè. At si ego sum Theseus, tu eris Minotaurus: aut potius ego, Hay, per te sim Hercules, quum tu variorum commentorum multiceps belua, non possis non esse Hydra, vel Cerberus veritati passim oblatrans, vt è proximis insanius cordati iudicabunt.

AVGVSTINI librum quem citas, eruditi legant aut recognoscant. Hanc illius esse œconomiam animaduertent. Quum Augustino res esset cum Donatistis, qui Cypriani, viri & optimi & doctissimi autoritate abuterentur. sic enim illis agit, vt Scripturæ autoritate primùm controuersiam componat, id est vnicui Baptismi minimè iterandi veritatem demonstret: deinde, plurimis argumentis ostendat, nullam esse hominum autoritatem, si cum Scriptura comparentur. Quòd si hominum autoritas aliquod habitura sit, docet perspicuè Pater orthodoxus, Pluris esse debere vniuersæ Ecclesiæ, quàm vnius hominis in Ecclesia autoritatem. Ita Scripturæ primùm, Ecclesiæ deinde autoritatem iterandum.

Hanc esse amplissimi sermonis œconomiam & seriem, ex ipso libro perspicuum est. Noui igitur operis nunciatione aduersus me ageret eruditus Lector, si post tam longa diuortia longum sermonem ex Augustino huc transuafarem, qui nullo negotio potest intelligi ex ipso codice.

NULLA est ergo, Hay, exceptio tua: quum vnicui Baptismus è Scriptura probarit Augustinus. Quòd Ecclesiæ autoritatem adiungit, non facit ad rem, quum subordinata minimè repugnèt.

H. ij.

Nonarum  
insaniarū  
propago.Lib. 5 de  
baptismo  
cōtra Do-  
natistas  
cap. 23.  
Disputa-  
tionis œ-  
conomia  
& series.

SECUNDA EXCEPTIO,  
 Infantes Baptismi sacramento initiatos, in  
 Christianis numerandos esse, è Scriptura  
 non probari.

## HAYVS.

Quarto loco infantes Baptismi sacramento ini-  
 tiatos, in Christianis esse numerandos, Ecclesie au-  
 toritate, quamuis hac de re nihil in Scripturis sa-  
 cris inueniatur, sic probat Augustinus, Locum ex-  
 scribit, Serm. 14. de verbis Apost. Pag. 166.

## SERRANVS.

Hac de re quum antea copiosè sit disputatum  
 non es omnium muscarum, Hay, importunissima,  
 qui centies expulsus eodem réuolas. Hanc ergo  
 ipsam disputationem recognoscat Lector, ne te-  
 cum lassis iam auribus vel oculis importunè  
 nuger.

Augustini porro quæ profers testimonia, con-  
 tra te faciunt. Est enim Scripturæ hoc testimo-  
 nium, *Qui credit in Filium, habet vitam æternam.* &c.  
 Hoc firmamento Augustini stabilit Ecclesie au-  
 toritatem. sicuti ipsius verba testantur, *Hoc habet  
 autoritas matris Ecclesie, hoc fundatus veritatis obitus  
 Canon.* Quidnã igitur est *ad d. Paul. 1. cor.* si hoc non est?

## HAYVS.

Calvinus tuus quum animaduerteret in Scriptu-  
 ris salutare Baptismi lauacrum ita cum fide capi-  
 lari, ut illis qui non crederent tribui nullo modo  
 posse videretur, infantes credere, & intelligentie  
 usum habere, concedere primum non erubuit: *dat*  
*de*

de tamen sententiam hanc absurdissimam, in posterioribus Institutionum suarum editionibus mutavit. Idem Augustinus alibi, Illud perferuari homines solent, Sacramentum Baptismi Christi quid parvulis proferit, quum eo accepto plerunque moriuntur, prius quam ex eo quicquam cognoscere potuerint. qua in re satis pie recteque creditur, professe parvulo eorum fidem, à quibus consecrandus offertur, & hoc Ecclesie commendat saluberrima auctoritas. Pag. 166.

## S E R R A N V S.

Rectè Calvinum cum Augustino coniungis, orthodoxum cum orthodoxo. At Calvinus meus non sibi contradicit, sed cerebrum tuum sibi fingit insomnia. Hoc enim constanter docuit, neque sententiam retractavit unquam Calvinus: Quos electione sua dignatus est Dominus, si accepto regenerationis signo, ex hac vita ante demigrent quam adoleuerint, eos virtute sui Spiritus nobis incomprehensa renouari, quo modo expedit solus ipse prouider: ac proinde regenerari suo modo infantes & Christo inseri: nõ quasi explicatam habeant fidei notionem, non tamen inde consequi, quin Christum, Baptismi illius sui veritatem, verè complectantur: adeoque in ipso & iustificentur & sanctificentur. Qui enim illis esset regnum cœlorum, quorum non patet nisi regeneratis aditus? Periculosa igitur & planè damnanda curiositatis esse, de modo illius regenerationis querere, quum de re ipsa constet: sitque nefas existimare, Dei opus esse nullum, etiam si capui nostro non subiaceat. Infantes quidem non

An infantes habeant fidem.

cc Lib 4. in lit. 6. 16. §. 20. & c.

cc Calvini hæc de re sententia.

esse diuinæ gratiæ incapaces, perspicuum esse ex  
 emplo Ioannis Baptistæ, qui dicitur sanctificatus  
 in matris utero: Christum verò sua infantia infan-  
 tum è Christianis natorum infantiam sanctifica-  
 re, extraordinaria nimirum Dei virtute: quæ ta-  
 men illi tam facilis est & prompta quàm nobis  
 incomprehensa & admirabilis. Si grandescere in  
 ætatem contingat, qua Baptismi veritatem edo-  
 ceri queant, hinc magis ad renouationis studium  
 accendi, cuius tessera se à prima statim infantia  
 donatos esse discent, quò eam toto vitæ decursu  
 meditentur. Hæc Calvinus, nunquam (vt eruditi  
 in illius scriptis versati norunt) *seu tunc, seu* sin-  
 gulari Dei gratia. Hayone sine testimonio credi  
 æquum est?

Augustini eadem de re sententia. Decret. 3. parte De cõse grat di sanct. 4. C. Nihil est aliud

AVGVSTINVS autem quidnam de infantum  
 baptizatorum fide senserit, hi testantur loci: Ni-  
 hil aliud est credere quàm fidem habere: & per  
 hoc totum responderetur **CREDERE PARVVLVS,**  
 qui fidei nondum habet effectum: responderetur  
**HABERE FIDEM,** propter fidei sacramentum:  
 & **CONVERTERE SE,** ad celebrationem pertinet  
 sacramenti. Itaque paruulum, etsi nondum fides  
 illa quæ in credentium voluntate consistit, iam  
 tamè ipsius fidei sacramentum fidelem facit. nam  
 sicut credere responderetur, ita etiàm fidelis voca-  
 tur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius  
 rei sacramentum percipiendo. **ET ALIBI,** Ac per  
 hoc potest paruulus semel ex parentum carne ge-  
 neratus, Dei spiritu regenerari, vt ex illis obliga-  
 tio contracta soluat. Veram ergo esse illam pa-  
 rentum responsionem siue fidei iussionem qua ex-  
 vsitata Ecclesiæ formula parentes affirmant par-  
 uulos illos suos credere, quum tamen nullam ha-  
 beant veri notionem explicatam, ait Augustinus,  
 neque illos mentiri qui sic loquantur.

Ibidem: C. Que-  
 zis à me  
 J. Per  
 hanc so-  
 cietate

Qui

Qui verò? Certè id ex Scriptura probat, cui Eccl  
 sic institutum illud innitatur. Primùm enim id or  
 tendit ex vsitato Scripturæ more rerum nomina  
 sacramentis tribuentis, vt sacramentorum verita  
 tem efficacius repræsentet: ex regula, *Si sacramenta  
 quandam similitudinem earum rerum quarum sunt sacra  
 menta non essent.* Ex hac autem similitudine plerun  
 que etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. In  
 Cœnæ autem sacramento id primùm docet vt Ba  
 ptismo postea accommodet. Sicuti ergo secun  
 dum quendam modum sacramentum corporis  
 Christi, corpus Christi est: sacramentum sangui  
 nis Christi, sanguis Christi est: ita sacramentum  
 fidei, fides est. Et, Sicut de ipso Baptismo Aposta  
 lus, Consepulti, inquit, sumus Christo per baptis  
 mum in mortem. Non, ait, sepulturam significa  
 mus, sed prorsus ait, Consepulti sumus. Sacramen  
 tum ergo tantæ rei non nisi eiusdem rei vocabulo  
 nūcupauit. Idem verò alibi sic explicat disertius,  
 Vt ostenderet Apostolus nos mortuos esse pecca  
 to, An ignoratis, inquit, quoniam quicumque ba  
 ptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius ba  
 ptizati sumus? Si ergo hinc ostendimur mortui es  
 se peccato, quia in morte Christi baptizati su  
 mus, profectò & paruuli qui baptizantur in Chri  
 sto, peccato moriuntur, quia in morte ipsius ba  
 ptizantur. Nullo enim excepto dictum est: Qui  
 cunque baptizati sumus in Christo, in morte i  
 psius baptizati sumus. & ideo dictum est, vt proba  
 ret nos esse mortuos peccato. Cuius autem peccato  
 paruuli renascendo moriuntur, nisi quod renascen  
 do traxerunt? Ac per hoc etiam ad ipsos pertinet  
 quod sequitur: *Consepulti enim sumus illi per Baptismum  
 in morte.* Baptizatis igitur in morte Christi, in qua  
 non solum maiores, verùm etiam paruuli bapti  
 zantur, ait: *Sic vos existimate mortuos quidem esse pecca*



to, viuentes autem Deo in Christo Iesu. Quid verò plura  
ex Augustino commemorem, apud quem extant  
infinita penè hac de re testimonia, quæ tamen o-  
mnia perpetua Scripturæ autoritate firmanur?

Audi denique, magne Antiquator, quidnam o-  
bi tuisque edicat fidelis Augustinus: *Hoc qui non  
dit & fieri non posse arbitratur, profecto infidelis est, cui  
habeat fidei sacramentum: longèque melior est  
ille paruulus, qui etiamsi fidem non habeat in cog-  
itatione, non ei tamen obicem contrariæ cog-  
itationis opponit vnde sacramentum eius salubri-  
ter percipit.* Hæc Augustinus.

TVNE igitur illa, Hæc, Catholica Romana Ec-  
clesia tantum in nos familiâque nostras habebit  
iuris, vt nisi liberos nostros in Christianis nume-  
randos esse decreuerit, ab Ecclesiæ communionis  
exturbentur: rasi scilicet & cucullati canes sive  
porci de nobis liberisque nostris summo imperio  
constituent, quod ad cœlestis quoque heredita-  
tis ius spectat: manca denique imperfectaque e-  
rit Scripturæ autoritas, vt velimus-nolimus Ver-  
bi non-scripti mysteria per Tragelaphos & Chi-  
mæras ad liberorum nostrorum ius tuendum im-  
ploremus?

TERTIA EXCEPTIO.  
Henochi & Eliæ vitam & reditum  
Scriptura non probari.

H A Y V S.

Venio ad quintum dogma non scriptum, de quo  
D. Augustinus: Heliam magnum mirabilè-  
que Prophetâ exposita sibi lege, vltimo tem-  
pore ante iudicium, Iudæos in Christum ve-  
rum, id est in Christum nostrum, esse credi-  
turos

tuus celeberrimum esse in Sermonibus cor-  
 dibusque fidelium, ipse quoque (*inquit*) ante  
 aduentum iudicis Saluatoris non immeritò  
 speratur esse venturus qui etiam nunc viuere  
 non immeritò creditur. *Hanc sententiam si le-*  
*gisset Caluinus, non tam temere, quod Christiani*  
*de aduentu Elie & Enoch credunt, fascinationi*  
*diaboli tribuisset. Enoch & Elias (*inquit Augu-**  
*stinus*) in Adam mortui, mortisque propagi-  
 nem in carne gestantes, quod debitum vt sol-  
 uant, creduntur etiam redituri ad hanc vitam,  
 & quod tandiu dilatatum est morituri, nunc ta-  
 men in alia vita viuunt. Pag. 167.

## SERRANVS.

Tria respondeo.

Primum, hanc quæstionem, vt ab Hayo propo-  
 nitur, in earum quæstionum numero reponendam  
 esse quas stultas & vanas vocat Apostolus. Quo-  
 rum enim hæc de Enocho & Elia commeta fabri-  
 cauit Papatus, nisi vt diuini iudicij aduentum  
 eluderet?

Secundū, Augustini verbis & sententiâ Hayum  
 abuti, non enim Augustinus tam suam quam alio-  
 rum profert sententiam, sed peruulgatam homi-  
 num opinionem commemorat: sicuti verba illa  
 testantur: *Neque enim arbitrandum est, Heliam vel sic ef-*  
*se iam sicuti erant sancti, quando peracto operis die, dena-*  
*rium pariter accepturi sunt: vel sic, quem admodum sunt ho-*  
*mines qui ex ista vita nondum emigrarunt: de qua ille ta-*  
*men non morte sed translatione migravit. Et in loco ab*  
 Hayo citato, quum celeberrimam opinionem  
 protulisset, reuocat se ad Scripturam. *Curru (*in-**  
*quit) igneo raptus est de rebus humanis, quod euidentissi-*

De ciuit.  
 Deili 20.  
 cap. 29. &  
 l. 9. de Ge-  
 nesi ad  
 literam.

*me Scriptura testatur. Quum Scripturam profert, p  
spicue profitetur se vulgi deliriis minime ad  
pulari.*

Tertium igitur est, totum hoc mysterium Scri  
ptura sola definiri. Ait Scriptura Statutum esse o  
mnibus hominibus vt semel moriantur. Henoch  
autem aut Eliam homines fuisse quis neget :  
proinde morti obnoxios mortis quoque debita  
perfoluisse? Fuit tamen in illis extraordinarium  
quidpiam. nam currû igneo in cœlum euectus  
fuisse constat è Scriptura. Omnino testari voluit  
Deus illustri monumento, singulares illos viros  
in maximis Ecclesiæ tēporibus mundo coarguen  
do missos, ingrato mundo eripi, & in cœlum re  
cipi, vt ipsorum doctrina extraordinario modo  
obsignaretur. Minimè tamen dubium esse debet  
magnos illos viros deposita mortali & corrupti  
bili carne, renouatum iri in cœlo cum careris  
Christi membris. Christus certè reprehendit vul  
gatam hominum opinionem de Heliz reditu an  
te suum aduentum, & è Scribis & Phariseis illam  
fuisse ortam testantur discipuli : quum apparitor  
ille Heliz nomine à Malachia insignitus, esset  
Ioannes Baptista.

Rectè igitur Calvinus è Christi verbis eadem  
illa de Heliz reditu deliria reprehendit, & astum  
Diaboli vocat quo eos fascinet, ne diem vltimi  
Iudicij expectent. Verùm de Henoch & Elia  
actum erat, nisi Verbum non-scriptum Iesuita  
rum Scripturæ imbecillitati mederetur.

#### QVARTA EXCEPTIO,

Patrem esse ingenitum, Scriptura  
non probari.

HAYVS

## HAYVS.

*Quero ex te ubi Scriptum sit Patrem esse inge-  
nitum? Pag. 167.*

## SERRANVS.

In Scriptura: in cuius verbi instrumento Pater Filium sic alloquitur, FILIVS MEVS ES TV, ego hodie GENVI TE. Et in nono, HIC EST FILIVS ille MEVS dilectus: vt quamplurima huius generis testimonia prætermittam. neque enim æquum nouū est de sancta Trinitate librum confiteri, vt tuo pruritu indulgeatur.

Ex his verbis perspicue elucet, Patrem esse ingentum. quum enim diserte testatur se genuisse Filium illum suum, & idcirco sit & dicatur Pater omnino efficitur necessariò, illum esse ingentum. sic enim genitus esset, Filius esset & non Pater: vel Patris cuiuspiam alterius Filius: ac proinde noua subolesceret Deorum propago. quo nihil postea monstrosius execrabiliusque dici. eccuos enim Dei auos atauosque, prophanissime Sophista, nobis deformabis? Supplicio nõ argumentis, coërcenda est hæc tua audacia. Recte igitur è Scriptura credimus PATREM ESSE INGENITVM, quum ipsa luculenter testatur, Patrem ab æterno Filium suum genuisse. Hanc personarum relationem non commenta est Ecclesia, sed didicit è Scriptura, quam reuelauit notariis suis Filius ille vnigenitus, qui è Patris sinu exiuit. Vnicum verum Deum è Scriptura agnoscit Ecclesia, in illius veri vnus Dei nomen baptizatur, illum in tribus personis adorat è Scripturæ oraculo, Ego te baptizo in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti. Hæc æterna æterni Filij ab æterno Patre

generatio, tuo iudicio non satis appositè à Scriptura perhibetur, sed Verbi illius tui mysteriū insane, indiget. Verū quidnam amplius quærere

### QVINTA EXCEPTIO

Filium esse Patri *ὁμοούσιον* Scriptura  
minimè probari.

#### HAYVS.

*Vbi scriptum est, Filium esse Patri ὁμοούσιον*  
Ibidem.

#### SERRANVS.

In eādē Scriptura, quum enim affirmet vnum esse Deum, & Filium esse Deum, & esse apud Deum, vnum cum Patre, & Patrem in Filio, & Filium in Patre esse: omnino docet luculenter, Filium esse Patri *ὁμοούσιον*, id est consubstantialē. Nam vna tantū est Dei *ὑπόστασις*, id est essentia, & substantia, quum vnus sit Deus, & Filius vocetur *ἀπαύρασμα τῆς δόξης ἢ χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως*, id est splendor gloriæ & character personæ Patris. Ecquis igitur ex his & similibus elogiis non audit Scripturam concionantem de Filij deitate, id est perspicuè testantem Filium Dei, æterni Patris æternum Filium, esse Patri *ὁμοούσιον*: verum, inquam, Deum, eiusdem cum Patre Essentia, eiusdem Maiestatis, eiusdem Potestatis: quum videlicet sit in forma Dei, vt non duxerit rapinam, esse cum Deo parem?

### SEXTA EXCEPTIO

Spiritum sanctum esse Deum. Scriptura  
non probari.

HAYVS

HAYVS.

*Vbi scriptum est, Spiritum sanctum esse Deum?*  
Ibidem.

SERRANVS.

In eadem Scriptura. nam si è Scriptura verum est, Patrem & Filium esse Deum, ex eadem quodque verum est. Spiritum sanctum esse Deum: quum sit scriptum, Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Cuius oraculi commodus interpretis est Paulus, Vnus Dominus (inquit) vna fides, vnum baptisma. Ex quo efficitur, Spiritum esse Deum: si Pater est Deus, & Filius est Deus: quum non sint tres Dij sed vnus tantum sit Deus. Sunt & alia Scripturæ testimonia de Spiritus sancti deitate, quæ non est huius instituti recensere.

SEPTIMA EXCEPTIO,  
Quomodo probetur. In Christo duas esse naturas, operationes & voluntates.

HAYVS.

*Vbi scriptum est, In Christo duas esse naturas, operationes & voluntates?*

SERRANVS.

In eadem Scriptura. scriptum enim est, *Verbum caro factum est.* & *Deus manifestatus in carne.* & *De Filio suo qui factus est ex semine Davidis, secundum carnem: & declaratus est Filius Dei potenter secundum Spiritum sanctificationis.*

OPERATIONES autem duas duarum illarum naturarum ratione, docet eadem Scriptura his

verbis : Qui quum esset in forma Dei, non dicit rapinam, esse parem cum Deo. Quo genere dicitur di Diuinitatis Maiestatem repræsentat Scriptura sic verò Humanitatis abiectionem : *Sed ipse se conuasiuit, forma serui accepta, similis hominibus factus, habitu compertus ut homo, ipse se summissit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Hanc duarum in duabus naturis operationum veram & necessariam distinctionem disertè notat Scriptura.

DVAS AUTEM VOLUNTATES suas Christus describit: *Pater, quos dedisti mihi, volo ut tibi ego facerem & illi sint mecum: ut conspiciant gloriam illam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante iacta mundi fundamenta.* & *Pater, si vis, transfer hoc poculum à me: verumtamen non mea voluntas sed tua fiat.* Vel, *Non ut ego volo, sed ut tu.* Volebat hominem mori ad hominum salutem, ut Deus: nolebat homo mori, mortem non ut mortis stipendium modò reformidâs, sed ut omnium peccatorum hominum fideiussor Christus homo. Non audis in Scriptura, *Duas Christi naturas, duas operationes, duas voluntates?*

## OCTAVA EXCEPTIO.

In Deo tres esse personas. Scriptura non probari.

HAYVS.

*Vbi scriptum est, In diuinis tres esse personas?*  
Ibidem.

SERRANVS.

Non sic loquitur Scriptura, *In diuinis:* sed in Deo tres esse personas siue hypostascs. aliud enim est Diuinum, aliud Deus: Diuini quidem fuerunt Prophetæ, sed non Dij: & diuina sunt pluraque diuina.

diuinæ potentia effecta, quæ tamen non sunt Dij. At Iesuiticum est, verborum proprietatē sic peruertere, vt rerum veritatem.

SCRIPTURA ait, Vnum esse Deum, vnum baptisma: eademque iubet nos baptizari in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti. In Christi baptismo quo noster sanctificatur, illustris est distinctio trium personarum. PATER ait, Hic est Filius ille meus, in quo acquiesco. FILIVS baptizatur. SPIRITVS Filio insidit tanquam columba. Ita tres personas notat luculenter Scriptura & quum vnum Deum esse testetur, in Deo quoque tres hypostasēs à nobis vult distinctè considerari, agnoscī, adorari. Neque enim Pater est Filius, neque Filius, Pater: neque Spiritus, vel Pater vel Filius: & contra Hypostasis & Persona sunt vocabula *συνώψυχα*. Hypostaseōs nomine vtitur Scriptura: ac proinde terminis augustissimique mysterij rem verbis propriis notat, neque Verbi Iesuitici subfido indiget.

**N O N A E X C E P T I O,**  
 Spiritum sanctum à Patre & Filio procedere, Scriptura non probari.

H A Y V S.

*Vbi scriptum est, Spiritum sanctum à Patre Filioque procedere? Ibidem.*

S E R R A N V S.

In eadem Scriptura. nam de Patre disertè ait, Spiritus ille veritatis qui à Patre procedet. De Filio autem, Consolator ille quem ego mitto vobis à Patre. Procedere à Patre, & Mitti à Filio, sunt planè *συνώψυχα*. De Spiritu sancto quoque ait filius, Ille me gloriatur.



*vificabit, quia de meo accipiet. Eadem Scriptura quæ Spiritum sanctum vocat Spiritum Christi. Qui Spiritum Christi, inquit, non habet, hic non est eius extraxit axioma, Omnia quæ Pater habet, mea sunt ac proinde Spiritus sanctus per æquæ procedat Filio ac à Patre, certissimis Scripturæ testimoniis, ut pleraque huius generis argumenta prætermittam, quum non sint huius instituti.*

H A Y V S.

*Hæc in Scripturis expressa non inveniuntur.*  
Ibidem.

S E R R A N V S.

Imo expressissima, sicuti è superioribus clucet. At te cogit veritas confiteri tuam dementiam. sic enim in luto hæres, ut quum tuo iudicio per lam sit te sponte obluetari cognitæ veritati, ipsa te nolentem extrahat è latebris. Quid enim ex cipis quasi Veritatis causam agens?

H A Y V S.

*Dices forsan hæc ex Scripturis certa rationatione concludi.*

S E R R A N V S.

Dico reuera. si enim certa sunt è Scripturis veritatis principia, certa quoque est verorum principiorum ratiocinatio: ac proinde expressa Veritatis declaratio, & principiiis certa, & necessitate conclusionis stabilita, certam scientiam componens luculenta demonstratione illustrem.

H A Y V S.

## H A Y V S.

*At quod solaratiocinatione ex Scripturis concluditur, in ipsis expressum non est*

## S E R R A N V S.

Quum Ratiocinatio sit rerum iudicium, omnino in qualibet scientia quicquid ratiocinatione concluditur, id expressum est: imo quod latebat, necessaria consequutionis vi in lucem educitur. alioqui omnium scientiarum principia concluderentur. Quod in omnibus scientiis valet iudicium, in principe primariâque scientia non valet: At rectè Apostolus docuit, Vnico veritatis fundamento aurum, argentum, lapidèsque pretiosos, omnèmq; ad eò veritatem superstrui: non multiplicata nouis commentis, sed veris sui ipsius expositionibus propagata & illustrata: quemadmodum suis locis ostendimus supra.

## D E C I M A E X C E P T I O,

Figuram quam *Communicationem proprietatum* vocant, fuisse à Patribus inuentam sine Scriptura.

## H A Y V S.

Certè Calvinus *Vbiq; in* Scriptura testimoniis ad errorem de immensitate corporis Domini abutentes, *Verbo non-scripto* repressit. *Disce à Praeceptore tuo, Verbo non-scripto* contra hereticos uti. Si *Idiomatum xonovis*, olim à Patribus inuenta est, fide ergo aliquid tenemus, quod Scriptum non est. Ibidem.

## SERRANVS.

Figura,  
quã *νοτιο-  
νιαν ιδιο-  
τητων*, id  
est, *Com-  
municationem  
proprietate-  
tum* vocat  
è Scriptu-  
ræ vfu con-  
formata à  
Patribus.

Communicationem illam proprietatum, quã  
vocant, non inuenerunt Patres, sed è Scripturæ v-  
su collegerunt: sicuti Grammatici è probatorum  
autorum lectione obseruat regulas bene loquen-  
di. Perinde igitur facis ac si diceres, Nullam esse  
classicorum autorum lectionem, & è grammati-  
cis solis esse sapiendum. Profunt regulæ ad vsu-  
emendatè elegantèrque loquendi: sic Anti-  
quitatis obseruationes plurimum conducunt ad  
solidam vtilèmq; lectionem Scripturæ. Obser-  
uarunt eruditi Patres & orthodoxi, Scripturam  
dum de Christo loquitur, tribuere aliquando v-  
ni naturæ, quod alteri proprium est, pro-  
pter identitatem personæ: vt quum dicit Chri-  
stus Nicodemo, *Nullus ascendit in cælum nisi qui descen-  
dit è cælo, nempe Filius hominis qui est in cælo*. Atqui  
tunc erat in terris quum Nicodemum alloqueret-  
tur. & Paulus, *Deum proprio sanguine Ecclesiam acquisi-  
uisse*. & huiusmodi dicendi genera, in quibus pro-  
pter vnionem personalem duarum naturarum, ef-  
fentialis proprietas vel operatio vni naturæ con-  
ueniens, aut naturæ alteri tribuitur aut toti con-  
creto. Hanc prædicationem siue attributionem  
in Scriptura vsitatam, orthodoxi Patres *κοινωνια  
ιδιωτητων*, id est Communicationem proprietate-  
tum appellarunt. Hac quoque vsus est Calvinus.  
Idcircone vel Patres vel Calvinus aliquid am-  
plexi sunt, quod non sit scriptum?

## VNDECIMA EXCEPTIO,

Dominicæ diei vsus Scriptura  
non probari.

HAYVS.

## HAYVS.

Vos præterea Calviniani, non septimum (vñ scriptum Verbum præcipit) sed primum nris hebdomadae diem cultui diuino dicendum asseneratis. quæ in re præscriptæ a vobis leges, quibus ad solius scripti Verbi normam, fidem actionesque omnes dirigere oportere statuistis, vos violasse non potestis infirmari.

## SERRANVS.

Crassum & obliuiosum animal est, Iesuita. Dominicum diem Christi resurrectioni sacram, Legis impletæ tesseram, Sabbathi in vicem substitutam, nos Christiani cum veteri Ecclesiâ obseruamus. Num verò id aut sine Verbo Dei aut contra Verbum Dei? Certè diei Dominicæ disertè meminit Scriptura, Apocalypseôs primo, versu decimo. Illum autem diem certa ratione fuisse institutum, & in Sabbathi locum successisse, perspicuum est. Quum enim clamauerit Christus in cruce pendens, *Omnia fuisse consummata*, & postero Sabbathi die resurrexerit nonne consentaneum erat, vt dies ille victoriæ nostræ sacer, relicto Sabbatho, quum ceremoniarum vsus exoleuisset, à Christianis consecraretur. Fidem igitur nostram actionesque omnes nostras dirigi ad Verbi scripti normam (quando ita, Hay, fateris) non impedit diei Dominicæ stata obseruatio, certis Scripturæ testimoniis confirmata. Miram igitur vides, erudite Lector, Iesuitarum in obtrectanda veritate sapientiam.

Dominicæ diei dicitur in Scriptura fit mētio.

DVO DECIMA EXCEPTIO,  
E Scriptura probari non posse, Hominem sola fide iustitiam imputatiuam consequi.

## HAYVS.

*At hæc doce certo aliquo Scriptura testimonio, sola fide nos iustitiam, quam appellatis iustitiam, adipisci.*

## SERRANVS.

Rom. 3. &  
4.

Scriptura ait, Ex operibus Legis nulla caro iustificabitur in conspectu eius. per legem enim agnatio peccati. Nunc verò absque Lege iustitia Dei patefacta est. Opera Legis vocat præstantissima opera, non qualia præscribit *ἰδὲ λαοφρονεσι* & superstitio, sed Lex Dei bene beatæque viuendi norma. His operibus hominem iustificari negat Scriptura: & vt sola fide nos iustificari doceret, omnem operum gloriationem excludit. Vbi igitur (inquit) gloriatione? Exclusa est. Per quam legatur Operum? Non. imo per legem fidei. Colligimus legitur, Fide iustificari hominem absque operibus Legis. At longa via est ad quam me importunus aduersarius protrudit: quã vt permetiri non est animus, ita obiter ostendo è Scriptura perspicuum esse, Nos sola fide iustificari, exclusiue, id est hæctenus vt dum ratio ipsa iustificationis nostræ quæritur, opera planè excludantur. Ita *ἀντιδιαφορῶν* *ταυ*, id est disparata sunt & contradictoria, Iustificari fide, & Iustificari operibus: quemadmodum explicat Paulus, Ei qui non operatur, sed credit in eum qui iustificat impium: non quasi bonis operibus fides illa iustificans destituatur quæ per bona opera efficax est, sed vt perspiciatur nullo merito nostro iustificari, sed sola Dei gratia quam fides cõplectitur, vt omnis gloria tribuatur Deo. Atque hac de re satis pro instituto nostro: ne dum

DE VERA ECCL. AVTORITATE. 501  
dum aduersario gratificamur, Lectoris patientia  
aburamur.

Omnia autem Christi beneficia per fidem no-  
bis imputari, eadem Scriptura docet: Ei qui non  
operatur sed credit in eum qui iustificat impium,  
IMPUTATUR FIDES sua pro iustitia. De Abra-  
hamo autem credentiū patre, Credidit Abraham  
Deo, & imputatum est ei pro iustitia. id est, Pau-  
lo interprete, Fides imputata est Abrahamo pro  
iustitia. non enim per Legem promissio cessit A-  
brahamo aut semini eius, vt heres esset mundi;  
sed per iustitiam fidei. Non scriptum autem est  
propter eum solum, quòd hoc imputatum fuerit  
ei, sed etiam propter nos quibus futurum est vt  
imputetur, iis nimirum qui credunt in eum qui  
excitauit Iesum Dominum nostrum à mortuis,  
Imputatiuam igitur fidem quidni eam vocemus  
per quam Christi beneficia nobis imputantur, si-  
cuti Deus mundum sibi per Christum reconci-  
lians, non imputat nobis peccata nostra, sed impu-  
tat nobis iustitiam Filij sui, vt nos efficiamur iu-  
sticia Dei in eo, quemadmodum ait Paulus?

DECIMA TERTIA EXCEPTIO,  
E Scriptura probari non posse, Neminem  
mortalium posse omnibus Dei mandatis  
parere.

---

HAYVS.

Doce certo aliquo Scripture testimonio, Nemi-  
nem mortalium posse omnibus Dei mandatis pa-  
rere. Pag. 167.

---

SERRANVS.

Ait Scriptura, Non est qui faciat bonum, non est vsq; Rom. 7. &  
I. iij. 3.

ad unum. & de regeneratis etiam, Scimus Legem esse  
 spiritualem: at ego carnalis sum, venditus ut subicerer peccato. & , Ex operibus Legis non iustificabitur omnis caro:  
 & cætera pænè innumerabilia, me enim pudet.  
 Hay, tibi tam supinè indulgere, in rebus & per se  
 notis & ab instituto alienis.

### DECIMA QVARTA EXCEPTIO.

E Scriptura probari non posse, omnia  
 quæ ab hominibus fiunt, peccata esse.

#### HAYVS.

Doce item certo Scripturæ testimonio, Omnia  
 quæ ab hominibus fiunt peccata esse. Pag. 167.

#### SERRANVS.

Ait Scriptura, Omnis homo mēdax. Omnes peccare  
 funt, & destituuntur gloria Dei. At amplissima ac  
 cufationis summā, Hay, accipito. Illius argumen-  
 ti maiorem dicitur Filius Dei, Quicquid narū est  
 ex carne, id est vniuersum humanum genus, caro  
 est, id est corruptum peccato. Minorem Apostolus  
 ē Magistri doctrina, Qui in carne sunt, Deo place-  
 re non possunt. Conclusionem idem, Animalis  
 homo non est capax eorum quæ sunt Dei. Ve-  
 rum in re plana quid plura commemorem?

### DECIMA QVINTA EXCEPTIO.

E Scriptura probari non posse, Hominis  
 voluntatem non esse liberam.

#### HAYVS.

Doce porro certo aliquo Scripturæ testimonio,  
 Hominis voluntatem non esse liberam.

*Hominis voluntatem non esse liberam.*

## S E R R A N V S.

Luculenta hinc quoque est Scripturæ responsio: sed quum rem notum esse mihi cum Sophista, distinguendum mihi est primùm vocabulum, ne fallat *quovisq.* Quid vocas NON-LIBERUM? Coactum puta. at coactio cum voluntate stare nullo modo potest. nam si coacta est, voluntas non est. Quidnam igitur *Liberæ voluntatis* appellatione intelligas, primùm erat bona fide explicandum. Si enim *Liberæ voluntatis* nomine, efficacem volendi libertatem intelligas, eccui nostrum in mentem venit unquam, ut liberam hominis voluntatem esse negaret? Homo enim consideratur vel ut Non-regeneratus, vel ut regeneratus. Si ut Non-regeneratus, certè homo liberè peccat, quia totus peccat, & pronus ruit ad peccatū. At quidnam aliud est peccati libertas siue licentia, quàm misera servitus? Si regeneratus spectetur, certè homo liberè agit bonum, quia liberatus est à Filio Dei, ut à Diaboli & peccati servitute vindicatus, libera voluntate seruiat Deo, nam seruire Deo, non modò est liberum esse, sed verè regnare. Hactenus liberam voluntatem agnoscimus & in non-regeneratis & in regeneratis. Quòd si liberæ voluntatis cothurno liberum illud arbitrium in theatrum, Hay, deducis, qu. si in hominis arbitrio sit positum, aut salutis aut mortis æternæ viam eligere, affiximus te ἐπεὶ ὁδὸς σου ἀνάγειν, à Scriptura deflectentem. Hæc enim sunt luculenta Scripturæ testimonia: Quisquis committit peccatum servus est peccati. & Ego carnalis sum, venditus ut subiicerer peccato. & Si vos Filius in libertatem vindicarit, verè liberi eritis. & Gratia sit Deo, quòd fuistis

Liberi Arbitri j vox distinguenda.

“  
“  
“Rom. 7.  
“Ioan. 8  
“Rom. 6.



" quidem serui peccati, sed ex corde obediistis  
 " formæ doctrinæ in quam estis traditi. Liberati  
 " peccato, mancipati autem Deo, habetis fructum  
 " vestrum in sanctimoniam; finem autem vitam æ-  
 Philip. 2.<sup>c</sup> ternam. Deus est qui efficit in vobis & ut velitis  
 2. Cor. 3.<sup>c</sup> " & ut efficiatis, pro gratuita sua beneuolentia. Non  
 " quod idonei sumus ex nobis ipsis ad cogitandum  
 " quicquam, velut ex nobis ipsis: sed *in uobis nostris*  
 " id est, quod idonei sumus, id ex Deo est. Sed plu-  
 ra ego tibi indulgeo quàm institutum particu-  
 Hæcine verò sunt, Hay, quæ tu pro pietate & era-  
 ditione opponis noua, ut probes mancam esse  
 Scripturam?

## HAYVS.

*Ne te multis detineam, quæcumque contra Ec-  
 clesie Catholicae sententiam Synagoga uestra de-  
 fendit, alicubi in Scripturis sacris extare ostendit.*

## SERRANVS.

At me tam multis & extra rem & contra rem  
 verbis iam obtudisti. Præcipua religionis Chri-  
 stianæ capita negasti è Scripturis probari posse.  
 Ecquid igitur erit vel in Scripturis sanctis, vel sine  
 Scripturis verum? Ecquis erit vel scripturarum usus, si  
 salutarem doctrinam nobis non exhibeant cognoscen-  
 dam, vel eoque erit salutaris doctrina, si nullo  
 fundamento innitatur quàm humanis præce-  
 ptis sine Scriptura? Quidnam potest dici his ab-  
 surdis absurdius? Ad quos scopulos, Hay, tandem  
 naufragium facis. Vide quò te abripiat infelix me-  
 dacij patrociniū. In altera disputationis parte  
 causam tuam turpi silentio prodidisti: nunc, dum  
 loqui moliris *de deo* laqueis te inuoluis. Gemi-  
 nam igitur victoriam largiris Veritati, silētij qui-  
 dem

Meta sine  
 angustia  
 importu-  
 nili  
*de deo*

dem, causa prodita: blasphemix, profligata. Audi enim quomodo quindecim illæ tuæ Exceptiones in tuum caput retorqueantur.

## HAYANÆ ARGVMENTATIONIS Paradoxum siue Blasphemia.

Qui negat doctrinam de Deo Patre ingenito, de Filio Patri consubstantiali, de Spiritu sancto vero Deo, de Christi duabus naturis in vna persona vnitis, de fide veram Christi iustitiam apprehendente, de peccato in genus humanum pro pagato, de remedio denique aduersus peccatum contineri in Scriptura, duabus se grauissimis absurdis inuoluit. Vel quasi Scriptura non sit doctrina salutis: vel quasi salutis nostræ cognitio sine Scriptura constare possit, quum præcipua illa sint fidei nostræ capita: ac proinde ludibrio exponit religionem Christianam, quæ si sine vlllo veritatis fundamento vaga sit & incerta opinio, non innixa Verbo Dei, sed ad omnem auram opinionis aut traditionis humanæ temerè fluctuans. Quibus absurdis nihil magis blasphemum aut execrabile cogitari potest.

Hoc ipsum facere Hayum, noua hæc Exceptio- num congeries abundè demonstrat.

Ecquis igitur non videt Iesuitarum doctrinam quam ille offundit ad Scripturæ opprobrium, esse falsam & hæreticam: ipsamque proinde Hayum Iesuitam, mendacii infelicem patronum, ad blasphemix scopulos facto naufragio, profligatæ causæ ruinam nunc testari, sicuti hætenus silentio causam prodidisse è superioribus perspicuum est: vt duplici trophæo Veritatis triumphus intelligentibus & cordatis elucescat?

## ABSTERSIO CALVMNIA-

*rum quibus Iesuita periurij notam Ec-  
clesius nostris inurere conantur, quos  
Scripturam falsis interpretationibus  
deprauent.*

## SERRANVS.

ATQVE hæc quidem de re. Iesuitica autem  
sentina Cholas suas in nos effudit nouis excre-  
mentis siue criminationibus cumularas, in qui-  
bus exhauriendis neque debeo neque volo plu-  
ribus immorari, quàm vt ostendam, me cum Ie-  
suita & Apostata in hoc certaminis genere collo-  
cari nolle, in quo dementia & rabies palmam te-  
nent. Tibi igitur, Hay, harum artium Decane, has  
ego victorias relinquo, blasphemio virulentoque  
Apostatæ & Iesuitæ. Quum autem in conuicio lo-  
cum tibi cedam, ne in rerum veritate victoriam  
imagineris, è Cholarum tuarum vomituaribus  
aduersus fœtorem tuum oclusis) extricabo ea  
quæ nobis opponis: vt perspicuum sit sano Lecto-  
ri, te profligatæ mentis nebulonem frustra mite-  
gere aduersus solem. Ecquid igitur tu?

## HAYVS.

*Probabo te periurum, quò nemo tibi fidem ha-  
beat in posterum. Non potuisti sine peruorso verita-  
tem improbare, efficiam vt quicumque hoc scri-  
ptum legerit, Caluimianos pro libidine sacras Scri-  
pturas interpretari, imo deprauare intelligat.*

Pag. 169.

## SERRANVS.

Agedum ad rem ipsam veniamus. At tu scilli-  
cet.

et summus eris calumniator siue stello, qui calumnia perageris è rebus à teipso citatis. Tu verò potuisti fidem Deo hominibúsq; datam violare, Ecclesiam Patriámque tuam relinquere teque pestiferis hominibus veritatis hostem coniungere, siue periurio? De illis tamen periuriis quæ nobis opponis, sanè videamus. Sex locos Scripturæ affirmas fuisse malè expositos à Caluino & Beza. Inde nobis impingis crimen periurij. De primo primùm agendum est.

PRIMVS LOCVS.

Gen. 4. 7. *Sub te erit appetitus tuus,  
& tu dominaberis illius.*

SERRANVS.

*Quod scriptum est, Sub te erit appetitus eius & tu dominaberis illius, pro vestra libine vertistis, toutesfois la volonté est subiecte à toy, & as le gouvernement sur luy. Non satis fuit pessimè reddidisse Gallice Scripturæ sententiã, nisi errorem vestrum scholio, inscitie vestra perpetuo teste confirmaretis. Sur luy ascauoir de ton frere. car la propriété de la langue Hebraïque ne permet pas que ceci s'entende du peché. Non fuit lingue Hebraica proprietas que vos mouit, ut apertam hanc Scripturæ sententiã deprauaretis, sed singulare, quo Secta vestra tenetur, studium improbandi liberam hominis voluntatem quam ex hoc loco Catholici Scriptores semper probarunt. Synagoga vestra D. Hieronymum opponemus, ut te periurii reum merito à nobis factum inficari non possis. Et quamuis ex instituto de libero*

arbitrio non disputem, volo in hoc primo depra-  
 ta à vobis Scriptura exemplo, in omnium oculis im-  
 pietatem vestram sic desigere, ut in aliis que mox  
 adducturus sum, Christianus Lector me, nihil vo-  
 bis affinxisse, certò intelligat. Accipe igitur verborum  
 Domini accuratã quã tradit D. August. intellige-  
 riam. Argue D. Augustinum in scitã, ut Archidia-  
 cōgum vestrum à scœdissimi sceleris nota vindicet.  
 Nugas Caluini, quibus prauitatem suam tueri co-  
 natur, tibi in Responsione tua proponendas relin-  
 quo, ne si omnia persequar, in immensum excrescit  
 volumen. Pag. 169. & 170.

## SERRANVS.

At excreuisse nimium has tuas farragines im-  
 portunis assumentis tuis, Hay, nemo non videt  
 qui oculos habet. Hic verò cur duas paginas de-  
 integro totas infercisti, præter tot diuortia, non-  
 necessariis testimoniis in re etiam perspicua? He-  
 ronymum siquidem & Augustinum de peccato  
 hunc locum interpretari, omnes norunt in illo-  
 rum scriptis mediocriter versati. Quòd autem  
 periurij crimen nobis inde impingis, & quasi par-  
 ta victoria insultas gloriabuudus, esse vanitatis &  
 dementiæ tuæ, mox iudicabit eruditus Lector.  
 Hæc igitur tibi respondeo.

PRIMUM, non-ferendæ iniquitatis esse, sic con-  
 cludere: Calvinus locum aliquem Scripturæ ali-  
 ter est interpretatus quàm Hieronymus & Augu-  
 stinus. Est igitur periurus. Hac Dialectica Pa-  
 tres orthodoxi minimè sunt vsi, qui in exponen-  
 dis Scripturæ locis obscuris, hanc vnicuique li-  
 bertatem constare voluerunt, ut seruata fidei ana-  
 logia, id in medium proferat, quod ad genuinam  
 sententiam, locorum circumstantiis meliùs qua-  
 drare

videatur. Id ipsi obseruarunt, dum aliter alij varios Scripturæ locos exponunt, nullo veritatis præiudicio: vt ex ipsius quoque Augustini cum Hieronymo dissertationibus videre licet. Periu-  
 rus ergo erunt vel Augustinus vel Hieronymus, quòd in plurimorum locorum interpretatione inter se sententiis discrepent. In huius certè loci expositionem Augustinus præfatur longè moderatiùs quàm Iesuita: *Quia non elucet (inquit) cur vel* In Genes.  
*unde sit dictum, multos sensus peperit eius obscuritas, qui diuinarum Scripturarum quisque tractator secundum fidei regulam id conatur exponere.*

SECUNDVM probabiles saltem esse rationes, cur non solùm Calvinus, sed ante Calvinum Hebræorum doctissimi interpretes de Abele hunc locum exposuerint, non de peccato. Id autem è re ipsa, è disertis verbis, tota denique sententia Lector explorabit.

Primum argumentum quod Deus scelerato Caino opponit, petitur è vi conscientie, aduersus peccatum sic armata vt peccati pœnas pro foribus accubantis ostendet. Alterum sumitur è iure primogenituræ, quo Cain Abelem superabat, vt nihil esset causæ cur Abeli inuideret sibi inferiori: quum superiorem inferiori inuidere minimè sit consentaneum. Tertium ex Abelis animo ad voluntariam obedientiam comparato: quum sit perinquam in voluntariè subiectum sæuire, & quum sit, parcere subiectis. Vtrunque enim innuit vox *יְהוָה*: Naturæ nimirum lege iuniorem primogenito cedere, & fratrem ea modestia præditum vt volens fratri adultiori obtemperet. Ita rectè coherere totam sententiam perspicuum est.

Verba quoque id ostendunt. nam articulus in voce *יְהוָה* masculinus, non rectè refertur ad *אָדָם* fœmininum quis enim non videt *וְאָדָם* esse

pro  $\eta\alpha\beta\gamma$ , vt sæpe? Ipsum certè dicendi genus manifestam prodit enallagen à peccato ad Abeles *Appetitus eius ad te.* hoc enim personis non rebus quadrat. De muliere dixerat Moses, *Appetitus eius esse ad virum;* id est subiectam esse viro. *Appetitus autem peccati esse homini subiectum quis com modè dixerit, quum potius homo appetitui peccati subiiciatur?*

TERTIUM, etiamsi hunc locum de peccato interpretemur, nõ tamen inde effici vt liberum hominis arbitrium stabiliatur, de Iesuitarum ceterorumque hospitarum sententia. De illorum in ipsa liberi arbitrij voce strophis dicebam innotuit ar nullam esse illorum argumentationem qui et hoc loco colligunt *ἀντιέξιστον*, id est humani arbitrij imperium, sic docet Caluinus, è cuius verbis (quando à Iesuita hostiliter petitur) facius est vt id ostendam quàm meis: Pueriliter, inquit, ineptiunt qui hunc locum torquent ad probandum liberum arbitrium. nam vt demus officij sui Cain moneri vt subigendo peccato incumbat, nulla tamen inde hominis virtus elicitur: quia certum est non aliter quàm Spiritus sancti gratia mortificari affectus carnis, ne præualeant. Nec certè quociens præcepit aliquid Deus, vires ad præstandam nobis suppetere colligendum est: quin potius tenendum est Augustini dictum *Da quod iubes, & iube quod velis.* Idem verò Augustinus de hoc genere dicendi quod in hortationibus adhiberi solet: Non se itaque fallant, inquit, qui dicunt, Vt quid nobis prædicatur, & prædicatur vt declinemus à malo & faciamus bonum, si hoc non agimus: sed id Velle & Operari Deus operatur in nobis: Sed potius intelligant, si filij Dei sunt, spiritu Dei se agi vt quod agendum est, agant, & quum egerint, ei à quo aguntur, gratias agant. Et alibi. Magnum

De cor-  
rept. &  
gratia  
lib 2.

gnum aliud Pelagiani se scire putant, quando dicunt: Nō iuberet Deus quod sciret ab homine non posse fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo iubet alia quæ non possumus, vt nouerimus quid ab ipso petere debeamus. Verùm hac de re plura quam vellem, nisi me cogeret importunus aduersarius.

IN SVMMÀ, etiamsi daremus hunc locum exponi de peccato, non tamen liberum arbitrium inde colligeretur: at magis est & sententiæ & verbis consensaneum, vt de Abele intelligatur.

Denique, quàm absurdè affingat Hayus Patribus orthodoxis laruam imaginarij illius Arbitrij quod tam diligenter oppugnant, norunt in illorum scriptis versati, at nesciunt Iesuitæ erubescere, licet ex eodem loco conuincantur quod enim ait Hieronymus, *Quia liberi arbitrij es, sic alibi exponit, Hominem sua culpa malè agere, libera & prona voluntate.* Augustini autem sunt hæc disertà verba de Caino, *Pt nulli alij quàm sibi sciat tribui debere quod peccat.* Ecquis autem nostrum aut negat, aut negauit vnquam Non-regeneratos prona & libera voluntate ruere ad malum, & quidem hætenus vt omnis culpa ad eos redundet? At libera voluntas ad bene agendum, est donum Dei. Nolentem enim præuenit, vt velit: volentem subsequitur ne frustra velit. Non vt homines (quod fieri non potest) nolentes credant, sed vt volentes ex nolentibus fiant. Hanc esse Patrum illorum doctrinam, illos cothurnati fastus quem liberi arbitrij nomine Sophistæ insignierunt, hostes acerrimos exitisse qui nescit, faterur se illorum scripta vidisse nunquam. At quum non huius esse instituti hæc agnoscat Hayus, neque est nostrum in hoc argumento diutiùs immorari, cuius ampliorem tractationem à me iam extorsit in tertio Anti-Iesuita.

De gratia & libero arbitrio. cap. 16.



Itaque suum Hieronymo, Augustino exte-  
que eruditus de hac loci interpretatione confer-  
iudicium: at infans erit conuicator, qui com-  
modam probabilēque loci illius expositionem  
periuurium appellabit.

## SECUNDVS LOCVS.

*Non omnes capiunt verbum istud.*

Matth. 19. 11.

## HAYVS.

*Alter locus qui se peierasse conuincit, est, quod  
scripsit Matthæus Dominum dixisse, Non om-  
nes capiunt verbum istud, & Græcè: Οὐ πάντες  
χαρῶσι τὸν λόγον τοῦτον, Calvinus vertit, Non om-  
nes sunt capaces huius dicti. Quasi verò idem  
sit Caluino, Οὐ πάντες χαρῶσι, & ἰ πάντες εἰσὶν ἰκανοὶ  
non omnes capiunt, & non omnes sunt capa-  
ces, Conclude ex hac Magistri tui doctrina idem  
esse ridere, & posse ridere. Et quoniam omnibus  
hominibus innata est quedam ridendi vis, ac ut in  
scholis philosopho loquuntur, omnes homines sensu  
risibiles, omnes ergo ridebunt, & hoc sine interu-  
sione, nam ridendi vis & facultas ut natura ab ho-  
& Aristotelis doctrinam qua ratione coniungit  
mus, prescribere instituiti. Pag. 170.*

## SERRANVS.

*Quid in eo genere possim, neque huius loci  
est, neque iudicij tui: at & huius loci est & iudi-  
cij mei, ostendere qua ratione periuurium nobis  
opponas in voculæ vnius interpretatione. Licet  
enim*

enim Calvinus vocem aliquam incommodè effert interpretatus, non tamen idcirco periturum appellandum esse, omnes æqui iudices intelligunt. Verùm tunc ipse, Hay, illum vocem τὸ χωρεῖν rectè interpretatum perperam reprehendas, age, videamus.

Χωρεῖν ais rectè exponi, Capere: non autem, Capacem esse: quòd Capax eum significet non qui reuera capit, sed qui potest capere, qui vi naturæ, aptus est ad capiendum. & vt tuam in linguæ græcæ cognitione felicitatem ostentes, ais, Capacem esse, Græco respondere, χωρητὸν εἶναι: & eruditus Cratylus ad philosophiam quasi inscitæ nostræ vindicem nos reuocas. Bona verba quæso, mi Hay! Ego verò miror te artium Decanum & Græculum Ciceronianum, notissimam non modò vocum græcarum & latinarum vim ignorare, sed me quoque deridere quasi distincta rerum vocabulorumque notatione, facultatem naturæ cum effectis suis confundam. Ex eo certè vsu quem ex bonorum autorum lectione mihi comparavi, τὸ χωρεῖν rectè exponi, euicerim variis exemplis, τὸ χωρεῖν rectè exponi, & Capere & Capacem esse, (quum sint planè synonyma latinis:) & eadem ratione Bezam sic vertisse τὸ χωρεῖν, vt Calvinus τὸ χωρεῖν, Capacem esse: sed quum me & præceptores meos eodem inscitæ crimine inuoluas, ad componendam Græcorum vocabulorum controuersiam, Græcæ linguæ præter omnem inuidiam eruditissimum iudicem adoptabo Henricum Stephanum, qui antequàm de hoc certamine cogitasses, totam litrem sic dimittit in suo verè aureo Thesaurò.

Χωρεῖν, ἢ (inquit) Capiò, id est sum capax: vt videlicet locus aliquis dicitur esse capax. Interdum verò ea metaphora vsurpatur χωρεῖν, qua à Latinis Capax, quum dicitur de animo. Philo de mûdo,

Iesuiticæ eruditio nis cothurnū, & in verborū & in rerū cognitio ne, eruditus lector animaduertat.

ἢ μὲν αἰ ἀλλὰ, ἀ δὲ διὰ μέγιστος ἀνθρώπων λογισμὸς ἔστι  
 πέ. id est, Quæ tam magna sunt ut humana ratio  
 natio eorum non sit capax, vel ea non capiat. Ta-  
 le est apud Matt. Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τούτου  
 Non omnes sunt capaces huius dicti. Hæc Step-  
 hanus Capax autem Latinis est qui modo aptus est ad  
 capiendū, sed qui reuera capit: ut, Capax calix ad  
 sextarios tres, qui cōtient enuivō trois septiers (aliens  
 enim quā meis verbis agere malo) Domus capax  
 ample & spatieuse, ou il peut beaucoup de gens. Vterus ca-  
 pax. Sic metaphoricè, Animus capax, Ingeniū ca-  
 pax, qui non seulement est propre à cōprendre: mais qui com-  
 prend d' effect. At Hayus arbitratur, Capacem esse, tan-  
 tūm singulare eum qui vi naturæ possit capere, &  
 Græco χωρῖτον ἔδ, respondere: quasi χωρῖτος sit ca-  
 pax vel qui capere potest. Nouā igitur ē Palæmo-  
 ne nostro audiat sententiam.

“ Χωρῖτος, Qui capi potest, Cuius aliquid capax  
 “ esse potest. Addit exempla à Gregorio, οὐς τῶν  
 “ ἡγῶν τὰ ὀρίμου ἢ χωρῖτος ἢ δὲ τὴν γυμνάσιον τῆς γνώσεως οὐ  
 “ quum iam capi & intelligi possit: & χωρῖτος οὐ  
 “ ἀνθρώποις ἢ δὲ φαντασίαις θείας, quum ne Dei quidem  
 imaginatio humano ingenio concipi possit. Sic  
 χωρῖτον ἔδ πάντων σῶμα dicunt Mathematici, capi lo-  
 co suo & proprio. Non audis, Hay, Stephani sen-  
 tentiam contra te? Χωρῖτος non est capax, sed cuius  
 aliquid est capax. Qui autem capax est, id est, ut in  
 interpretaris, Qui capere potest, Græcis est χωρῖ-  
 “ πικὸς: sicuti & idem Stephanus pronuntiat.  
 “ Χωρῖπικὸς, Qui talis est ut capere possit, seu ca-  
 pax esse possit: aut etiam simpliciter, Capax. Greg.  
 “ καὶ ἡ χωρῖπικὴ ἢ ἀναδοπικὴ τῆς τροφῶν. Apud eun-  
 dem, ὅλα θεῶν χωρῖπικὰ.

Hæc rectè rursus Stephanus: at vocum illarum  
 vsus obuius est. Ut enim χωρῖτος, est qui capi po-  
 test

test. & *χαρητικός* qui capere potest: ita *διδασκτικός*, est  
 qui doceri potest, *διδασκτικός* qui docere, id est, a-  
 ptus ad docendum. *γελασός*, ridiculus: *γελαστικός*, ri-  
 sibilis. ille rideri, hic ridere qui potest. Mirum igitur  
 est, Hay, te hominem (ut apparet) risus alio-  
 qui amantem, non ridere potuisse quin te ridicu-  
 lum pueris propinares: non in verborum modo  
 crassa ignorantia, sed rerum etiam in ea arte, cu-  
 ius te Decanum profiteris. Esto enim. Sit per te  
 Capax, qui capere potest. Si non ea quae capere po-  
 test, reuera capiat, non ideo minus erit capax? In  
 limine Peripati didicimus pueri à Porphyrio: Ita  
 natura comparatum esse, ut licet vis siue facultas  
 naturalis non semper agat, sit tamen certa & ne-  
 cessaria causa suorum effectorum. Rectè igitur  
 concludi, Homo ridet ergo risibilis est. & Homo  
 risibilis est. Ergo data occasione semper ridebit.  
 est enim homini innatum, propriumque quarto  
 modo, id est ei soli, toti, & semper convenit ut ri-  
 deat: non quòd rideat semper, sed quòd semper  
 sit natura aptus ad ridendum. *Καν γὰρ μὴ γελάσῃ, ἀλλὰ  
 τὰ γελαστικὰ ἔχει, ἢ τὸ γελάσῃ, ἀλλὰ τὸ ἀεὶ  
 περιμένει.* Quorsum igitur obtusa tua subtilitas te-  
 nebras offundit perspicuae veritati? Sunt enim lu-  
 culenta Christi verba, *Non omnes sunt capaces huius  
 dicti, vel hoc dictum non capiunt.* His verbis hominum  
 caecitas significatur. non enim vel capiunt vel pos-  
 sunt capere ea quae sunt Dei: sicuti Paulus Præce-  
 ptoris verba interpretatur, Homo animalis *ὁ δὲ χέ-  
 ται τὰ τὸ πνεύματος τοῦ Θεοῦ,* Non capit ea, vel, non  
 est capax eorum quae sunt Dei. *ὃ, ὃ δύναται γινώσκειν.*  
 Neque potest ea cognoscere. Audis, Hay, tuam  
 illam vim siue facultatem naturalem à Dei cogni-  
 tione exterminari: quum *φθύνῃ* illud *συνεὶς*, car-  
 nis intelligentia, inimicitia sit adversus Deum:  
 quippe quae neque Legi Dei subiciatur, sed ne  
 possit quidem?

Habes erudite Lector, responſionem ad ſecundum periurium ab Hayo aduerſus nos idcirco inſtitutum, vt de eruditione & conſcientia Ieſuitica eadem opera iudicares.

## TERTIVS LOCVS.

*Annumeratus eſt duodecim Apoſtoliſ.*

A&. Apoſt. 1. 26.

## HAYVS.

Bullæ Ieſuiticæ in ſummavo cabuli ουγ κατὰ τὴν ἱεράτων ἱgnoratio- ne.

Tertius locus tui periurii teſtis erit ille quem apud Lucam legimus, Et dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum duodecim Apoſtoliſ. Quæ ſententiã Gallicis verbis ita reddidit, vt quod à Luca ſcriptum non fuit, cum ſcripſiſſe ſignificat: Adonc ils ietterent le ſort d'iceux, & le ſort cheut ſur Matthias, qui d'vn commun accord fut mis au nombre des douze Apoſtres. Vbi legiſtis, d'vn commun accord? Pag. 170. & 171. &c.

## SERRANVS.

Apud Lucam, qui diſertè ſcripſit, *συλλαβὴν ἑνδεκά. ἀποστόλων.* Non potuit aliter exprimi verbum *συλλαβὴν ἑνδεκά* quàm illo verborum circuitu: vt rectè vertit Beza, *Communibus calculis lectus eſt cum vndecim Apoſtoliſ.* Significat enim Lucas hunc ſortis euentum communibus omnium calculis iudiciũque fuiſſe comprobaturum. Illa autem communium ſententiarum comprobatio innuitur præpoſitione *Συω*: vt norunt vel mediocriter eruditi. Attu oculos in talis habes, idcirco

DE VERA ECCL. AVTORITATE. 317  
circo audax quia vecors. Quod enim addis ad  
hos latratus, neque exscribo neque excribro, ne  
tuis infantiis nimium indulgeam, Hoccine igitur  
erit tertium periurium nostrum?

Q V A R T V S L O C V S.

*Non derelinques animā meam in inferno.*

Act. 2.27.

H A Y V S.

Observarunt Catholici in Germania Luthe-  
rum avum tuum, in priore Novi Testamenti ger-  
manica versione, Christi Domini & Apostolo-  
rum doctrinam, trecentis aut eò amplius locis de-  
prauasse. Sic spero sexcentos fœdos errores, quos  
Gebennensis Synagoga in Scriptura gallica versio-  
ne commisit, prope diem Catholicorum opera, in pu-  
blicū propositos videbis. Ac ne institute breuitatis  
leges violasse videar, unum tantum à magno tuo  
Theodoro Beza D. Luca locum insigniter depra-  
uatum proferam. Pag. 171.

S E R R A N V S.

Eodem planè modo sexcentos errores aduer-  
sus Ecclesias nostras probabit, quo trecentos ad-  
uersus Germanicas Catholici illi tui probauerūt.  
Catholicum enim mendacium aduersus eandem  
veritatem vbique vanum est. Lutherum, virum  
Dei, sic auñ agnoscimus, vt se patrē Galatarū Pau-  
lus appellat. illius enim ministerio Pater luminū  
Europæ nostræ felicissimè innotuit. Ille novum  
testamentum sic vertit, vt vetus fermentum ab  
Ecclesia exturbarit. Hoc perurit Abadonem tuū.

virus le-  
uiticū in  
Lutheri  
memoriā

At perge nos cum Luthero inuoluere, vt omnes illius filij & nepotes confertim aduersus illum tuum dominum communibus animis bellum geramus. Quidnam enim Momi illi tui in velle eandem Scripturæ versione nostra effecturi sint, doces ipse, qui apud Lectorem infinitæ tuæ loquacitatis grandine iam contusum, breuitatis fidem facere demens moliris. Verùm quid tu præterea aduersus Bezam?

## HAYVS.

*Quod scripsit Lucas, Οτι ει̃ εν̃ ταλαι̃αι̃ς τ̃οι̃ς πυλ̃ο̃ν̃ ου̃ο̃ ει̃ς̃ α̃δ̃ου̃, latine pro libidine sua reddidit. Non derelinques cadauer meum in sepulchro. Puduit tandem Bezam nequitia. quare palinodiam cecinit scribens: Fateor cadaueris nomen, nec mortuo quidem Christi corpori satis conuenire: ac proinde in altera editione mutauit, sed eandem sententiam semper retinuit.*  
Pag. 171.

## SERRANVS.

Augustinus scripsit libros duos Retractationum, in quibus vir pius multa à se scripta emendauit. Cõclude illum fuisse idcirco periurum. Hoc ipso argumento palinodiam & periuriam affingis Bezæ, Iesuita, quòd vocem vnã emolliuerit. Iniquius tamen Bezæ periurium opponitur quàm Augustino opponeretur. Multa enim ad doctrinam ipsam quòd attinet, Augustinum commutasse, ex illis suis Retractationum libris perspicuum est: ac Bezam in hac vocis mutatione nihil de re ipsa immutasse, mox iudicabit Lector. Verùm de re maxima augustissimæque reuerenter disse-  
zamur.

Cedò igitur, mi Hay, dásne Christiana hæc Axiomata? Christum esse verum Deum, & verum Hominem: Hominem illum vero corpore humano & vera anima humana constare: Verum quodque hominem illum pro nobis verè esse mortuú. Hæc *avto'msu* & per se rata te daturum arbitror. Num dixeris Christi diuinitatem esse mortuam? Non credo. Num Christi animam? Neque illam, Verúmne igitur Christi corpus verè mortuum? Hoc ipsum existimo te daturum. Sic nimirum Christi mortem describit Scriptura, separationem animæ & corporis, quum ait, Christum inclinato capite tradidisse siue emisisse spiritum quem commendarat Patri, siue expirasse. Quónam ergo Christi anima, nisi quò ipse prædixerat profecturam, *Hodie tu mecum eris in paradiso* qui agens animam dicebat Patri, *Pater in manus tuas depono spiritum meum?* Immortalem igitur Christi animam sub ipsum è corpore discessum in cælum profectam, ecquis dixerit in sepulcro remansisse? Corpus igitur Christi ab anima separatum, ac proinde mortuú, sepulcro fuisse conditum ex his nemo sanus dubitabit. De Christi igitur corpore & Davidem & Petru millius interpretem loqui, proximum est vt ostendam, & è verbis ipsis & è tota sententia. Scripturæ hæc sunt diserta verba, *NON DERELINQVES ANIMAM MEAM IN SEPULCRO.* *ANIMAM* autem siue *ψυχη* appellatione sepulcrum intelligi, nemini sano dubium esse potest: quidnam autem *ψυχη*, *ψυχη*, ANIMÆ, hoc verò controuertitur.

Corpus Christi mortuum est, sepulcrum est, re surrexit.

ANIMÆ vox quum multiplex sit, variè quoque hic sumi potest. Vitam aliquando significat, vt hic sit sensus, Deum non passurum vitam suam morte absorberi, Aliquando, Hominem ipsum: vt testatur David se Dei beneficio à vita rediuinum fore,

Anime significatio multiplex.



Quæ interpretatio rectè quadrat verbis Davidis: addit enim ἐπιζήτησις, *Nec fines sepulcrum tuum videre corruptionem*, sic nimirum seipsum intelligens. Q. D. Non fines me in sepulcro tandiu immorari ut ibi putrescam, sed me è sepulcro incolumem integrumque vindicabis. At quum Davidis factum in sepulcro computruerit & in pulverem factum redactum, rectè colligit Petrus, Davidem prophético Spiritu de Christi resurrectione hæc prædixisse. Itaq; tertia restat ANIMÆ significatio, huic circumstantiæ magis accommodata. Mortuum enim hominem siue cadaver aliquando denotare, tam certum est quàm non-necessarium exemplam designata recensere. Hanc autem ultimam significationem huic loco magis quadrare, hæc sunt rationes.

Rationes  
cur Anima  
nomine  
corpus in  
telligatur

Prima, quia Prophetæ menti id melius convenit, quum enim Davidis cadaver, sicuti hominum cæterorum, in sepulcro exinanitum fuerit, qui prophetiæ constaret veritas, nisi David ad beatæ resurrectionis spem animum intendisset, ac proinde ad Christum resurrectionis autorem? Itaque non de anima sua quæ non relicta est in sepulcro, sed de corpore suo quod in sepulcro computruit, Prophetam vaticinari apparet: atque ad eò illum *Animæ* appellatione eam hominis partem intelligere quæ à sepulcri putredine & interneccione esset vindicanda.

Secunda, quia Petrus sic eam interpretatur, nam quum è Prophetæ verbis testatus esset, Christi resurrectionem luculenter describi, adiungit vice commentarij, hæc illa ipsa verba, *Christi animam non derelictam esse in sepulcro, exponens, Neque CARNEM eius sensisse corruptionem: ut nemini obscurum esse possit, Animam Carnis nomine ab eo explicari atque illustrari.*

Tercia,

Tertia, quia tum è primario concionis illius sine, tum vniuersa sententia, hæc vox exponi aliter nõ potest. ecquis enim non videt non de animi immortalitate, (quæ his quoque verbis probari non potest, quum anima sepulcrum minimè ingrediatur:) sed de corporis resurrectione, sermonem illum esse institutum? Certè neque Dauidis neque Christi anima fuit in sepulcro, neque resurrexit: Ita ad rem non faceret hoc testimonium, si de anima absolutè intelligeretur: ac proinde Petri concio primario suo firmamento destituta, collaberetur tota.

Vnde efficitur (quõ sic quoque orthodoxæ doctrinæ veritas è fidei analogia sanctè retineatur) hanc esse veram germanamque horum verborum sententiam: Mortuũ Christi corpus sepulcro conditum non dormiisse somnum perpetuum, neque tandiu in sepulcro permansisse vt corrumpere- tur: sed effraetis mortis vinculis, tertio die resurrexisset, vt his sanctis augustisque primitiis fidelium corpora resurrectioni consecraret. Hæc de re ipsa, quam orthodoxè explicari omnes orthodoxi animaduertunt: at de CADAUERIS VOCE, de qua tota controuersia est, modò dicamus.

Si verum est Christi corpus, si verè mortuum est verum Christi corpus, si mortuum illud corpus nobis fuit viuificum, eccur à Cadaueris nomine abhorreamus, quum mortis ignominiam, & Christi in ea exinanitionem summo in pretio habeamus? quid enim est Cadauer, nisi corpus mortuũ? Quòd si non est nobis scandalum neque stultitia, Christum crucifixum & mortuum amplecti, cur Cadauer appellare mortuum ipsius corpus?

Deinde, eo ipso vocabulo Christus seipsum notauit. quum enim in mediis mundi pereuntis tempestatibus hoc vnicum fidelibus remedium con-

*Cadaveris*  
nomen  
quomodo  
& quatenus  
Christi  
corpori  
cõueniat.

ser. I. QVÆST. TERTIA PART.

stare doceat vt ad se crucifixum & mortuum ce-  
fugiant, ait, *Vbiunque fuerit CADAVER, ibi congregatum iri aquilas* Το πῶμα enim, est cadaver quoniam  
tē se πῶμας appellatione insigniat, minime do-  
bium est. Corpus autem Christi mortuum à Pro-  
pheta vocatum fuisse Animam, rationi maxime  
consentaneum est: quum ipsum illud corpus, et-  
tiam in sepulcro esset viuifica caro Filij Dei.

EX HIS ergo constare possunt causæ cur pri-  
mum Beza vocabulum cadaveris usurpauerit: ac-  
cedit quòd Pontificæ fabulæ de animæ Christi ad  
inferos descensu aditum præcludere voluerit. At  
quum nouum & insuetum vocabulum infirmio-  
rum aures offenderet, vtitatis substituit, eadem  
prorsus manente sententia, vir pius nulla verita-  
tis fraude infirmioribus consulens. Idcirco  
vel impostor vel periurus erit: vel potius non erit  
impudens vecorsque Sycophanta, Hayus, id prohi-  
gata audacia proculcans, quod pijs eruditisque  
animis in summo est pretio?

QVINTVS LOCVS.

Ioan. 3. 5. *Nisi quis fuerit genitus ex aqua  
& spiritu, non potest introire in re-  
gnum Dei.*

HAYVS.

*Præclaram illam qua Baptismi necessitatem  
Catholici imprimis confirmant Domini sententiam,  
Nisi quis renatus &c. Caluanus de Baptismo in-  
telligi negat. Quam impietatem condemnat Con-  
cil. Tridentinum &c. Pag. 171. & 172.*

SERRANVS.

*De Baptismo reuerenter loquitur Caluanus, il-  
lusque*

lūisq̄ vsum Christianis necessarium esse constantē docet. Quōd autē hunc locum de Baptismo intelligi negat, non efficit vt eum impietatis Concilium Tridentinum rectē potuerit condemnare: cuius certē fulmina neque sensit Calvīnus, neque nos, nugator, reformidamus: sed tū impensē pergis elaborare vt omnibus ridiculus appareas, qui Concilij Tridentini nobis, Neptunū tridentem pluris facientibus, auctoritatem opponas. Verūm de re ipsa.

Argumenta verē Iesuistica.

Aquæ appellatio variē sumitur in Scriptura, ac proinde genuina vocis explicatio ē genuina loci circumstantia notanda est: neque verō ferendum, vt Aquæ nomen, vbicunq̄ occurrer, de Baptismo interpretemur. Ecquis enim sobrius hæc Dauidis verba, *Serua me Deus, quia perueniunt aque usque ad animam, ingredior profunditates aquarum, & torrens inundans abripit me, & similes loquendi formulas quales in Scriptura frequentes reperiuntur, de Baptismi sacramento interpretatur: quum perspicuum sit intelligi de afflictionibus?* Iam verō illa, *Quum hauseritis aquas cum gaudio: Plena erit terra hæc scientia Iehouæ, veluti aquis alueum maris operientibus: Quisquis sitit, veniat ad aquas: & similia de donis Spiritus sancti intelligenda esse docet Christus: qui eodem etiam dicendi immensam illam Dei charitatem erga nos per Spiritum sanctum in corda nostrā propter se effusam, luculenter significauit. De Baptismo enim non loquitur Christus in his verbis, *Quisquis biberit ex aqua illa quam ego ei dabo, non sitiet in æternum, sed aqua illa quam ego dabo ei, fiet in eosons aquæ salientis in vitam æternā,* & tota orationis serie perspicuum est. Quid igitur obstat quominus hic locus de aqua & Spiritu sancti virtute in regenerandis fidelium animis explicetur?*

Aquæ appellatio multi-plex.

Psa. 169. & 18. & c.

Isa. 12. & c.

Ioā. 7. 37.

Ioan. 4. 14

Aquæ nomine, cui Spiritus sancti virtus & efficaciam hic proprie significetur.

ficaci, quam è communi Scripturæ more designabit, Aquã appellans: & continuò exponens quodnam Aquæ nomine intelligat, quum adiungat Spiritus appellationem, quem Aquæ nomine designari Nicodemus è trito Scripturæ more intelligere debebat. Nasci igitur *Ex aqua & Spiritu* nasci è Spiritus sancti virtute, quæ veluti aqua siccum solum irrigans sic sterilem nostram entitidamque naturam noua virtute instaurat, vt corruptiua corruptione abiecta, nouisq; viribus reuiuua, edat veros sanctitatis fructus. Ita *Aqua* nomine, purgationem animi Christus intelligit interiorem, coelestemque vigorem cuius auctoritas Spiritus sanctus: à quo ducuntur quicumque sunt Christo insiti.

Illam autem esse veram germanamque huius loci sententiam ostendit & scopus & series vniuersæ orationis. Vult enim Christus docere: Non modò Nicodemum, sed omnes homines animales, esse alienos à Regno Dei, regenerentur, id est corruptæ naturæ sordibus ablutis, fiant nouæ creaturæ. Quod quidem Regenerationis opus, totum est Spiritus sancti. Eò quoque refertur vniuersa oratio, quæ omnibus suis partibus secum coheret: Regenerationis primariam causam, modum, finem & effecta luculenter representat. Quorsum verò hîc de Baptismo? Ita verba illa *Ex aqua & Spiritu* debent *συνωρίμας* intelligi pro eodem: illud quidem figuratè, è communi Scripturæ vsu: hoc verò, simpliciter.

De hac Caluini interpretatione iudicent eruditi, pro ea libertate quam omnibus Christianis constare, seruata fidei analogia, ipsi quoque Patres orthodoxi pronuntiarunt. Num igitur, magne Antiquator, vel Caluinus sanctæ Antiquitatis iudicium neglexerit, vel nos erimus perituri? Vis finem

finem initio & medio disputationis respondere, ut omnes norint te vbique nugari & calumniari. Quasi verò Scripturam dextrè & commodè interpretari, sit periurium. Sed perge, ut infinitæ loquacitati tuæ finem aliquem imponamus.

HAYVS.

Dic quæso, nunquid vos Christianorum infantes, sine baptisinate in regnum cœlorum introduci aſſeruis. Quod Pelagiana hæresis nunquam admittit &c. Pag. 172. & 173. Quæ inanissima futilitate effusa non exscribo. quid enim opus est ineptis repetitionibus onerare Lectorem? Summa est, Nos esse Pelagianis deteriores, qui negemus infantes Baptismo egere. Pag. 172.

SERRANVS.

Quare speciosorum, Hay, calumniam: hæc apud tuos etiam locum non habet, qui norunt quantæ reuerentia Baptisnum nostris infantibus dādum curemus. Tibi igitur pro nobis respondet Augustinus: Aliud est sacramentum Baptismi, aliud cordis conuersio; sed salus hominis ex utroque completur, nec si vnum horum defuerit, ideo putare debemus consequens esse ut & alterum defuit: quia & illud sine illo potest esse in infante, & hoc sine illo potuit esse in latrone: complēte Deo siue in illo siue in isto, quod non ex voluntate defuisset. Quum verò ex voluntate horum alterum defuerit, reatu homo inuoluitur: & Baptismus quidem potest inesse vbi conuersio cordis defuerit. Conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto Baptismo, sed cōtempto Baptismo

«Decret»  
 «3. parte  
 De cōse  
 «erat di-  
 «stinct. 4.  
 «C Bapti  
 «smi vicē  
 «  
 «Baptis-  
 «mi per-  
 «ceptio,  
 «quate-  
 «nus ne-  
 «cessaria  
 «Christia-  
 «nis.

« non potest. ID EM, Quantum valeat etiam sine  
 « sibi sacramento Baptismi, quod ait Apostolus  
 « Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad iustitiam  
 « tem, in illo latrone declaratum est: sed tunc impo-  
 « tur visibilibus, quum mysterium Baptismi, et  
 « contemptus religionis sed articulus necessarius  
 « excludit.

In summa, non priuatio Sacramenti sed con-  
 temptus damnat. SINE BAPTISMATE igitur  
 non introducuntur infantes in regnum cœlorum  
 quia vult Deus hanc gratiæ suæ tesseram infan-  
 tibus dari, neque fas est hoc sigillum salutis con-  
 temni sine exitiali scelere. Hactenus fatemur ne-  
 cessarium Baptismum: perperam tamen affirma-  
 mus gratiam Dei in aqua includi, quasi visibilibus  
 qua seruariemur, quum in sanguine Christi ser-  
 uemur.

Itaque quæ adiungit Hayus & hæc & inlequæ-  
 ti pagina, sunt nugæ responsione indignæ, quum  
 iam tot chartæ in his resellendis intumpierimus.  
 Certe, calumniarum fumos in re perspicua mora-  
 ri non debemus. neque enim nos Pelagianis imi-  
 mus, neque Iesuitæ, sunt Catholici.

### SEXTVS LOCVS.

*De ordine functionum Ecclesiasticarum.*  
 Ephes. 4. 12. & 1. Cor. 12. 28.

#### HAYVS.

Alterum tamen in quo Caluini insignis demer-  
 ita elucet, ex Francisco Turriano nostro, memora-  
 bor. Verba Caluini, ut suspicor agnosces. Qui Ec-  
 clesie, inquit, regimini secundum Christi insti-  
 tutionem præsumt, nominantur à Paulo, primum Apo-  
 stoli.

stoli, deinde Prophetæ, tertio Evangelista, quarto Pastores. posiremo Doctores. Ex quibus duo tantum ultimi ordinum in Ecclesia munus habent: alios tres initio regni sui Dominus excitavit, & suscitavit etiam interdum prout temporum necessitas postulat. Quid respondebis pro tuo præceptore, ut periurij quam contraxisti labem deleas? Pag. 173.

## SERRANVS.

Respondebo, te & tuum Turrianum non modò insignes esse nebulones, sed blasphemos conuitiatos, qui sancto Apostolo dementiam audeatis opponere. nam si demens est Calvinus, demens est Apostolus, cuius ille nimirum propria verba descripsit. hæc enim ipsa sunt Pauli verba: *Veditur ipse alios quidem, Apostolos: alios verò, Prophetas: alios autem Evangelistas: alios autem Pastores & Doctores.* Tertium Evangelistis locum tribui non audis, Jesuita, si aures habes? Egone igitur periurij labem non elui, an tibi iniustum est dementiæ & blasphemix probrum? Res enim ipsa loquitur.

Quod ais, Apostolum in Epistola ad Ephesios expliuauisse varietatem donorum, non autem eorundem ordinem, ut in Epistola ad Corinthios, est varix & inordinata vanitatis tuæ nouum argumentum. Constat enim Paulum eodem ordine Ecclesiæ ordinem designauisse in vtraque Epistola: de donis Dei primùm agat, deinde de functionibus Ecclesiasticis, quarum causa Deus hæc Spiritus sancti sui dona confert Ecclesiæ suæ. Neque obstat quod Euangelistarum non facit mentionem in Epistola ad Corinthios, quin tertium Euangelistæ in Ecclesia locum tenuerint: quandoquidem

ipissima  
Apostoli  
verba à ve-  
cordi Ie-  
suita accu-  
santur de-  
mentia.  
Eph. 4. 12.



non est sibi contrarius Apostolus, & eodem modo consequeretur, omnes illas functiones quas in Epistola ad Ephesios prætermittit, ab Ecclesia esse exturbandas. Iudicium fuit sancti Apostolice prout intelligebat quadrare instituto suo: non tam Iesuitica reprehensio aut inconstantia notam Apostolo, aut dementiæ opprobrium Caluino inuret.

AD IMPORTVNAM HAYI  
 censuram, De distinctione librorum  
 Cānonicorum & Apocryphorum.

HAYVS.

*Ceterum si libros quos Ecclesia D. Augustini temporibus probauit, Synagogam vestram repudiare docuero, vos esse sacrilegi & plagii reos, inflicere non poteris. &c.* Hic longum excipit Augustini testimonium è libro 2. de Doctrina Christiana cap. viii. De censu librorum Cānonicorum, & de Macchabæorum libris. Quæ ex Hayano codice Lector recognoscat, effusa. Pag. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182.

SERRANVS.

Aduersarij legam vestigia. Quum Antiquitatis iudicium de Cānonicorum & Apocryphorum librorum censu, mihi primùm opponat, & Augustini Hieronymique testimonia contra me excitat: Antiquitatis iudicium ex Augustini & Hieronymi verbis primùm commemorabo. Deinde quum de Macchabæorum libris, vnde quoque natus sermo est, propriè agat, Patrum illorum de his libris

libris iudicium recensebo. Denique, ad peculiaris illius exceptiones respondebo.

Quam prudenter legendi sint Apocryphi, Augustinus & Hieronymus sic docent. Ait enim Augustinus: *Omittamus igitur earum scripturarum fabulas que apocrypha nuncupantur, eo quod earum occulta origo non claruit patribus, à quibus usque ad nos autoritas veracium scripturarum certissima & notissima successione pervenit. In his autem apocryphis etsi inuenitur aliqua veritas tamen propter multa falsa, nulla est canonica autoritas.*

Idem verò alibi, *Non inutiliter receptas ait fuisse ab Ecclesia, dummodo sobriè legantur vel audiantur, ne parent illarum cum Scripturis canonicis autoritatem somniamus.* Hieronymus autem non obscure monet quomodo sint ab infirmis legenda, *Caueant, inquit, omnia apocrypha. Et si quando canon ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reuerentiam legere voluerit: sciat non eorum esse, quorum titulis prenotantur, multaque his admixta vitiosa, & grandis esse prudentiæ, aurum in luto querere.* Et alibi, *Paraphrasin huius testimonii, quasi Hebræus ex Hebræis assumit Apostolus Paulus de autentibus libris in epistola quam scribit ad Corinthios: non verbum ex verbo reddens, (quod facere omnino contemnit) sed sensum exprimens veritatem, quibus utitur ad id quod voluerit roborandum.* Unde Apocryphorum deliramenta conticeant, que ex occasione huius testimonii ingeruntur Ecclesis Christi. Hæc igitur de multis pauca è Patriarchis orthodoxis satis sunt testimonia de Apocryphorum librorum cum Canonicis comparatione.

DE MACHABÆORVM autem libris, quandoquidem de his propriè sermo est institutus, aliquid nobis dicendum est: & quum Augustinum & Hieronymum nobis superciliosus Antiquator impudenter opponat, illorum sententia indicanda est, expediendique nodi quibus perspicuam veritatem conatur implicare.

De Apocryphis  
Aug. & Hieronimi  
sententia.  
De Ciuit. Dei lib. 15  
cap. 23.

De infirmis  
filij ad  
Lactant.

De Machabæorum  
libris Antiquatoris  
sententia  
iudicium.

Certe Augustinus ait illos libros non fuisse receptos in Canone, id est, ut interpretatur, non pari fuisse cum Lege & Prophetis autoritate. his enim libris testimonium reddit Filius Dei: at illis Macchabæorum libris datum fuisse ab Ecclesia locum in Scripturis, nullo quidem Scripturarum præiudicio, quâpter memorabilem historiam, in qua elucet Diuina prouidentia in Ecclesia sua cõseruanda: & singularis fides & constantia fidelium Dei seruatorum, quibus tyrannorum crudelitati sese fortiter opposuerunt. Hoc est quod disertè ait Augustinus: Et hanc quidem Scripturam quæ appellatur Macchabæorum non habent Iudæi sicut Legem & Prophetas, & Psalmos. quibus testimonium Dominus perhibet tanquam testibus suis, dicens, Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in Lege & Prophetis & Psalmis de me: sed recepta est ab Ecclesia non inutiliter, SI SOBRIE LEGATUR VEL AUDIATUR, maximè propter illos Macchabæos qui pro Dei lege sicuti veri martyres à persecutoribus indigna & horrenda perpessi sunt, ut etiam hinc Christianus populus aduerteret, quoniam non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, pro quibus passus est Christus, si tanta patientissimè pertulerunt pro lege quem dedit Deus per famulum hominibus illis pro quibus nõdum tradiderat Filium. Ecqua igitur fronte affirmas, Hay, vereri Ecclesiæ Christum fuisse incognitum: neque intelligis, sanctarum Scripturarum monumeta à Iudæis ad Christianos peruenisse, id est à fratribus ad fratres. est enim vna Ecclesia vnum Christum amplexa, Prophetarum Apostolorumque consensu annuntiatum: quorum illi venturum prædixerunt, hi venisse edixerunt. Communes igitur fuerunt

Contra  
secundã  
Gaudē-  
tj) epist.  
cap. 23.

runt tabulæ & Patribus & Filiis, quorum ut Christi  
 us communis est seruator, ita communis est he-  
 reditas Scripturarum tabulis consignata.

Hieronymi autem optimi solertissimique harū  
 rerum testis plana est & perspicua sententia. Enu-  
 meratis enim Canonicis libris, ait *Quicquid extra  
 hoc est, inter apocrypha esse ponendum*, ac proinde Macca-  
 bæorum libros: licet primus Hebraicè præter mo-  
 rem circumferatur, in Canone tamen Scripturæ  
 minimè recenseri, constanter affirmat. Quod au-  
 tem dixi excepisse Hieronymum de Apocryphis,  
*Siquis velit credere & recipere*, è loco à me iam citato  
 probatum est: ne virilitigator cogat me actum a-  
 gere. Idem verò Hieronymus de Macchabæis:

In pref. ita  
 lib. Re-  
 gum.

cc

cc

cc

cc

Epistola  
 Iungat. In  
 prouetbia  
 Solè. præf.

*Macchabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter  
 Canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina  
 legat ad edificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesia-  
 sticorum dogmatum confirmandorum.* Idem de Macca-  
 bæorum libris iudicium variis in locis inculcat,  
 ut cuilibet in ipsius lectione versato perspicuum  
 est. Quid enim hinc singula commemorem?

PROXIMUM est, ut Antiquatoris nostri exce-  
 ptiones illustri veritati perperam obiectas esse  
 ostendam.

Clamat Thraso, nos esse sacrilegij & plagij  
 reos, quòd Augustinus Macchabæorum libros in-  
 ter canonicas Scripturas aliquando recenseat.

Quomo-  
 do & qua  
 tenus Au-  
 gust. Mac-  
 cabæorū  
 libros re-  
 censeat in  
 Canone.  
 De doct.  
 Christ. li.  
 2. cap. 3.

Respondeo, Siqua culpa est, Augustini est, non no-  
 stra. Non tamen etiam Augustini est, sed cerebri  
 Hayani, à quo quum iudicium absit, de Augustini  
 consilio non potuit iudicare, & ita Augustinum  
 intelligit ut vult à se illum intelligi. Præfatus di-  
 ligenter Augustinus de Canonicarum & Apocry-  
 pharum Scripturarum discrimine, & lectorem  
 hortatus ut Apocryphas securiùs legat, fide veri-  
 tatis instructus, ne præoccupent imbecillem ani-

mum, & periculosis mendacijs argue phantasio-  
 tibus eludentes præiudicent aliquid cõtra sanam  
 intelligentiam: ita accedit ad censum Canonum  
 Scripturarum. Vult autem sic eas legi, vt doctrinam  
 & Ecclesiæ œconomia & series pro varijs tempo-  
 rum interuallis consideretur. Hæc enim dilectio  
 quæ cæcus Hayus non videt: Hæc historia est quæ  
 met annexa tempora continet, atque ordinem verum, in  
 finem libros Macchabæorum in Canone Scrip-  
 rarum ab Ecclesia recipi ait Augustinus, neque  
 illam exceptionem vult prætermitti, de qua in-  
 cauerat, sicuti à nobis iam est annotatum. Non  
 igitur canonicam autoritatem illis libris tribuit  
 ad doctrinam ipsam quod attinet, sed vt e Scri-  
 pturæ monumentis omnes Ecclesiæ ætates, distan-  
 ctis temporum interuallis, perpetua rerum in-  
 cessione sese consequentes repræsentet. Hæc  
 veram genuinamque esse Augustini mentem, elo-  
 corum ipsorum prudenti comparatione erudicus  
 Lector perspiciet.

Sic Carthaginense Concilium de Augustini  
 sententia libros Scripturæ vniuersè recensuit, &  
 hoc iudicium Africanæ Ecclesiæ sunt sequentæ.

Nam de Innocentio illo tuo, Hay, nihil aliud  
 dico, nisi me neque scire neque scire mihi placet  
 búlve an atex sit: ipsiusque iudicium mihi placet  
 esse nullum.

Consequen-  
 tio veteri  
 Iesuitica.

At quòd excipis, Antiquissimos Ecclesiæ Do-  
 ctiores ex his libris tanquam Canonicis, primam  
 petere quibus dicta sua confirmant, primam  
 à te esset probandum. Verùm vt ve ita sit, Iesuitici  
 acuminis necessariam consequutionem, erudite  
 Hay, non vides, neque rides? Apostolus Menan-  
 drum, Aratum, Epimenidem citat. Ergo Menan-  
 der, Aratus & Epimenides, sunt autores Canonici  
 & authentici. Hæc est summa totius pagine

176. Ceteros enim latratus tuos quid morer?

Porro, negas veram illam esse Canonicorum & Apocryphorum librorum distinctionem, quod illi Hebraicè scripti sint, hi verò Græcè. Controversiam igitur nostram (quum rem perspicuam neges) dirimat Hieronymus: *Apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebræos igitur revertendum est: unde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Quod in veteri testamento scriptum est Græcè tantum, est Apocryphum. Itaque ut veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda est: ita novorum veritas Græci sermonis normam desiderat: sicuti etiam annotavit Decretum.*

DENIQUE, hanc distinctionem non esse Ecclesie Christianæ, sed Iudaicæ Synagogæ. Patrum Ecclesiam iterum negas, Hay, fuisse Ecclesiam Christianam, quum in Christum crediderit? Non te pudet tam ineptè ἀπολογεῖσθαι? Rectè igitur Apostolus ait, *Eloquia Dei, id est sacram Scripturam, i- psis fuisse concessita.* Ab illis hanc Canonicorum & Apocryphorum librorum distinctionem post solennem Evangelij publicationem rectè accepit Ecclesia, propter exhibitum in carne Christum, Christiana proprio nomine nuncupata. Hæc igitur ad tuas exceptiones.

Nam quod de Cypriano fideliter à me citato præuaricaris, quid dicam, nisi te esse verè Jesuitam? Extræ tractatus apud Cyprianum cui nomen est, *Expositio Symboli.* Hunc ego librum, nugator, indicaueram: ut ex antiquissimi doctissimi que scriptoris antiquissimam Ecclesie de librorum Canonicorum & Apocryphorum discrimine sententiam indicarem. At tu scilicet Polyhistor nescis quid velim cum hac mea Symboli expositione, iuram me locum nunquam vidisse nisi apud Calvinum, & percommode iocaris, quasi existimarem Mac-

Librorum  
Canonicorum  
& Apocryphorum  
discrimine  
Antiquitatis  
testimonio  
probatum.  
In præfatione  
in lib. paralyp.  
Si septuaginta.  
tom. 3.  
Decret.  
part. 1. distinctione.  
9. C  
Ut veterum.

Rom. 3. 2.

Ineptissima  
Hay  
vellicatio.

Cypriani  
de Macca  
bæorū li-  
bris iudi-  
cium.

cabæorum libros esse Symboli expositionem. Cypriani igitur verba è Cypriano sunt à me delenda. Enumeratis veteris & noui testamenti libris, adiungit: *Hæc sunt quæ Patres intra canonicum con- cluserunt, & ex quibus fidei nostræ assertiones constare uerunt. Sciendum tamen est quòd & alij libri sunt quos non sunt canonici, sed Ecclesiastici à maioribus appellati sunt: est Sapiencia quæ dicitur Solomonis. & c. Deinde addit Eiusdem ordinis est libellus Thobæ & Judith & Macchabæorum libri. Illorum autem librorum usum conu- nuò ita describit: Quæ omnia in Ecclesiis quidem uoluerunt, non tamen proferri ad autoritatem ex his confirmandam.*

Hanc ipsam veteris Ecclesiæ de libris *canonicis* & *Canonicis* sententia è Melitonis Sardicensis Episcopi verbis Eusebius recensuit, inter quos quum non enumeret Macchabæorum libros, ecquis non videt esse consequens, Illos ad eum censum non esse reuocandos. Quod etiam Eusebius his verbis fuerat testatus: *Τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ κανονικῶν βιβλίων οὐκ ἀριθμῶν τὰς Μακκαβαίων βιβλίους, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἐκ τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως. Καὶ τὰς ἀποστολικὰς βιβλίους οὐκ ἀριθμῶν τὰς Μακκαβαίων βιβλίους, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἐκ τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως.* Quum illum librorum sine controuersia Canonicoꝝ catalogum disertis verbis è Melitone referre se testetur Eusebius, ecquis sanus non uideat illos non censerì canonicos qui in ipsa Canonone minime numerantur?

Ecclesia-  
stica hist.  
lib. 4. cap.  
26. & idē  
Canonico.  
vñ & Apo-  
criphorū li-  
brorū di-  
ferimē o-  
stēdit, lib.  
3. cap. 15.  
Respon-  
sio ad Hayi  
excep-  
tiones pro  
autentica  
& canoni-  
ca autori-  
tate Mac-  
chabæorū

PAG. 180. & 181. Exæstuat Monachus, quòd ex illius autoris verbis qui Macchabæorum historiam conscripsit, probare uoluerim hunc scrip- torum se in authenticorum Scripturæ notariorū numero inseri noluisse, quum se excuset, quòd nò faciunt vel Prophetæ vel Apostoli. Modestus hoc tribuit Hayus, Hieremiæ exemplum oppo- nit, se infantem appellantis, & Apostolicum spiri- tum describit è modestia.

Ego respondeo Apostolorum modestiam cum summa grauitate fuisse coniunctam, eamque modestiam siue summisionem ad ipsorum personas, non ad doctrinam esse reuocandam, cuius elucet augusta maiestas. Neque Hieremiam de doctrina ibi loqui, sed de persona sua, quemadmodum ipsa verba disertè testantur. De doctrina autem: *Vide, constitui te hodie super Gentes, & super regna: ut euellas & diruas, & disperdas, & demoliaris, ut edifies & plantes.* Quo genere dicendi Paulus Apostolici spiritus maiestatem sic repræsentat: *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed diuinitus valida & ad subuersionemmunitionum: dum ratiocinationes euertimus, omnemque sublimitatem que extollitur aduersus cognitionem Dei, & captiuam ducimus omnem cogitationem ad obediendum Christo, & paratum habemus quo vindicemus omnem contumaciam.* ET, *Si testum est Euangelium nostrum, iis qui pereunt testum est.* &c. Hæ non sunt excusationes de diluta siue tenui oratione, quam solam minime notat Macchabæus scriptor: sed de re ipsa agit, quam Ecclesiæ iudicio submittit.

Quod enim dicit Hayus ex Caluino, non magnopere curandum esse de autore, dummodò de sana doctrina constiterit, cuius certus indubitatusque autor sit Spiritus sanctus, pro nobis aduersus ipsum facit. Notarij illi authentici testesque omni exceptione maiores fuerunt omnes vel Prophetæ vel Apostoli. Ex illorum doctrina indubitanter vera de omnibus doctrinis iudicandum est, quum sit ratum, Illius doctrinæ autorem esse Spiritum sanctum. Nihil igitur interest Petrusne an Paulus aut alius quilibet Apostolorum scripserit, quum de doctrina constat, cuius non autores sed scribæ fuerunt Apostoli. Quòd si quid illi doctrinæ contrarium sit scriptum, ecquis sanus Apostolici hominis doctrinam illud arbitretur? At-



qui perspicuum est, illam pro mortuis siue maribus inuocationem esse commentum Echin temporis sanæ doctrinæ contrarium. Non potest igitur ille scriptor censerī orthodoxus: ac proinde, quemadmodum modum postulat, de eius scriptis iudicandum est: neque veritati quam scripto commendatio iniuria fuerit facta, si ab ea excernatur mendacium.

## HAYVS.

*Tuo itaque iudicio Macchabeorum libri non tantum ex sacrorum codicum numero, quia eorum in Iudeorum Synagoga non approbantur, sunt reuerentia verum etiam quia doctrinam Scripturarum sempiternæ veritati repugnantem continent. Pag. 181.*

## SERRANVS.

Omnino ita est: licet tu veterem Ecclesiam inuidioso nomine, Iudeorum Synagogam Iesuiticè appelles.

## HAYVS.

*Dic ergo, cur in Ecclesia legantur, si eorum doctrina Scriptura aduersatur. Ibidem.*

## SERRANVS.

Respondabant hæcenus Cyprianus & Augustinus, Non legi ad fidem & autoritatem dogmatum, sed ad exemplum: vt Ecclesiæ nimirum perpetuam leuiem è Babylónico reditu in Antiochanis siue Syriacis temporibus illic contempleremur. Miser ille Ecclesiæ status non caruit suis nauis, quos Scriptor ille satis superque prodit in rerum noxiarum com-

Horum li  
brorū v-  
sus, &  
Nzi.

commendatione. Et enim ethnicum & planè  
 prophanum commercium, per peregrinà commer-  
 cia in Iudæorum importatum, Inuocatio mortuo-  
 rum, quemadmodum è Iosepho apparet. Eadem  
 quoque mentis corruptione laborat commenda-  
 tio Raziæ qui ne in manus hostium veniret, ma-  
 luit sibi mortem consciscere. Quam temerariam  
 audaciam lux quoque naturalis condemnat, sicut  
 è Socratis apud Platonem disputatione perspi-  
 cuum est. Quum hoc facinus commendet Mac-  
 chabæorum scriptor, quomodo eum in illo nã-  
 um non damnaremus? De illis enim iudicium  
 fieri debet, quèadmodum percepit Augustinus,  
 ne illos vt pares Legi, Prophetis & Psalmis lega-  
 mus: non tamen inutiles iudicemus, modò so-  
 briè legantur & audiantur. Quam sobrietatem  
 sic definiendam omnes sobrij & orthodoxi ani-  
 maduertüt, Vt perspiciatur quibus in rebus cum  
 Scripturis canonicis aut consentiant aut dissen-  
 tiant. Itaque de Macchabæorü cæterorüque A-  
 pocryphorum doctrina iudicandum est ex ea re-  
 gula quam Patrum omnium Doctorüque scri-  
 ptis imposuit Ecclesia, Vti solis eis scriptoribus  
 qui canonici appellantur, hunc timorem hono-  
 rëmque deferamus, vt nullum eorum scribendo  
 errasse credamus: Alios verò ita legamus, vt non  
 ideo verum putemus, quia ipsi ita senserunt, sed  
 quia à canonicis scriptoribus id acceperüt: à qui-  
 bus si dissenserint, falsum quod scripserint, arbitre-  
 mur. Denique illos ita legamus, non tanquam ex  
 eis testimoniü proferatur, vt contrà sentire non  
 liceat, sicubi fortè aliter sapuerint quàm Veritas  
 postulat. Atqui quum è Scripturæ canonicæ indu-  
 bitata veritate perspicuum sit, vnicam esse Chri-  
 sti oblationem, vnicum sacrificium, vnicum pur-  
 gatorium: & in hac vita remissione peccatorum

August.  
 de ciuit.  
 Dei lib. 1.  
 cap. 19.

dari credentibus vt nullus post hanc vitam expiationis locus relinquatur : efficitur, profana superstitione beatæ resurrectionis memoriam & spem à Iuda fuisse contaminatam, qui sacrificium pro mortuis fecerit, & pro mortuis preces fundi voluerit. Deinde, quum ex hac vita non liceat exire iniussu Dei: & horribile sit homicidium, seipsum interficere, non laudabilis fuerit Razæ dementia qui sibi cruentas manus intulit vt hostis manes euitaret. Et quum hæc ab illo Maccabæorum Scriptore commendentur, & à Canonica veritate commendentur, ecquis sanus & Scriptorem & Scripta huiusmodi hæctenus non condemnet?

## HAYVS.

*Responde mihi paucis, an breuem hanc Auloris orationem veram esse existimes. Noli preter subterfugia querere. Si vera est, probanda est Ecclesia Catholica de Purgatorio doctrina: Sin falsa profer vel unū Scripture testimonium, quod auctoritatem hunc mendacium conuincat.* Pag. 181.

## SERRANVS.

Respondeo paucissimis, Me eam falsissimam esse existimare, vtpote Ethnicum & profanum commentum, & ne tibi videar, Hay, querere subterfugia, ad tuum illud obtusum dilemma non tamen paucis respondebo, sed totum illum quem hic DE PURGATORIO conferruminasti locum sic examinabo, vt omnes ollas & cellas Purgatorij illius accuratè perlustrum. Nec verò vno aut altero Scripture testimonio illius ignis falsitatem proditum iri spero, sed palàm fore, blasphemum illud Purgatorij commentum toti Scripture è dia metro

metro repugnare. Id quidem Evangelij renascen-  
tis lumine iam pridem mundo innotuerat : at-  
quum easdem tenebras vos, Locustę ex abyssu his  
vltimis temporibus egressę, offundatis, illas quo-  
que eiusdem Veritatis vi dissipabit Dominus.  
Hinc nouę disputationis occasionem à te mihi in-  
geri, Hay, vides : vt huic colophonem tandem ali-  
quando imponam.

Proximę  
disputa-  
tionis De  
Purgatorio  
nexus &  
apparatus

## CONCLUSIO VNIVERSÆ DISPUTATIONIS.

QUESTIONEM ergo De Ecclesia, variis Iesui-  
tarum dissertationibus prolixę exagitatam, nunc  
verò mihi proprię à Iesuitis Turnoniis Hayóque  
ipsum nomine obiectam, à me tribus his circum-  
stantiis explicatam habes, erudite Lector: post do-  
ctissimorum quidem virorum felicissimas operas,  
Theodori Bezzę cum primis, Antonij Sadeelis &  
Philippi Plessię: ad quas si meam vt manubrium  
dignaris adiungere, animaduertes fortasse ex lu-  
cubratiuncula hac mea ad pleniorẽ huius argu-  
menti cognitionem non nihil lucis importari.

Primo nimirum commentario veram Ecclesiam  
ab adulterina verę Ecclesię nomen & faciem e-  
mentiente (vt debui) distinxi atque vindicaui: ne  
Homonymiæ inuolucris simpliciores circumue-  
niantur.

Secundo autem veram Ecclesiam veris suis no-  
tis definiui, veri videlicet Dei vera cognitione,  
quam in Scripturis contineri ostendi.


Tertio denique verę illius Ecclesię veram au-  
toritatem ex illis Scripturis, sola fidei regula, de-  
monstravi.

VLTIMVM est, vt quandoquidem in  
 ea sola est & veritas & salus, in eius sinu & ob-  
 sequio nos sanctè contineamus, illam sic agno-  
 scentes matrem vt Deum agnoscimus Patrem.  
 donec ad æternam illam vitam ad quam  
 Filius Dei, Ecclesiæ caput &  
 Seruator nos vocat,  
 perueniamus.

\* \* \*

ETIAM VENI DOMINE IESV.





IN OMNIBUS LIBRARIIS

ET IN OMNIBUS BIBLIOTECIS

ET IN OMNIBUS UNIVERSITATIBUS

ET IN OMNIBUS ACADEMIIS

ET IN OMNIBUS SOCIETATIBUS


ET IN OMNIBUS ORDINIBUS

ET IN OMNIBUS CLASSEIBUS


ET IN OMNIBUS SCHOOLIS

ET IN OMNIBUS UNIVERSITATIBUS









*Errata precipua in Io. Serrani responsionis parte  
posteriore emendanda.*

Pag. 2. lin. 16. Tirroniis, lege Turnoniis. p. 4. l. 17. nationes l. no-  
 tiones 5. 7. *ἰμῆρ* l. *ἰμῆρ* 7. 4. quod l. quam. 8. 18. cir-  
 cumueniri possit l. circumuenire possis. 11. 31. Te tu ipsum l. Tu  
 teipsum. 12. 20. D. l. Dei, & 34. *π*ditio l. *α*edificio. 13. 11. sollicitudo  
 Scripturam l. sollicitudo Scripturam. 17. 23. antecedeat l. antece-  
 dat. & 24. Aristotelis l. Aristoteli. 18. 2. Qui l. Qui, & 4. metiatur:  
 l. metiatur? 19. 10. adhuc l. ad has. 20. 7. Tum l. Tuum. & 13. est, no-  
 tum l. est notum. & 27. veritati. l. veritati? 22. 22. luculenta l. lutu-  
 lenta. 25. 36. tributam l. tributum. 26. 18. Domini l. Domini, & 26.  
 Nam l. Num 28. 5. sacram depositam l. sacrum depositum 37. 8. Qui  
 l. Qui. 41. 19. acceptum l. acceptam. 42. 17. Danielis l. Davidis. 43.  
 14. Aureum l. Auream. & 17. tria l. trita. græca item ead. pag. emēda  
 & distingue, & 23. excellit l. excellitis. & 25. egglomeratis l. aggro-  
 meratis. 44. 8. disputata l. disparata. & 23. confluus l. cōflans & 79.  
 idiotissimo l. idiotisimo. 46. 10. quā l. quam. & 23. quæ l. meæ. 48. 35.  
 eum l. eam. 50. 5. auersatis l. auersatur & 19. Analogiam l. Analo-  
 gia. & 36. perfectissime contineri l. perfectissime contineri, 55. 15  
 Christo l. in Christo 57. 16. instituta huc satis l. instituto, plus satis  
 59. 19. Heralij l. Heraclij 61. 36. huc l. hunc. 62. 30. autoritate, de qua  
 instituta l. autoritatem, de qua instituta 63. 17. de re veritatis l. de  
 rei veritate 65. 6. commune l. communio 66. 2. pennosa l. pannosa  
 67. 11. Pontificis l. Pontificis 68. 10. *ἰδὲ* l. *ἰδὲ* 74. 6.  
 expugnandus l. expugnandus & 12. imitatur l. innitatur 75. 10. Mu-  
 zatus l. Mutuatus & 18. sic l. sis 76. 20. Ecclesia l. Ecclesia 77. 25. cō-  
 eludere l. concludere 78. 24. genus l. genu. 79. 5. Dei l. Deo 80. 8.  
 persuadentis l. persuadeatis 81. 33. raucim l. rauim. 85. 24. iudicio l.  
 iudicio 90. 13. Nam l. Num 94. 3. affatim l. affatur 96. 2. retinueritis  
 l. retinueritis & 22. generalis l. generales 97. 83. esse l. sunt & 29. ex-  
 citasse l. excitasse 98. 2. orthodoxa suos l. orthodoxa: suos & 3. piftri-  
 nam l. pistrinum 99. 6. Si l. Sic & 13. Petri l. Petri & 17. incubentē  
 l. incubentem 102. 13. Budæi l. Busæi 103. 14. moderatione l. modera-  
 tionem vt si qui 108. 10. iure l. in re 114. 16. presentat l. presensit  
 116. 25. Sic l. Si 117. 4. qui l. qui & 24. in more l. More 118. 22. imus l.  
 viuis 119. 7. Non l. nunc & 18. notasse l. notasses 121. 21. iudicet l. iu-  
 dicat 129. 28. summa l. summam 131. 12. *ἰδὲ* l. *ἰδὲ* 139. 7. reprehendo l. reprehendendo & 18. incognitas l. incogni-  
 tas 141. 15. immensum l. immensam 143. 12. habuerant l. ha-  
 buerunt 144. 11. ito l. ita 148. 1. confundunt l. confundit & 30.  
 eum l. eam & 35. initatur l. innitatur & 36. innitentem l. inni-  
 tētem 149. 20. non l. rem 150. 8. quum l. cum 153. 21. neque possi-  
 mus vna l. neque possit non vna & 22. loquereris l. loqueris 156.  
 21. impendat l. impendit 157. 5. dispensatum l. dispensatā & 7. *ἰδὲ*

υπεριον I. καυονιον & 27. περιουσιον I. περιουσιον 158.6. Αποστολι-  
ζητηστας & 24. essentiam I. esse enim & 25. coniugio I. in coniugio  
& 31. angustius I. angustius 159. 10. περιουσιον I. περιουσιον 160. 33. matrimo-  
nio I. matrimonium 162. 7. se I. te 163. 32. angustio ri I. angustio  
195. 9. persequuntur I. persequantur & 11. adolendum I. dolendum  
169. 18. decretabo I. decertabo & 22. agnoscas I. agnoscis 170. 16. cla-  
boraret I. elaborer 173. 21. caeutionem I. caeutionem 179. 23. vi-  
deatur I. videar 187. 6. Hac I. Hoc. 189. 30. singulas I. singula 192. 23.  
promisseram I. prauisurum 194. 11. pratermiserit I. pretermiserit  
195. 25. fulgurem I. fulgorem 196. 29. num I. nam 197. 23. Augustino  
figura I. Augustinus. figura 199. 13. diserte nos mandata I. diserto  
nos mandato 200. 2. filij D. P. o incarnatique I. de filij Dei, P. o. in-  
carnatione & 13. iri. Idem I. iri: si idem 204. 30. iniurias I. iniurias  
205. 9. Ecclesial Ecclesia & 10. cognosceretur I. cognosceretur  
209. 24. insanæ I. insana & 26. inuenit I. inuenit & 31. euoluram I.  
euolutam 210. 27. esse I. est 35. pistrinam I. pristinam 211. 27. sedulo  
I. sedulo 213. 17. rerum I. reorum 215. 6. indicat I. indat & 28. imi-  
tentur I. inuentur 218. 12. agendum I. agedum & 29. indutorum I.  
inditurum 219. 18. illustri se I. illustri ratione se 220. 35. Tum  
I. Tum 221. 9. primo de I. primo. De 229. 24. Resurrectio I. resur-  
rectionem & 26. autem I. aurem 233. 9. Contradictum I. contradi-  
ctionum 240. 16. Nam I. Num 244. 4. nam I. num 248. 17. quam I.  
quum 251. 10. in diuinum I. diuinum 255. 22. Si I. Sic 256. 9. molien-  
te I. molientem 258. 18. coenam I. coenam 261. 27. falsacia I. falsa  
cia 264. 28. & 29. sine I. siue 267. 11. luculenta I. luculent-  
12. Cum I. leuculis 268. dele lineam 13. 269. 29. ampulatus I. ampul-  
latus 270. 28. urget I. urges 273. 6. Basilia I. Basilio 278. 9. intelligen-  
tiam & fidem I. intelligentia & fidei 282. 1. deducit I. deducit &  
23. sententiam I. sentiendum 283. 1. ratione I. ratio 285. 36. subsi-  
stentiam I. subsistentem 286. 27. quomodo I. quomodo 287. 34. cor-  
pore I. corpus 289. 3. cum I. cum & 30. augere I. angere 294. 27. ad I.  
ab 303. 27. Hoccine I. Hoccine 306. 7. tuum I. tum & 22. perfidie I.  
perfidie 307. 6. nuncupabit I. nuncupabat 310. 14. traditis I. tradito  
311. 5. probatam I. probatum. ead. I. neque ne I. neque I. neque I.  
fuiticis & 24. amplectitur I. amplectimur. & 35. continetur I. con-  
tinentur 312. 6. autoritati I. autoritare 314. 23. his I. hic 316. 11. hoc  
I. hos & 23. intricasti I. intristi 317. 13. distinguitur I. distinguntur  
318. 34. monarchia I. monarchia 319. 4. consecrationem I. consecra-  
torum, & 28. primum I. nimium & 29. Quare I. Quare 320. 6. ne-  
mine I. nemine & 13. relinquuntur I. relinquuntur 321. 18. acta I. ar-  
ctu & 19. Primam I. Primum 323. 19. Apostolici I. Apostoli & 31. veram  
I. verum 324. 29. versatis I. versantis 326. 23. ambo I. amabo 327. 4.  
terebantur I. terebantur 329. 7. incertæ partem I. in certe interro-  
gationis partem I. 330. 28. Theologica I. Theologia 331. 20. demon-  
strarem I. demonstrarem 332. 18. tantum I. tanta 334. 16. ostensione  
I. ostensione 336. 23. appellant quamquam I. appellant. Quamquam  
346. 18. nota I. nota 348. 20. iudicato I. iudicatio & 25. noxum I. ne-  
xum

xuma 349.7. oberrari l. oboriri 353.23. Prophetia l. Prophetice 354.  
 9. λέξεων l. λέξεων 355.26. Euthynius l. Euthymius 356.25. εν διδακτορι  
 l. εν διδακτορι & 2. loquimur in doctis l. loquimur non in doctis  
 357.7. e Deo l. a Deo 358.29. humana Sapientia l. Spiritus Sanctus  
 362.1. Testimoniorum l. Testimonium 369.1. doctrina l. doctrinā  
 374.4. praeclarissimam l. praeclarissimam 377.15. expertos l. exper-  
 tes 378.10. esset l. esses 380.23. garrulam l. garrulum & 27. modo  
 l. mundo 381.15. non e. p. c. n. autem l. nos e. p. c. n. auctoritatem & 17.  
 confectioem l. confessionem 382.14. refutendas l. refutandas &  
 19. Argumentum l. Argumenti 385.4. argumentario l. armamenta-  
 rio 387.3. Veritates l. veritate 392.10. Editis l. Editio 393.12. iudicata  
 l. iudicat 390.20. mendacis l. mendacii 399.13. equonam l. ec-  
 quodnara 402.31. re l. rem 407.13. Iudā l. Iudaei, 410.11. tuas l. tuis  
 411.9. appellat l. appellant 414.25. infirmoem l. infirmorum 420  
 l. relinquamus l. relinquamus 421.2. locis l. loci 425.13. testatur l.  
 festatur & 16. Euniano l. Euniano & 19. cloachis l. cloacis 428.28.  
 quod l. quot 429.25. decent l. docent 434.18. vt tu l. vt te 435.7. si-  
 ue l. sine & 15. pena l. panē 436.1. Deipura l. Deipara 446.4. E-  
 rasmus l. Erasmus 447.11. singulare l. significare & 14. ceremonis  
 l. sermonis 453.19. iure, Iacobi filia l. iure. Iacobi filii 456.14.  
 antecedentis debueras l. antecedentis. Debueras 465.24. natam  
 l. nato & 26. Calūnia ergo cur l. Calumniaris ergo. Cur & 32. pro-  
 ba l. probra 468.8. fratris l. fratres & 13. mentis l. momentis 469.  
 10. constituta l. constituta & 28. tempore l. tantopere 471.20.  
 Impertissime l. Imperitissime 483.12. enim l. cum 484.21. Au-  
 gustini l. Augustinus 488.13. Tune l. Tuae ne 491.5. verbi l. veteri  
 & 7. nono l. nouo & 11. confiteri l. conficere & 16. sic l. si & 19. po-  
 stea l. potest 492.5.8.15. & 23. οπισθεν l. οπισθεν 507.16. libine l. libi-  
 dine 510.12. hospitarum l. Sophistarum 512.10. se l. te & 23. no-  
 stri l. nostri 523.26. dicendi immensam l. dicendi genere immen-  
 sam 525.17. Quate speciosorum l. Quate speciosorem 526.23. Te-  
 fuit, sunt l. Tesuit, sunt 527.23. expliuauisse l. explicauisse 530.27.  
 lege quem l. quam 533.31. scriptoris antiqui l. scrip. verbis anti-  
 quis. 534.15. sententia l. sententiam 535.35. quod si quid l. quod &  
 quod 537.8. lux l. lex & 36. remissione l. remissionem

Literas inuensas, non satis expressas, interpunctiones falsas,  
 praecipue ad periodorum finem, aliaque correctoris Typographici  
 venialia (propter preli festinationem) errata, æquus lector feret  
 & emendabit.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines, though the characters are too light and blurry to be transcribed accurately. Some faint words like "The" and "and" are visible at the beginning of lines.

GRATIANI  
ANTI-IESVITAE  
PARS ALTERA.

*Id est,*

CANONVM, EX SCRIPTIS  
Veterum Theologorum, à Gratiano in  
illud volumen (quod DECRETVM appel-  
latur) cōgestorum, & doctrinæ Iesuiticæ,  
ex variis istius nuperę Sectæ Matæolo-  
gorum scriptis exceptæ, COLLATIO.

*In qua de Christi presentia in Eucharistia Sacramento,  
de manducatione carnis Christi, de Communionem  
sub utraque specie, de reservatione, de Sa-  
crificio, de missæ papisticæ errori-  
bus, agitur.*



*De Consecrat. distinct. 2. Can. 65.*

Qui discordat à Christo, nec manducat carnem eius, nec san-  
guinem bibit: etiam si tantæ rei Sacramentum ad iudicium  
suz præsumptionis quotidie accipiat.

---

M. D. LXXXVIII.

GRATIANI  
ANTISTITAE


PARS ALTERA

LIBRVS

CANONVM EX SCRITIS

Verum Theologum, & Grammaticum in  
Theologiam quod de eius veritate  
Theologum de doctrina salutis  
ex eius libro super Eccl. Marcol.  
Theologum de expositis, & c. a. 10.

Theologum de Theologia in Theologia  
in Theologia in Theologia  
Theologum de Theologia in Theologia  
Theologum de Theologia in Theologia  
Theologum de Theologia in Theologia



Theologum de Theologia in Theologia  
Theologum de Theologia in Theologia  
Theologum de Theologia in Theologia  
Theologum de Theologia in Theologia  
Theologum de Theologia in Theologia

M. D. LXXVII



CHRISTIANO LE-  
CTORI, SALVTEM.

**E***N* tibi, dilecte in Christo frater, ne in vanum fidem obstrinxisse videar, alteram Gratiani Antilesuitæ partem assero, quam (ut priorem) ex nonnullis purioribus Decreti Gratianici Canonibus & ex Iesuitarum scriptis collegi, additis passim explanationibus & Antithesibus, prout collationis nostræ institutum postulare videbatur. Prostant equidem de articulis controuersis in doctrina de S. Eucharistiæ Sacramento, & ab omnibus teruntur, varij libelli, tum ab Orthodoxis theologis, tum à Mathematicis editi, de quibus pia posteritas feret iudicium. Ego, Orthodoxam de S. Domini nostri Iesu Christi Cæna sententiam, per Dei misericordiam, amplexus, huius sententiæ confirmationem ex veteribus collegi. Illorum autem fragmenta quædam ex Gratiano (quem Iesuitæ alii que Pötificiæ pompæ patroni venerantur) nunc excepta, tibi que pio consilia oblata, attentè expendas & ad analogiæ fidei normam applices velim, atque vehementer rogo, ut Iesuiticus Spiritus magis ac magis detega-



*tur. Vtinam verò, Docti homines, in SS. Patrum  
 lectione & Ecclesie historia versati, illud Augie  
 stabulum, id est Gratianici Decreti sordes purgare,  
 seu errores & falsa testimonia detegere ac resu-  
 vitare, ad Dei gloriam & Theologiae candidatorum  
 utilitatem, tandem incipiant. Tu interim his  
 nostris collectaneis Candido animo utere, veri-  
 tati faue, & vale.*





Settio VI. Vbi de presentia Christi agitur.

GRATIANVS.

**Q**UIS fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem caelos aperiri? In illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse? summa, & ima sociari, terrena caelestibus iungi, vnúmque ex inuisibilibus atque visibilibus fieri. Idem vno, inquit, eodémque tempore, ac momento in caelo rapitur ministerio Angelorum corpori Christi consociandum: & ante oculos sacerdotis in altari videtur. & infra, Tanta est ecclesiae vnitas in Christo, vt vnus vbique sit panis corporis Christi, & vnus sit calix sanguinis eius. Calix enim, quē sacerdos Catholicus sacrificat, non est alius, nisi ipse quem Dominus Apostolis tradidit: quia sicut diuinitas verbi Dei vna est, quae totum implet mundum: ita licet multis locis & innumerabilibus diebus illud consecretur corpus, non sunt tamen multa corpora Christi, neque multi calices, sed vnú corpus Christi, & vnus sanguis cū illo, quod sumpsit in utero Virginis, & quod dedit Apostolis. Diuinitas enim verbi replet illud quod vbique est, & coniungit, & facit, vt sicut ipsa vna est, ita cōiungatur corpori Christi, & vnú corpus eius sit in veritate. Vnde animaduertendū est, quia siue plus siue minus quis inde percipiat, oēs aequaliter corpus Christi integerrimè sumunt, & generaliter omnes, & specialiter vnusquisque.

A. iij.

*Item*, Myſterium fidei dicitur, quia credere debes, quod ibi ſalus noſtra conſiſtit. Prouidens enim nobis Dominus dedit hoc ſacramentum ſalutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non poteſt, per iſtud ſacramentum corporis ſui peccatorum remiſſionem conſequamur. Quotidie enim ipſe comeditur & bibitur in veritate: ſed integer & viuus, atque immaculatus manet: & ideo magnum, & pauendum eſt myſterium: quia aliud videtur, & aliud intelligitur. Sed cum myſterium ſit, vnde corpus & ſanguis dicitur? figuram panis & vini habet, faciente Domino: quia non habemus in vſu carnem crudam comedere, & bibere ſanguinem. *De conſecrat. Diſtinct. 2. Can. 73. Ex Gregorio.*

Qui manducat me, viuit propter me. Ergo fratres timeamus manducare panem iſtum, ne forte finiamus illum, & poſtea, quod manducemus, non inueniamus. Manducatur Chriſtus: viuit manducatus, quia ſurrexit occiſus: nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in ſacramento ſic fit. Et norunt fideles, quemadmodum manducant carnem Chriſti. Vnuſquiſque accipit partem ſuam: vnde & ipſa gratia partes vocatur. Per partes manducatur, & manet integer totus in caelo: manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem quando venit in Virginem: impleuit illam, nec receſſit ab illa. Veniebat in carnem, vt eum homines manducarent, & manebat integer apud patrem, vt Angelos paſceret. *De Conſecrat. Diſtinct. 2. Can. 75. Ex Auguſtino.*

De hac quidem hoſtia, quæ in Chriſti commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa verò, quam

quam Christus in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet. *Ibid. Can. 76. Ex Hieronymo.*

Ex superioribus Canonibus, sequentes theses colligo.

1. Ridiculos & impios esse qui Dominum resum in mysterijs reipsa immolatum esse & crucis supplicia iterum pati asserunt. Id cum Gratianus asserat, de signis Sacramentalibus intelligendum est.
2. Corpus ipsum pro nobis traditum non videri ante oculos sacerdotis. De pane Sacramentali igitur agit Gratianus, de quo Christus, Hoc est (inquit) corpus meum.
3. Vnitas Ecclesie cum Christo non est carnalis aut corporea, sed fit virtute Spiritus Sancti. Ergo carnis presentia localis in pane in vanum vrgetur.
4. Ecclesia Christum querit in caelis.
5. Coena Domini mysterium fidei dicitur, quod esse nequit, si Christum dentibus terere aliquis somniat, vt Berengarij confessio a Nicolao Pontifice extorta profiteretur.
6. Aliud videtur, aliud intelligitur. Si vero illud quod sacrificulus manu ostentat, & ore corporeo edit, est reale corpus Christi, falsa est Gratiani regula: nihil enim aliud intelligitur quam illud quod videtur.
7. Quod vero addit panem & vinum, quae dicuntur corpus & sanguis Christi, habere figuram panis & vini, errorem pontificium de indiuiduo vago aut specie sine substantia remanente minimè iuuat: ait enim esse mysterium, in quo Scriptura Sacra signis rei signatae nomen tribuit, figura, id est natura integra signorum permanente. Facit autem Dominus, vt panis communis hunc vsum, mirabilem certè, habeat, videlicet vt verè repraesentet ipsum corpus Christi pro nobis in cruce oblatum.
8. Per partes manducari verum Christi corpus pro nobis cruci affixum, nemo nisi impius dixerit.
9. Manet integer totus Christus in caelo, manet integer totus in corde credentium: sed non totum Christi: nisi quis dicere audeat, Dei filium reipsa fuisse hominem antequam conceptus esset de Spiritu Sancto, & natus ex Maria virgine.
10. Panis Sacramentalis ore editur, Christi corpus minime sed fide tantum. Nec enim est cibus ventris, sed mentis.

1. In Sacrosancto Eucharistia Sacramento, post panis & vini consecrationem, Dominum nostrum Iesum Christum, verum Deum atque hominem, verè, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibiliun contineri, unà cum Sancta Tridentina Synodo, adeoque cum Ecclesia Catholica uniuersa firmissimè credimus asserimusque ita ut merito ab eadem Sancta Synodo omnes illos, qui id negent, Christumque tantum ut in signo vel figura aut virtute esse in Eucharistia asserant, anathemate ab Ecclesiastica unitate praefatos iudicemus.

2. Si enim disertis ipsius Christi Domini verbis faes habenda est, nihil potuit dici ab eo pro Catholica hac veritate clarius. Hoc est corpus meum, inquit, quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur. Hæc D. Mattheus describit, hæc Marcus, hæc Lucas, hæc Doctor Gentium Paulus, nulla addita exceptione, nullo troporum fucio, nulla metaphora in re tam serua significatione. Quid obstat ergo, quominus credamus, corpus Christi esse corpus Christi? sanguinem Christi esse Christi sanguinem?

3. Nimis enim ludicrè tractare illi Christi verba videntur, qui pro corpore Christi, figuram nobis corporis Christi supponunt, talè inque Christum in Testamento suo faciunt promissorem, ac si aureos quis montes Testamento se legaturum promittat, nec nisi pictos eos figuratò sue intelligat. Quale verò illud est in tam manifestis Christi verbis id à nobis requirere, ut iis probemus corpus esse corpus, sanguinem esse sanguinem? Requirit tamen nonnulli, tantumè non insultant toti Ecclesie, quòd ea ante ipsos non viderit: corpus Christi, figuram esse Christi corporis, sanguinemque Christi, sanguinis esse figuram.

4. Quid

4. *Quid enim tandem est in tota fide Christiana, quod eadem ratione in dubium vocari, imò eueri facillimè non possit? Hic est filius meus dilectus, ait pater de Christo, non semel, sed iterum atque iterum. Hic est omnium Dominus, ait de eodem Apostolus, Hic est verus Deus, concludit primam epistolam suam Ioannes. Si iuste ab Ecclesia Catholica illud requiritur, ut demonstret in hac oratione: Hoc est corpus meum: Corpus non figuram esse corporis, sed verum corpus: an non eodem iure impius aliquis, vel Seruetus, vel Arius postulet sibi probari, filium in illis naturalem, non figuratum esse intelligendum? Nam ne illud quidem quod Ioannes addit: Christum verum esse Deum, quidquam ad rem faciet: cum apud eundem aequè Iohannem de Eucharistia dictum sit: Carnem Christi verum esse cibum, verumque potum eiusdem esse sanguinem, que nihilominus hi, non nisi per figuram, vel adumbratam quandam similitudinem, percipi posse, omnibus modis astruere conantur. Iesuítæ Pohnaniens. controuers. 4. pag. 245. &c.*

*Eandem planè Christi carnem in templis habemus & sumimus, que olim in Palestina coram cernebatur: sed ea nec sensibus híc patet, nec transmutationi & corruptioni est obnoxia, ut pote inuisibilis, impassibilis, immortalis, summa & diuina resplendens gloria, quam solis fidei oculis licet hoc tempore intueri: beati autem in cælis clarè perspiciunt incredibili cum voluptate. Canis. in Catechismo Iesuítæ pag. 205.*

*Verissimum Christi corpus quod natum est de virgine, sub speciebus panis & vini contineri, ex Scripturis Sæctis, Conciliorum vniuersalium, sænctorum Patrum auctoritate, miraculis editis, ac Ecclesia primitiue ritibus confirmatur. Emanuel Vega, Iesuíta Vilençis,*

10 DE PRAESENTIA CHRISTI  
in assertionib. de Eucharistiae Sacramento, à 35.  
pag. vsque ad 76.

*Questio est non tantum inter Catholicos & sectarios  
sed multo etiam maxime inter sectarios ipsos contro-  
uersa, ubi praesens existat Iesus Christus dominus no-  
ster ut homo? Qui sacramentarii vulgo vocantur, in cae-  
lis tantum ipsum adesse contendunt. Contra ubique ra-  
rii, horum hostes, adesse ubique. Ecclesia Christi veris-  
sima inuictaque confessio, inter hos extremos errores  
media est. Sentit enim neque in caelis tantum, neque ve-  
ro ubique, sed in caelis & in diuinissimo Sacramento  
Dominum nostrum Iesum Christum adesse humanita-  
te sua praesentem. Gregorius de Valentia, contra fun-  
damenta duarum sectarum.*

*Status controuersiae est, an corpus & sanguis Christi  
in efficaci tantum signo ita adesse sentiendum sit, ut dum  
panis & vinum Coena editur, fide omnis illius passionis  
& mortis vis tam vere percipiatur Spiritu, quam si na-  
turale ipsius corpus & sanguis, in caelo remanens ede-  
retur. An vero etiam proprium, substantiale & essen-  
tiale corpus Christi, quod de virgine sumpsit, & visibili  
specie caelis inuexit, sub Sacramenti speciebus donetur:  
ex quo in nos vere, ut ex fonte ipso, omnis animi & cor-  
poris salus promanet & augeatur, ut immortalitatis  
semine, diuinae erga nos beneuolentiae argumento longè  
maximo, & omnium suorum mirabilium summa effica-  
cissimaque memoria. P. Michael, Iesuita Colonien-  
sis, dialogo primo Controuersiarum de Euchari-  
stiae Sacramento.*

*Ecclesia Catholica ab Apostolorum temporibus per  
uniuersum orbem semper firmissima fide credidit, in  
sanctissimo Eucharistiae Sacramento contineri verum  
& integrum Christi corpus & sanguinem, idque propter  
mans-*

manifesta ipsius Christi verba, quae in ultima Coena dixit, Accipite, & manducate, hoc est corpus meum: accipite & bibite, hic est sanguis meus. Quae verba ita sunt clara, ut neque metaphora, neque metonymia, neque alteri ulli figurae locum relinquunt. Colterus, in Enchiridio controuers. à pag. 188. vsque ad 197.

Si tu crederes, quod Dominus Iesus dixit, accepto in manus pane, hoc est corpus meum, simul crederes in omni altari esse virtute huius verbi: nec corpus Christi continuo veritate humanae naturae priuari diceres. Vt igitur corpus Christi in multis & infinitis locis simul sit, non circumscriptione loci, ut est in caelo, operatio propria est diuinitatis, quae operatur per carnem propriam, sicut operabatur ambulationem super aquam. Age ergo, si quis te interroget, quare non putas corpus Christi veritate humanae naturae priuari, quod super mare ambulabat, quod discipulis phantasma videbatur, aut quod in caelum ascendit, quod Sancti Apostoli admirantes viderunt? credo, respondebis, quia ambulare corpus ex terra super aquam naturae fluxae, & ascendere in sublimem non est naturae corporis, sed diuinitatis, quae utrumque diuinè per corpus operabatur. Ad eundem modum respondeatur tibi, quod corpus Christi sit in infinitis locis in Sacramento, & eo modo sit, quo est in singulis particulis totum, & plenum, non carnis, sed diuinitatis esse, sic per id ipsum corpus operantis. F. Turrian. de Eucharistia, adu. A. Volanum, cap. 21. lib. I.

Verus Ecclesia corpus Christi fide quæsiuit supra caelos: & vnionem cum eo non carnalem, sed vi ac efficacia Sancti Spiritus roboratam experijt ac sensit: vt ex Canonibus Gratiani liquet, quibus infinita Sanctorum Patrum testimonia addere facile fuit, quæ ex aliis Theologorum libris diligens lector colligere potest. Iesuitæ verò Christi corpus in caelo & in pa-



ne eucharistico quaerunt, illud corpus impijs comedendum praebent. Eorum autem sententia ut dilucidior fiat, partes praecipuas eiusdem expendere libet.

1. Primum, quod Posnanienses decretum Tridentini conciliabuli pro basi & fundamento suae opinionis statuunt: istorum stolidam audaciam arguit, qui antichristi mancipia Ecclesiam Catholicam esse asserere audent. Putida est igitur peritio principij. Deinde fallacia est in voce signi, figurae, virtutis: & falsum testimonium dicunt aduersum nos, qui (ut ex harmonia Confessionum ab Ecclesijs Christianis nostro seculo editarum constat) corpus ipsissimum pro nobis in cruce traditum, & sanguinem pro nobis effusum, verè nobis exhiberi & à Christi membris, re ipsa & verissimè recipi, edi & potari constanter & firmissimè credimus.

2. Expressum Dei verbum se proferre deinde iactant, prolatis institutionis Christi verbis non praecedentibus & sequentibus, sed his (Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: & Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur, quae nulla addita exceptione, nullo troporum furo, nulla metaphora in re tam serua significatione à Christo prolata esse contendunt. Verum enimvero mēdates memores esse oportuit. Dicant nobis Posnanienses quid Christus, accepit, fregit, edendum, & bibendum praebuit. Deinde, cur legunt corpus quod traditur, cum Lucas dicat, quod pro vobis datur, & Paulus, quod pro vobis frangitur. Nam etiam si rumpantur illa Iesuitis, cogentur hic ad tropos recurrere, ut & in verbis sequentibus, quum dicit Christus. Hoc poculum est nonum illud Testamentum per meum sanguinem: vel in absurdissimas & monstrosas haereses incident, ut qui foedus aeternum poculo seu calici alligare velint.

3. Meta autem calumnia est, quod fingunt nos pro Christi corpore figuram corporis Christi supponere. Millies enim furdus istis occlamatum est, nullum dicendi genus figuratum in vocibus panis, vini, Corporis, Sanguinis constitutum: sed in copula EST. & merus est andabatimus quod fatenter ac prolixè admodum proferunt isti Posnanienses ut probent Christum serio & sine figuris esse locutum. Si figuras veritati opponunt, & nos cenam sine Christo habere existimant, turpissimè fallunt & falluntur, si figuratum Christi ad sacramentalem esse sermonem negant, Theologorum orthodoxorum

doxorum argumentis eos prius satisfacere oportuit, quorum nonnulla paucis repetemus, in Christiani Lectoris gratiam. Hæc enuntiano, Panis est corpus Christi, Poculum est sanguis Christi & testamentum in sanguine, vel regularis est, vel figurata, regularis non est, figurata ergo. Consequens lucet luce sua. Maiorem veram esse nemo sanæ mētis negauerit. Minor, quæ est τὸ κρηθόμενον, sic probatur. Primum, tenenda est definitio regularis prædicationis. Est autem ubi de specie genus, aut differentia, vel proprium, vel accidens prædicatur, vel de indiuiduo species. Nec dari exemplum in tota rerum natura vllum potest, quod non congruat ad horum modorum aliquem, si regularis sit prædicatio. Atqui Christi corpus & sanguis nihil horum sunt poculo & pani. Regularis igitur non est prædicatio. 2. Fieri nullo modo potest vt duo disparata, quæ toto genere differunt, regulariter & propriè de se simul ac inuicem prædicentur. Panis verò & corpus Christi adeò sunt disparata, vt toto genere differant. De se inuicem igitur sine tropo prædicari nequeunt. Non ignorat philosophi, si qui sunt inter Iesuitas Posnanienses, cuiuslibet speciei certam adesse proprietatem & differentiam, quæ ipsam ita constituat, vt ab altera specie discernatur & planè diuellatur: alioqui sequitur maximam rerum omnium etiam diuinitus consideratarum confusionem, nisi immobilis esset hæc regula. Nesciretur certè discrimen inter iustitiam & peccatum, inter lupum & eum. Et quum essentia cuiuslibet rei, sua sit differentia, si quis disparata regulariter coniungi existimet, rerum essentias permiscens, vnus essentiam alteri tribueret. Petrum Christus vocat Satanam: quòd si regulariter Posnanienses dictum velint, omne discrimen inter Petrum & Satanam tollunt: quod certè non modò stolidorum, sed & in Dei veritatem blasphemorum foret. Quò ad Minorem, Posnanienses minime negant, (si modo sensu communi præditi sunt & iudicio aliquo valent) panem & corpus Christi esse disparata. 3. Norunt etiam, τὸς λόγους ὅτι οὗτος ἐστὶν ἀληθὴς ὁσπασθὲν τὰ σπάργματα. Ex hoc immoto fundamento, colligunt Theologi: si panis regulariter & propriè est corpus Christi, sequitur omnia conuenire pani, quæcunque propria sunt corporis Christi: & contra. Vt autem Christo propria sunt nasci ex virgine, esurire, mori pro nobis, sanguinem fundere in remissionem peccatorum: ita pani & hæc eadem conuenire necesse fuerit. Quis autè cōcesserit panē ex virgine natū, & crucifixum pro nobis

4. Si regularis est enuntiatio, vel idem prædicatur de seipso, vel diuersum quidpiam. Idem non prædicatur: diuersum ergo. Prius autem ostendamus idem de seipso in illis enuntiatis non prædicari. In prædicatione identica, sola tantum nomina sunt diuersa, rem eandem denotantia, vt si dicas, Clypeus est scutum, Homerus est Troiani belli scriptor, filius virginis est Iesus Christus. Ergo panis quoque & corpus Christi, poculum & sanguis eius, non re, sed nomine duntaxat differrent: quod est absurdissimum. Hinc alterum sequitur, nempe quum duo sint nomina diuersa, alterius nullam fore propriam substantiam & rem. Ita vel panis non foret panis, vel corpus Christi non foret corpus. Aliud autem est panis aliud corpus Christi, vt ipsi Iesuita & alij transsubstantiatores de speciebus sine accidente ineptissime garrientes fateri coguntur. Denique, in identica prædicatione termini sunt conuertibiles. Quare, si proprie idem de seipso prædicatur, quam rectè & regulariter dixeris panem esse corpus Christi, ita vice versa corpus Christi esse panem coctum in fornace: sanguinem Christi esse vinum: Nouum fœdus esse poculum. Regularis ergo hoc pacto ista enuntiatio non est.

5. Si diuersum quidpiam prædicatur, vel essentialiter, vel causaliter, vel accidentaliter tribuetur prædicatum subiecto. Accidentaliter tribui non potest, quia pani non potest vilo modo accidere vt sit essentialiter corpus Christi: neque corpus ex accidentium classe est, quum sit *ὁμοειδές* 2. Causalis prædicatione multò minus est. Non enim vel efficiens, vel finalis causa, mētio fit in propositione. In teriores autem causas, puta materia & forma, referuntur ad essentielles. sed nec essentialis prædicatione est, quia nec idem de seipso, nec de indiuiduo species, nec de specie genus aut differentia prædicatur, quum indiuidua hæc (panis & corpus) non solum numero, sed etiam specie sint dissidentia. Regularis ergo nullo modo esse enuntiatio potest.

6. Diuus Augustinus rectè monet figuram illic querendam esse, vbi quum flagitium aliquod scriptura præcipere videtur. At verò quum manducare corpus suum & sanguinem bibere iubeat nos Christus, certè, Polnamenses, si eodem modo Christi corpus ederetis, & sanguinem biberetis, vt panem voratis, & poculum exhauritis, flagitium cyclopicum comitteretis. Ita autem manducare & bibere necesse foret, si proprie & regulariter hoc esset panis & poculū quod esse dicitur.

7. Si propriè & absque figura panis est corpus Christi, vinum est sanguis eius, sequitur separata esse corpus & sanguinem Domini. Sed hoc impossibile est, alioquin corpus Domini foret exanguè cadaver. Maior est perspicua: Nam symbola hæc non solum disparata, sed & separata sunt locis, interual-  
lis, interstitiis, vasisque continentibus: atque aded separatim & per interuallum præbentur communicantibus. Quare, vt panis non est vinum, nec alterum in altero, cum altero, sub altero ( seu substantiam seu speciem spectes ) hæret, ita nec sanguis erit in corpore Christi, nec corpus in sanguine.

8. Verùm isti troporum aduersarij, quandã tamen synecdochen constituunt, quando materiam pro re inde confecta positam aiunt. Etenim si panis ideo corpus Christi est, quod transferit in substantiam corporis Christi, synecdoche est, perinde ac si dicerent, Hoc ferrum est gladius. Quod aiunt panem retinere prioris materiæ nomen, etiam post mutationem, sicut serpens Moysi, etiam facta mutatione virga dicitur: id sanè citra figuram non fit: neque illud quod aiunt sub accidentibus panis & vini latere corpus & sanguinem Christi. Nã ita fit vt panis & vinum continentis ac contenti rationem habeant: ita ne hoc quidem pacto tropus excludetur.

Hæc autem paulò fufius à nobis sunt repetita, vt Posnaniensium futilem audaciam refelleremus. Plura autem si lector desideret, ex ijs quæ in quinta sectione aduersus Transsubstantationem dicta sunt colligere poterit. Ibi enim Costenargutias à Posnaniensibus recoctas & repostas deteximus & breuiter refutauimus. Nunc verò Canisij sententia nobis est excutienda.

Confundit Canisius abstracta & concreta. Christum esse nobiscum vsque ad consummationem seculi credimus: carnem Christi supra omnes cælos euectam esse, cælo contineri, didicimus ex Scriptura. Eum non habemus & habemus, quod ex Augustino, tractatu 30. & 50. ex Vigilio, Fulgentio & Theodoro discere potuit. Audiatur Augustinum. *Sursum est Dominus: sed etiam hic est Veritas Dominus. Corpus enim Domini, in quo surrexit, in vno esse loco oportet. Veritas autè eius vbique diffusa est.* Audiatur Vigilium episcopum Tridentinum Tridentinos pseudoepiscopos vero anathemate ferientem, *Christus circumscribitur loco per naturam carnis suæ, & loco non capitur per naturam diuinitatis suæ. Hæc (inquit) est fides & confessio Catholi-*

ca. Sed egregiè sibi canisse videtur Canisius, dum aliam Christi carnem nobis obtrudit ab ea quæ Apostolis in vltima Cœna porrigebatur. Inuisibile enim, impassibile, immortale corpus quod Apostoli visibile, passibile, mortale apprehenderunt suis catechumenis obtrudit, & ita duplicem cœnam, alteram Dominicam & apostolicam, alteram Iesuiticam fabricat. Hic autem merito licet in Canisium istum vsurpare, quod olim D. Augustinus in Faustum Manichæum lib. II. cap. 2 scripsit. *Dicos hoc pro me facis: illud contra me. Tu es ergo regula veritatis: Quicquid contra te fuerit verum non est.* De Christo enim Iesuita iste quicquid vult somniat & efficit. Sed quorsum de spiritali corporis Christi conditione mentione facit: nēpe, vt Berengarij crassam palinodiam emolliat, & lucum faciat miseris Iesuiticis catechumenis. Eutyches infelix monachus asseruit. *Christi corpus gloriosum esse, idcirco in ipsam Dei substantiam ac naturam mutari, nec ullam amplius figuram aut proportionem corporis habere.* Eutychanā heresim renouat tenebrosus Iesuitæ: dū Christi corpus sua substantia sub nudis speciebus infinitis locis simul eodēque momento presens esse, sed modo arcano, incircumscripsum, inuisibilem, inpalpabilem, per modum substantiæ non per modum quantitatis, & (quod amplius est) quantitate quidem præditum sub speciebus adesse, sed non quantitatiuè. Vel, vt Canisius, rāquam ex tripode, spiritu Iesuitico afflatus, pronunciat. Eandē Christi carnem (inquit) habemus & sumimus, quæ olim in Palæstina coram cernebatur: sed ea nec sensibus hic patet, nec transmutationi & corruptioni est obnoxia, vt pote inuisibilis. Mira canit Canisius, sed Eutychiana hæc portenta iam pridem à Leone, Gelasio, Vigilio, aliisque patribus iugulata sunt. Christiani credunt corpus Christi immortalitate, splendore, luce, gloria donatum esse, nihilominus idem corpus manere quod ante fuit. Ideo Augustinus, retract. lib. I. cap. 22. *Corpus Domini inquit secundum substantiam etiam post resurrectionem carnis appellata est.* Et epist. 57. ad Daradanum, *Dominus corpori suo immortalitatem dedit, naturam non abstulit.* Quanquam verò nonnulli veteres Theologi Christi corpus deificatum vocent, nō tamen intelligunt ipsum illud corpus mutatum esse, ita vt circumscriptionem amiserit, & in diuinam transierit, vt ex Iesuiticā doctrina necessariò consequitur. Nam vt enuntiatio ista vera est, Deus homo factus est, & ista vera est, Homo est Deus, sal-  
ua &

uā & incolumi vtriusque naturæ substantia. Patres igitur  
 Christi corpus deificatum esse dicunt; quia persona & gloria  
 diuina humanæ naturæ coniungitur. Quod autem Hierony-  
 mus alicubi ait, Corpus Christi dupliciter accipi potest, vel  
 pro spirituali ac diuina eius carne, vel pro mortali carne quæ  
 crucifixa fuit, eò tendit vt carnem filij Dei, spiritualiter sumi  
 oportere intelligamus, nō carnali aliquo modo. Iterum, quod  
 Augustinus de Manichæis, cap. 23. lib. contra epist. fundamētū  
 dixit, meritō in Canisianos torquemus, *Ecce (inquit) ego deri-  
 deo carnales homines, qui nondum possunt spiritualia cogitare.* Huic  
 Hieronymus ipse fidem facit, Canone Gratiani in hac seſſio-  
 ne sexta à nobis citato. *De hac quidē hostia (inquit) quæ in Christi  
 commemoratione mirabiliter fit (id est in Sacramenti cōsecratio-  
 ne ac visibili perceptione) edere licet: De illa verò, quam Christus  
 in ara crucis obtulit, secundum s. (hoc est sensualiter, corporaliter,  
 vt Canisiani volunt) nulli edere licet.* His verbis Hieronymus  
 magnum discrimen esse ostendit inter sacrificium quod in  
 Christi commemorationem peragitur, & verum ipsum sa-  
 crificium quod Christus in cruce perfecit. Sic Chrysostomus,  
 homil. 47. in Ioannem, inquit: *Si carnaliter quis accipiat nihil lu-  
 cratur.* Sic etiam Augustinus de doctrina Christiana lib. 3. cap.  
 16. *Figura est (inquit) præcipiens passioni Domini communicandum  
 esse, & suauiter atque vtiliter recondendum in memoria, quod Chri-  
 stus pro nobis mortuus sit.* Vult euincere dictum illud Christi, nisi  
 manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sangui-  
 nem, non *et cetera* Io. 6. 53. sed tropicè esse explicandum, & contra  
 Iesuitarum sententiam, figuratam locutionem esse affirmat.  
 Hoc est quod Hieronymus appellat, *Diuinam ac spiritualem  
 Christi carnem manducare*, de modo videlicet edendæ carnis,  
 non de carnis substantia disputans. Proinde Clemens Alexan-  
 drinus, pædagogū lib. 2. cap. 2. non tantum eodem sensu, sed  
 verbis prope iisdem dixit, *Duplex est sanguis Domini: alter carna-  
 lis, quo redempti sumus: alter spiritualis quo vincti (& poti) sumus. Et  
 hoc est bibere Iesu sanguinem, participem esse in corruptionis Domini.*  
 Similiter Augustinus, cōtra literas Petiliani, ait, *Iudas Christum  
 carnalem tradidit, in spiritualem.* Hic Augustinus Christum ap-  
 pellat spiritualem, quod prodicionis hæreticæ modus spiri-  
 tualis sit. Sic Clemens Alexandrinus Christi sanguinem spiri-  
 tualem vocat, non propter ipsius in se discrimen, sed tantum  
 quia spirituali modo percipitur. Addamus & illud Athanasij

quomodo vnum vnius hominis corpus vniuerso mundo sufficeret? quod tanquam in illorum cogitationibus versatum Christus commemorat. A quibus cogitationibus vt eo auocaret, quemadmodum paulò antè sui descensus è cœlis, ita nunc reditus sui in cœlum mentionem facit.

Mutila autem testimonia à Canisio ex patribus, Cyrillo, Augustino, Cypriano, pag. 206 prolata, crassam illam Berengarij palinodiam aut subtiliorem Iesuitarum de corporis inuisibilis, impassibilis, præsentia locali, infinitis in locis, ab ore corporis manducati hæresin stabiliunt. Ridiculi autem istijs Canisij impudentia apparet, quòd Concilij Lateranensis, Constantiensis. Florentini ac Tridentini canones, id est mancipiorum Antichristi somnia nobis obtrudit, quæ nulla resuiat one in ligent. Ignatium deinde citat ex Theodoretì Dialogo tertio. *Eucharistias & oblationes non admittunt, quod non consistantur Eucharistiam esse carnem seruatoris nostri Iesu Christi.* Respondeo ex Irenæo. Eucharistiam consistere de terrena & cœlesti. Panem esse corpus Christi sacramentaliter, creamus: realiter, pernegamus: alioquin quæ res cœlestis erit Eucharistia? Nec Iesuitæ audent rem terrenam prorsus tollere, quum species sub quibus corpus & sanguis lateat, adhuc relinquunt. Canisius itaque aut cõfondit signa & signata, aut panem adorat, aut Christi carnem immensam imaginatur & cum Euty chete tollit. Ignatius autem hæreticorum Cœnam Domini abiicientium dementiam refellens, probat Christianos in Cœna Domini ipsam Dominum recipere, & iuxta Theologorum loquendi morem integrum sacramentum piorum respectu considerat. Duplex autem est edendi modus, duplex præsentia. quemadmodum duplex res est in Sacramento, cœlestis videlicet & terrena.

Venio ad Tertullianum, à Canisio etiam adductum, qui lib. de resurrectione carnis ait, *Caro corpore & sanguine Christi rescitur, vt & anima de Deo saginetur.* Respondeo Canisium & Busæum omittere non debuisse præcedentia verba quæ Tertulliani mentem apertunt. *Caro* (inquit) *abluitur, vt anima emaculetur, &c.* Dicat nobis Iesuitarum cohors, an caro nostra in baptismo, aqua visibili tincta, sanguine Christi realiter abluitur? quæ admodum ergo, aqua est sanguinis Christi effusa signum in baptismo, ad eò vt anima sanguine Christi realiter & verè emaculatur: ita caro nostra corpore & sanguine Christi (id est pane & vino, quæ sacramentali modo sunt corpus & san-

quis Christi) veskitur, vt anima de Deo saginetur, id est, viuifica illa carne in qua residet æterna illa vita, ad cuius fructu- nis spem alimur spirituali modo, sustentetur. Porro, hic locus Tertulliani communionem sub vtraque specie stabilit, trans- substantiationem Pontificiam abolet, manducationem ora- lem improbat: sicuti ex aliis eiusdem locis, præcipuè lib. 1. & 4. ad Marcionem colligere est facile. Ait enim, *Deum non ab- iecisse panem creaturam suam, illo enim eum representasse corpus suū.* Audis repræsentationem: non transsubstantiationem, inclu- sionem, localitatem, aut eiusmodi monstra. Item, *acceptum panem & distributum Discipulis corpus suum fecit, hoc est corpus meum dicendo, id est, figura corporis mei.* Præterea scopum Ter- tulliani in libro de resurrectione carnis, Canisius minimè at- tendit, quem breuitatis causa lectori excutiendum relinqui- mus. Ad hæc nemini nouum aut mirum videri debet nomen rei ipsius attributum esse signo. Id enim Patres toto illo tem- pore fecerunt. Significauerunt autem his loquendi formulis sa- cramentalibus carnem nostram proinde vesci corpore Chri- sti, quòd nos eius sacramentum externo ore percipiamus. Sed si corpora nostra aluntur reali substantia corporis Christi, cū substantia ciborum remaneat adiuncta ad corpora quæ alun- tur, cū illi in res alitas commutentur, an ita hic quoque fie- ri dicemus, vt caro Christi conuertatur in carnes nostras? Si Canisius respondet, secus fieri, vt caro nostra mutetur in carnem Christi (quod tamen non dicit Tertullianus) esto sanè, vt vult: alterutrum saltem fateatur. Nam siue caro Christi, mutetur in carnem nostram, siue nostra caro in carnè Christi fatendum erit corpora nostra coniungi in eadem hy- postasi cum carne Domini. Res enim alita, à cibo quo alitur non amplius hypostasi, vt antea, distinguitur. Atque ita cor- pus Christi per vniuersum orbem terrarum in omnes homi- nes Christianos dissipabitur, neque euitari poterit, quin toti- dem sint Christi, quot sunt homines qui aluntur eius corpo- re. Quare, nihil obstabit, quominus illos inuocemus & ado- remus. De manducatione autem carnis Christi, alia sectio- nemus. Alium locum profert Canisius ex Tertulliani libro de idololatria, *Allegatur (inquit) in ordinem Ecclesiasticū artifices idolorum. pro scelus: semel Iudæi Christo manus intulerunt: isti quo- tidie corpus eius laceßunt.* Mirificum sanè & verè Iesuiticum au- dio syllogismum. Idololatræ laceßunt quotidie corpus Chri-



sti. Ergo corpus Christi latet sub pane. Paralogismus est in  
 vocula corpus, quod nullum Iesuitæ agnoscunt nisi reale &  
 latens sub accidentibus substantia vacuis: Christiani autem  
 sciunt & sentiunt Christum, cibum æternæ vitæ, non tractari  
 nisi à verè pijs spiritualiter per fidem, minime verò ab im-  
 pijs. Panem Sacramentalem, qui corpus Christi, iuxta mo-  
 dum sacramentis proprium, dicitur ab impijs indignè per-  
 ceptus, tanta iniuria in Christum ipsum redūdat, teste Apostolo,  
 1. Corinth. II. Quod autè ad alia testimonia quæ Canisius ex  
 Cypriano, Hefychio, Optato, Theodoreto & alijs congerit,  
 vt testimoniorum mole nos obruat, vnica est responsio, Sacra-  
 mentales esse istas Patrum locutiones, quæ signis rei signatæ  
 nomen tribuunt, vt fidem Christianam magis ac magis con-  
 firmant: quod natura & analogia sacramentorum satis su-  
 pèrque probat. Alioquin in horrendas blasphemias incurrere  
 eos necesse est, qui regulariter, propriè & *κατὰ τὸ πῶλον*, asserere  
 velint corpus Christi per partes manducari, polluto ore san-  
 guinem eius bibi, deinde eiici, membra Christi in altaribus  
 portari, vbi per certa momēta habitat, vbi percutitur ab im-  
 pijs, in calicibus sanguinem eius portari, nos transire in carnē  
 Christi, &c. Quæ de omnipotentia Dei in medium profert  
 Canisius, Iesuiticam matæologiam produunt. Nihil frequētius  
 in istorum ore est, quàm virtute verborum Christi, corpus  
 eiusdem sub specie panis latere. Deinde, mutato statu disputa-  
 tionis ad omnipotentiam latibulum, sed in vanum, confugiunt.  
 De omnipotentia verò respondimus, & Canisium refutauimus  
 in priore parte Gratiani Antilesuitæ, sectione 2. pag. 600.

Executiendi nunc veniunt Iesuitæ Vlnenses, quorum ante-  
 signanus, Emanuel Vega, in assertionibus matæologicis de  
 Eucharistia à Planino Antuerpiæ editis, sociorum suorum er-  
 rores & lycophantias in vnum veluti fasciculum collectas  
 reposuit. Vt autem ex vnguibus Leones, vel potius Ona-  
 gros agnoscat lector, in signe nebulonis istius mendacium  
 constabit, qua fide coram Deo & cum hominibus Iesuitæ a-  
 gant, *Sacramentarij* (inquit Vega) *de sensu verborum cœnæ domi-  
 nicæ elogium verèque desperato eorum animo dignum protulerunt,*  
*(quo diuinitatem peculiarem fidem asserere vellent, omnem suū stule-*  
*rum fidem) liberum esse de verbis Cœnæ Domini (ac proinde de toto*  
*eo mysterio) pro vti cuiusque visum fuerit statuerè, cum eam rem ad*  
*fidem*

*idem ne minimum quidem pertinere constet.* Hæc dicta Vilnensis tribuit Melanchthoni in iudicio suo de Cœna, ad Palatinum Rheni: ac Zuinglio, cap. De Eucharistia: aliisque compluribus à Luthero in Confessione de Eucharistia citatis. Si quid est à Luthero in controuersia eucharistica prolatum, quod Vilnensis putaret errori pontificio patrocinari, debuit authorum (quos Sacramenti perda Sacramentarios appellat) loca expressa citare. Quòd autem ad Melanchthonem atinet, grani contumelia vir pius & de Christi Ecclesia bene meritus à Vilnense Vega afficitur. Hæc enim sunt expressa eius verba in responsione seu iudicio de Cœna ad Electorè Fridericum Palatinum Rheni. Inter cætera igitur sic ait. *Optarim rixatores in viraque parte abesse. Remoio contentiosos, prodest reliquos de vna verborum forma conuenire. Copiose de fructu Cœnæ dicendum est, vt inuitentur homines ad amorem huius pignoris & crebrum vsus: & vocabulum æquiuocum declarandum est. Item, Prodigiosis quæstionibus reiectis nihil est retineri formam verborum Pauli, & de fructu recte edoceri homines. Itẽ, Adest filius Dei in ministerio Euægelii, & ibi certò est efficax in credentibus, ac adest nõ propter panẽ, sed propter hominẽ: sicut inquit, Manete in me & ego in vobis. In his veris cõsolationibus facite nos sibi mēbra, & testatur se nostra corpora viuificaturũ esse. Sic declarant veteres Cœnam Domini. Sed hanc veram & simplicem doctrinam de fructu, nominant quidam cothurnos: & postulant dici, an sit corpus, in pane, aut speciebus panis, quasi verò Sacramentum propter panem & illam Papiisticam adorationem institutum sit. Postea fingũt quomodo includant panẽ. Alij conuersionem, alij transubstantiationẽ, alij vbiq̃uitatem excogitarunt. Hæc portentosa omnia ignota sunt eruditæ vetustati. Item, Nec verò iam institui longam disputationem nec cum contentiosis, qui idola & parricidia stabilunt, disputare volo. Sed tantum pro meo iudicio significare volui, quid in illo loco pro infirmitate tenerẽ Ecclesiæ faciendum esse existimem, ac manens in hac sententia, contentiones vtrinq̃ue prohibendas esse, & formam verborum vna & simili vtendum esse. Tandem, addit, quæ Vilnensis sibi fauere putat: Si quibus hæc nõ placent nec volunt, ad cõmunionem, his permittatur vt suo iudicio vtantur, modo non faciant distractiones in populo. Si quis autem superius dicta cum Iesuitica calumnia conferat, Melanchthonem absoluet. Nec Vega istius responsionis Melanchthonianæ occasionem aut finem expedit, sed sycophantarũ more, voculas qualdã aucupatur, quas male stellas pessimè postea est interpretatus. Præterea, priusquã*

pij viri cineres turbaret, debuit alia eiusdem Melancthonis scripta eucharistica euoluere: tunc Iesuiticā artē non exercuisset. Zuinglij librum nō designauit Vilnensis: & plures cū extent illius Theologi de eucharistia libelli & tractatus, quā de re maximi momenti ageretur, non decuit clamorū thetorem tam turpiter in limine impingere. Si quis autem ex Iesuitarum schola potest ex Zuinglij scriptis aliquid proferre quod Vegæ calumniā confirmet, Vilnenses, quod videri vident nec sunt, id est bonos ac veraces esse fatebor. Alios item complures quos citat nec nominat, si videt nec profert, Iesuitica fide agit: si non videt, quid de toto opere sit iudicandum vides, Christiane Lector.

Quoniam verò multas Theses profert à 37. pagina vsque ad 76. vt corporis Christi præsentiam in pane stabiliat, paucis respondeo, Vegam quæstionis statum inuerrere. Non disputant enim orthodoxi Theologi cum Iesuitis de veritate corporis & sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento: sed negāt verum Christi corpus, quod natum est de virgine, sub speciebus panis & vini contineri. Nunc enim agitur de præsentia. Vilnensis Vega affirmat præsentiam istam ex Scripturis aperte demonstrari.

1. Profert verba institutionis, sed mutila. Respondeo Christum minime dixisse, sub hac panis & vini specie continetur Corpus meum: sed, hoc quod sumpsi, fregi, præbui edendum, est corpus meum: id est, hic panis est corpus meum, &c. quæ verba modo sacramentis omnibus familiari & communiter interpretanda esse ex analogia fidei, Sacramentorū natura & sine, vtriusque Christi naturæ veritate Orthodoxis omnibus constat.

2. Panis vocatur corpus quod nobis frangitur. Corpus verum Christi pro nobis traditum & fractum est. Ergo sub pane continetur corpus Christi, & quod frangitur in Cæna, est ipsū corp⁹ Christi de virgine natū. R. Nego assumptū. Panis enim & corpus sunt disparata. De pane dicitur Sacramentaliter quod sit corpus. Fractio ad panem à Paulo ipso refertur. 1. Corinth. 10. 16. τὸν ἄρτον ὃν κλάσσω, quem locum dissimulauit Vega. Est certè Sanctus Apostolus verborum Domini nostri Iesu interpret idoneus. Christus dixit, Hoc est corpus meum: quæ verba Apostolus ita interpretatur, Panis quem frangimus est communio corporis Christi. Hæc Pauli interpretatio transubstantiationem Papisticam, carnalem præsentiam, & cætera

eiusmodi monstra euerit.

3. Qui manducat panem hunc & bibit calicem Domini  
 nō lig. ē reus est corporis & sanguinis Domini. Atqui de vero  
 corpore & sanguine agit Paulus. Ergo Christi corpus sub spe  
 panis & vini continetur. R. Nego assumptum. Impij e-  
 dentes panem Domini, non panem Dominum, fiunt rei cor-  
 poris Domini, i. Beneficium mortis & redemptionis per  
 Christum partē suā perfidia & incredulitate respuentes, iu-  
 dicium. Dei accersunt, æquē ac Iudæi Christi interfectores.  
 Sacra enim Symbola mortem Christi & eius cum nobis unio-  
 nem omnium euidentissimē obliquant, quæ quum nihil fuit  
 & ceu cibi communes ab impijs sumuntur, tam profanū con-  
 temptum quis (nisi Iesuita) miretur grauissimē à Deo puniri?  
 Quod garrit Vega de imaginibus Christi crucifixi à quibus-  
 dam euerfis, aliam disputationem requirit: nec valet argumē-  
 tum à simulachris hominum præpostero zelo (vnde supersti-  
 tio & idololatria horrenda tandem inuecta est) erectis, ad Sa-  
 cra symbola fidem electorum Dei confirmantia. Pugnat de-  
 inde argumento ab alia similitudine regis & purpure quæ rex  
 indutus est. Vult non tam reos esse qui vesti quàm qui Regi  
 ipsi illi sunt. Deinde ad signa & significatam similitudinē ap-  
 plicans, allicit impios nō esse reos corporis Christi, nisi ipsum  
 corpus ederint. R. Paulus expressis verbis quater meminit  
 panis & poculi quæ à corpore & sanguine Domini semper  
 distinguit. Quum enim corpus Christi non sit cibus ventris  
 sed mentis: merito distinguendum fuit à pane, quod in os &  
 stomachum recipitur. Manifestum equidem discrimen ab  
 orthodoxis Patribus agnoscitur inter panem Domini & pa-  
 nem Dominum. Nec potest panis dici vel esse panis Domini  
 nisi post consecrationem & dum editur: quemadmodum qui-  
 us (nisi sit Iesuita) ex Pauli verbis facile colligere potest. Nec  
 iuuat Vilenæ somnia proprietatis verbi *discrepans* apud Pau-  
 lum. Impij enim non discernunt corpus Domini, quandoqui-  
 dem mysteria sacra vt res communes & profanas tractant, resi-  
 piscentiæque fide & charitate vacui, ac pollutis animæ mani-  
 bus & labijs, ad Christi mensam accedunt.

4. Instat Vega. Si Eucharistia (inquit) est tantum corporis Christi  
 signum, nō verū corpus: cur Paulus tam anxie ad præparationē requirit  
 probationē sui & diu-dicationem. R. Iesuita tibi chimeras fabrica-  
 re, quas postea euerat. Primum audit in voce Eucharistiæ.

Deinde, mala fide agit & calūniatur, quum orthodoxos Theologos afferit Christum à Sacra Cœna remouere. A piis & verè Christianis omnibus fide recipitur ipsissimum Christi corpus in sacra Cœna: nec tamen sequitur quod vult Vilenensis. Christus enim Sacramentum instituens, non panem aut vinum est alloquutus, sed Ecclesiam suam: non signorum sacramentum, sed discipulorum suorum causa nouum illud fœdus solenni hoc mysterio sanciuit. Postremò, Apostolus signa à rebus significatis manifestè discernit: præparationem autem & diiudicationem viget, vt quum de verbi Dei auditione & de baptismo agitur, idè à piis omnibus postulat. Nec enim Christianus tam devotus reperietur, quum, vt par est, verbum Dei ex ore pastorum excipiat, preces ad Deum fundat, aquam baptismi consideret. Quod si quis profanus Pastorem in Ecclesia sermones Propheeticos & Apostolicos ad populum fideliter exponentem despicit, is, teste vniuersa Scripturâ, reus sit iudicij Dei. Miror autem Ielūitas tantoperè à tropicis & sacramentalibus locutionibus abhorrentes, quæ toties tamen in verbis Pauli occurrunt. Panis & corpus sunt duò nomina disparata, significatione & natura discrepantia, quorum alterum de altero verè dici nisi tropicè non potest. Bibere poculum Domini, hoc est vinum in poculo comprehensum, tropus est. Edere & bibere iudicium, tropus est: nam iudicium spirituale naturam habet, nec ore editur aut bibitur. Corpus meum quod datur, quod frāgitur, hoc est, quod dabitur, quod frangetur: mors enim institutionem S. Cœnæ post secuta est. Ergo tropus apparet. Poculum est nouum testamentum: Poculum non est re vera nouum testamentum: itaque tropus in hac vocula intelligendus est. Cæterum, verus sanguis ac verum Christi corpus piis omnibus, & dignè accidentibus offeruntur & dantur, vt sæpius à nobis est dictum. Quod de Manna & aqua in deserto addit, sectione septima explicabitur.

5. Caluinum vertipellem appellat Vega, & sic argumentatur, Caluinus sibi est contrarius. Metonymiam enim Sacramentalem variis locis asserit, aliis destruit. Fatetur enim Christum non dare nobis inania signa, sed sicut cum columba in Christum, & cum igne in Apostolos verè spiritus sanctus descendit, sic cum speciebus nobis verè dari corpus Christi quod traditum est, dubitandum non esse. Addit Vega, Caluinum his verbis statueret corporis Christi præsentiam sub pane. R. Vegam mala fide age-

te, vt incautis lectoribus fucum faceret. Primum enim verba  
 Caluini nec fideliter representauit, nec bene expressit. Fraudem  
 Vilenfium itaque detegamus, & Caluini mentem aperiamus, ex qua  
 constabit paralogismi Iesuitici refutatio. Insti-  
 tur. *Christ. lib. 4. Sect. 21.* Restat (inquit) vt propter affinita-  
 tem quam habent cum suis symbolis res signata, nomen  
 ipsum rei fateamur attributum fuisse symbolo: figurate id  
 quidem, sed non sine aptissima analogia. Allegorias & para-  
 bolas omitto, ne quis subterfugia me querere, & extra pre-  
 sentem causam digredi causetur. Dico metonymicum esse  
 hunc sermonem, qui vsitatus est passim in Scriptura, vbi de  
 mysteriis agitur. Neq; enim aliter accipere possis quod di-  
 citur. Circumcisionem esse fœdus, agnum esse transitum, sa-  
 crificia legis esse expiationes: denique petram, ex qua in de-  
 seruo aqua profluebat, fuisse Christum, nisi trãslatiuè dictum  
 accipias. Nec modò à superiore ad inferius nomen transfer-  
 tur, sed contrà etiam rei signata tribuitur nomen rei visibi-  
 lis: vt quũ dicitur Deus apparuisse Mosi in rubo: arca fœde-  
 ris vocatur Deus, & Dei facies: & columba, Spiritus Sanctus.  
 Nam, etsi essentia symbolum à re signata differt, quod hæc  
 spiritualis est & cœlestis, illud corporeum & visibile: quia  
 tamen rem cui representandæ consecratum est, non figurat  
 tantum ceu nuda & inanis tessera, sed verè etiam exhibet:  
 cur non eius appellatio in ipsum competat. In eo Vega  
 fallitur, quod vult Christi corpus latere sub pane, quoniam  
 Caluinus asserit tam verè corpus à nobis percipi quàm panẽ  
 ipsum. Sed astutè omittit Vega Caluinum addere carnẽ Chri-  
 sti esse mentis cibum, ideo non ore corporeo sumi nec oportere  
 vt sub panis specie lateat. Hæc autem præstat ex ipsius.  
 Caluini ore excipere. Sic enim eodem cap. sect. 31. Longè  
 autem (inquit) falluntur, qui nullam carnis Christi præsen-  
 tiam in Cœna concipiunt nisi in pane sistatur. Ita. n. arcanæ  
 Spiritus operationi quæ nobis Christũ ipsum vnit, nihil re-  
 liquũ faciunt. Christus præsens illis nõ videtur nisi ad nos de-  
 scendat. Quasi verò si ad se nos euehat, non æquè potiamur  
 eius præsentia. Ergo tantum de modo quæstio est: quia  
 Christum ipsi in pane locant, nobis autem non ducimus fas  
 esse eum (i. eius carnem) è cœlo detrahere. Vtrum rectius sit  
 iudicent lectores. Tantum facessat calumnia illa auferri  
 Christum à sua Cœna, nisi sub panis integumento lateat.

Nam quum hoc mysterium cœlestē sit, necesse nō est Christi-  
 um elicere in terras, ut nobis sit coniunctus. De modo  
 postea istius coniunctionis (quam audacter Iesuitæ definiunt,  
 & panī alligant) Caluinus perspicuis verbis hæc profert, sect.  
 32. Porro, si de modo (ait) si quis me interroget, fateri nō pu-  
 debit, sublimius esse arcanum quàm ut vel meo ingenio  
 comprehendī, vel enarrari verbis queat: atque ut apertius di-  
 cam, experior magis quàm intelligam. Itaque veritatē Dei,  
 in qua acquiescere tutū licet hęc sine controuersia ample-  
 ctor. Pronuntiat ille carnem suam esse animæ meæ cibum,  
 sanguinem esse potum. Talibus alimentis animā illi meam  
 pascēdam offero. In Sacra sua Cœna iubet me sub symbolis  
 panis ac vini corpus ac sanguinem suum sumere, manducare  
 ac bibere, nihil dubito quin & ipse verè porrigat & ego reci-  
 piam. Tantūm absurda reiicio quæ aut cœlesti Christi ma-  
 iestate indigna, aut ab humanæ eius naturæ veritate aliena  
 esse apparet: quando & cum Dei verbo pugnare necesse est,  
 quod & sic in gloriam regni cœlestis receptum fuisse Chri-  
 stum docet, ut supra omnem mundi conditionem eum eue-  
 hat, nec minus diligenter in humana eius natura cōmendat  
 quæ propria sunt veræ humanitatis. Neque hoc vel incredi-  
 bile, vel à ratione absonū videri debet: quia ut spirituale est  
 totum Christi regnum, ita quicquid agit cum sua Ecclesia  
 ad rationem seculi huius minimè exegedum est. Vel, ut Au-  
 gustini verbis utar, per hominem hoc mysteriū peragitur,  
 ut reliquæ: sed diuinitus in terra, sed cœlitus. Ea, inquam est  
 corporis præsentia, quam Sacramenti ratio postulat: quam  
 tanta virtute tantæque efficacia hęc eminere dicimus, ut non  
 modò indubita à vitæ æternæ fiduciā animus nostris afferat,  
 sed de carnis etiā nostræ immortalitate secutos nos reddat.  
 Siquidem ab immortalī eius carne iā viuificatur, & quodā-  
 modo eius immortalitati communicat. Qui supra hæc suis  
 hyperbolicis euehuntur, nihil aliud quàm talibus inuolucris  
 simplicem & planā veritatē obscurant. Si cui nondū satisfac-  
 tum fuerit, hīc velim paulisper mecū reputet, de Sacramēto  
 nunc haberi sermonē, cuius omnia ad fidem referenda sunt.  
 Fidem verò nos ista quæ enarrauimus corporis participatio-  
 ne nō minus lautè affluenterque pascimus, quàm qui ipsum  
 Christum è cœlo detrahunt. Ingeniè interea cōfiteor, mix-  
 turā carnis Christi cū anima nostra, vel trāsfusionem, qualis  
 ab ipsis docetur, me repudiare: quia nobis sufficit Christū è

"carnis suę substantia vitā in animas nostras spirare: imò pro-  
 "priā in nos vitā diffundere, quanuis in nos non ingrediatur  
 "ipsa Christi caro. Adde quod fidei analogiā, ad quā omnem  
 "Scripturę interpretationē exigere iubet Paulus, hac in parte  
 "mihi præclare constare nihil dubium est. Qui veritati adeo  
 "perspicuę reclamāt (ut *Vilnenses & alij Iesuitę pompę pontificię*  
 "*patroni*) ad quā fidei amussim se formēt viderint. Qui nō cō-  
 "fiteretur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo non est. Isti  
 "licet dissimulent, vel non aduertant (licet etiam Iesus nomen non  
 "sine horrenda hypocrisi & manifesto sacrilegio sectę suę abscri-  
 "bāt) ipsū Iesum Christū carne sua spoliant. Caluini verba reci-  
 "taui, quæ si Vega nō vidit aut dissimulauit, versipellem prodit  
 "animū. Si vidit, habet in quo explicādo ingenij vires exerceat,  
 "nisi malit veritati manus dare. Necesse fuit autē prolixius ista  
 "recitare, ne fraus lectoribus fieret.

6. *Panis quem frangimus* (inquit Vega) est cōmunicatio corpo-  
 "ris Christi. *Calix cōmunicatio sanguinis: Ergo sub specie panis corpus,*  
 " & *sub specie vini sanguis Christi continetur.* R. Fallax est conclu-  
 "sio, ut ex eius collatione cū maiore propositione euidenter  
 "patet. Præterea Vilnēsis vim voculę *κοινωνίας* seu cōmunionis  
 "extinguit, & quod de vnione nostra cum Christo ab Apostolo  
 "dicitur ad carnis Christi localē inclusionē cū specie panis ine-  
 "ptē refert. Panis specie Iesuitę ante fractionē populo adoran-  
 "dā monstrāt. Paulus nos ad panis (nō speciei) fractionē reuocās  
 "ostendit panē sacrū quē frangimus esse *κοινωνίας*, id est piis &  
 "verē Christianis omnibus efficacē tesserā nostrę cum Christo  
 "cōiunctionis, atque adeo incorporationis, *μετακοινωνίας*: sicut E-  
 "uangelii dicitur potentia Dei, id est, efficax Dei instrumētum,  
 "Rō. 1. 16. Cōfirmare autem argumentū illud Iesuiticū conatur  
 "Vega Caluini ipsius testimonio, ex 10. Sect. cap. 17. institutionis  
 "Christianę desumpto, vbi videtur corpus Christi cū pane lo-  
 "caliter includere. Sed versipellis Vega omittit quæ præce-  
 "dentibus & sequētibus sectionibus idē author eruditē atq; or-  
 "thodoxē profert aduersus hyperbolicas mixturas quas super-  
 "stitio inuexit. Sectione 12. *Primo quidē* (inquit) *præsentia Christi in*  
 " *Sacramento minimē talis somniāda nobis est qualem Romane curię ar-*  
 " *tifices confinxerunt: ac si locali præsentia corpus Christi manibus at-*  
 " *tractandum, atterendum dentibus, deglutiendum sisteretur.* Ie-  
 "uitę aliique noui *ἀποστασίας* pontificię patroni Berengaria-  
 "næ palinodię durum fermonem emollire conantur. Sed à



Theologis orthodoxis perspicuè probatum est carnalem illam praesentiam & inclusionem carnis Christi sub specie panis, Capernaiticum & Cyclopicum esum à Nicolao Papa in ista palinodia traditum necessariò inuehere. Quæ si Vilnenses aliter explicare possunt, mentem suam aperiant. Si verò praesentiam illam localem defendere pergunt, eos etià Capernaiticam manducationem asserere & fateri oportet.

7. Quoniam verò sensit Vilnensis dictum Pauli 1. Cor. 10. 3. Patres nostros, ante Christum in carne manifestatù eandem escam spiritualem edisse, & omnes eundem potum spiritualem bibisse, errores Iesuiticos de carnis Christi in terris sub panis specie locali inclusione iugulare: occurrit, & (ò scelus!) » affirmat, si Eucharistia praesente Christù non retinet, id est, si corpus & sanguis Christi sub specie panis & vini, continentur, » Mathæum & Paulum (refero Vegæ Vilnensis ipsissima verba) mentiri, qui affirmant omnia in figura noui Testamenti veteris Testamenti patribus contigisse: per Christum autem Prophetias, figuras, ac legem totam adimpletam esse, legem praeterea non imaginem rerum praebuisse: sed » solam vmbra: Euangelium corpus & veritatem exhibere. Falsa praeterea sunt (inquit) quaecunque Scripturae » praedicant de Testamento meliøre dato per Christù quàm » per Moysen. Turpiter errat Ioannes qui nouum Testamentum à veteri distinguit, dum ait legem per Moysen datam » esse, gratiam autem & veritatem non nisi per Christum in » nouo Testamento praestitã. Audis lector, Scholas Iesuiticas Patriarchas, Proheras, Dei veterẽ sub lege Ecclesiã à Christi » communionẽ arcetes. Sic autẽ argutatur disputator Vilnensis Sub nouo Testamento est veritas. Sub veterẽ figurã. Ergo sub » nouo adest Christus sub specie panis, at sub veterẽ Patres figuras & vmbra tantum habuerunt. R. Tot sunt paralogismi quot syllabae. 1. Quid sit noui Testamenti veritas ignorat Vega, ideo nec aperit. 2. Quid item sit figura nescit. 3. Conuenientiam veterum & nouorum Sacramentorum tollit » prorsus. 4. Veritatem noui Testamenti somniat in eo consistere, ut Christi corpus sub panis specie contineatur. 5. Dum » Patribus sub lege Christum eripit, vt carnalẽ praesentiam stabiliat, Abrahamum & fideles Abrahami posteros aeterna benedictione priuar, fidem piorum quantum in se est euertit, impios cum piis confundit, Dei promissiones eneruat, vitam aeternam

nam abolet, & Ecclesiam sine capite & seruatore somniat.  
 6. Quis sit scopus fidei filiorum Abrahamæ non attendit: sed  
 existimat hinc Christi viuifica præsentia Dei electos salutem  
 posse adipisci. Hic de Patribus in carcere & limbo deuentis  
 ante Christi aduentum superbas matæologorum nugas lu-  
 bens omitto, quum à Theologis orthodoxis satis superque  
 refutatæ sint. Antequam verò ad explicationem locorum  
 Scripturæ (quos Vega torquet vt veteres eandem escam spiri-  
 tualem non edisse, nec eundem potum spiritualem bibisse  
 aduersus expressa Pauli verba probet) accedam: De Conue-  
 nientia Sacramentorum veteris & noui Testamenti aliquid  
 ex orthodoxo Ecclesiæ Christianæ consensu repetendum vi-  
 detur. Scholastici doctores finxerunt Sacramenta noui Te-  
 stamenti ex opere operato (quod vocant) conferre gratiam,  
 quam tantum significarunt veterum Sacramenta. Hunc er-  
 rorem reposuit Tridentina colluies & *inexpugnabilem* synodus, Can.  
 7. & 8. *Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis, &c.* Inde nata sunt  
 Vegæ & aliorum matæologorum commenta de vmbri ve-  
 terum, ne semel amplexam de carnis Christi sub panis spe-  
 cie præsentia locali opinionem deponerent. Deinde, veteris  
 & noui Testamenti Sacramenta ita considerarunt vt nullum  
 aliud discrimen constituerent, quam quod Christus præsens  
 sub pane esset, in veterum Sacramentis non item. Itaque  
 Christiani lectoris animum ad conuenientiam illam expend-  
 endam reuocemus: qua dil genter animaduersa pontificij  
 errores de carnis Christi locali sub specie panis præsentia, ceu  
 hominum figmenta, illicò euanesceat. 1. Conueniunt igitur  
 legitima omnia Sacramenta in causa efficiente & materiali,  
 quæ Deus est, & Christus Filius Patris, vtriusque fœderis Me-  
 diator. Quo ad causam efficientem, ea nunquam fuit aut erit  
 vllius mortalis auctoritas vt Sacramenta instituire audeat, sicut  
 nec in Electorum Dei fidem vsurpare Dominium quisq; à po-  
 testate citra sacrilegium. Præterea Sacramentorum vsus est fidem  
 nostram certiozem reddere de Dei gratia. Vnde verò hæc  
 certitudo ex Sacramentis vlla peti poterit, nisi Deum habeat  
 authorem? Deinde, quum mentem Domini nemo hominum  
 per se nouerit, quis signa mentis & voluntatis eius erga nos  
 instituit, præter ipsum Deum qui vnicus id quod de nobis pro-  
 posuit, cõuenientibus nouit adumbrare symbolis? Neque id  
 prætereundum est quod Apostolus Rom. 4. Sacramenta vocat

sigilla iustitiae fidei, de circumcisione loquens. Et Rom. 3. V.  
 num Deum esse affirmat qui circumcisionem (*id est Iudeos*  
*circuncisos*) ex fide, & preputium (*id est, Gentiles baptizatos*) per  
 fidem iustificet. Hinc sequitur neminem alium posse sine sa-  
 crilegio signa gratiae vel collatae vel conferendae instituire.  
 Enimvero elementa ipsa cum tota actione quis non videt  
 esse lusoria, & per se mortua ac inutilia, nisi vim mysticam  
 mutuétur ab auctore? Ea autem vis creaturarum virtutem o-  
 maem longè superat. Ideo rectè Augustinus, accedat (inquit)  
 verbum ad elementum & sit Sacramentum: & hoc sensu Apo-  
 stolus, Ephes. 5. Baptismo verbum coniungit. Verbum autem  
 quale? non hominum certè, sed ipsiusmet Dei, quod nos de  
 voluntate & ordinatione divina reddat certissimos. Quod ad  
 rem ipsam seu materiam Sacramentorum, vtraque, veteris  
 nempe & noui Testamenti, conuenient. Electi omnes etenim  
 ab Adami restauratione vsque ad mundi consummationem  
 gratiae Dei in Christo ipsiūque adeo Christi & beneficiorum  
 eius omnium facti sunt fiētque participes. Hæc gratia au-  
 tem Sacramētis veteribus & nouis obsignatur. Planissimū est,  
 enim omnes quocumque tempore electos non ex opere o-  
 perato, neque opere operante, vt matheologi tradūt, neque vl-  
 lam aliam ob rem fuisse iustificatos, aut placuisse Deo. nisi ex  
 mera Dei gratia, per Iesum Christum Mediatorem. Act. 4.  
 Non est in alio quoquam salus. Nec enim aliud nomen est  
 sub caelis, quod datum sit inter homines, per quod oporteat  
 nos seruari. Act. 15. Per gratiam Domini nostri Iesu Chri-  
 sti credimus nos seruatum iri, quemadmodum & illos. Quod  
 si hæc vnica omnibus ætatibus ad salutem via fuit proposita,  
 nempe gratia Dei per Iesum Christum, certè si patres saluati  
 sunt, non alia quàm hæc via ad salutem peruenerunt. Quare  
 qualiacumque fuerunt Sacramenta, rem tamen eandem signi-  
 ficauerunt & exhibuerunt. Patres, Apostolus 1. Corinth. 10.  
 ait, in deserto omnes eandem escam spiritualem manducasse,  
 & eundem potum spiritualem ex petra ipsos comitante bi-  
 bisse, & omnes baptizatos esse in nube & in mari. Quod au-  
 tem nonnulli non sacramenta nostra cum veteribus, sed ipsos  
 inter se vetera eadem Sacramenta sumentes comparari exi-  
 stimant, quasi omnes patres & Israelitæ in deserto æquè par-  
 ticiparint de aqua illa & manna, absurdum est. Nam inepta  
 esset Apostoli ratiocinatio. *Nec est enim argumentum à pa-*  
*ri, nem-*

ri, nempe nihil esse loci relicto Christianis tergiversationi, quasi hodie melior sit ipsorum conditio, neque tam cito puniantur si peccent, ac veteres. Ex aduerso enim eadem illis Sacramenta gratiæ atque nobis data fuisse Paulus docet, ac proinde eadem nobis restare pœnas, si illorum exemplo Sacramenta prophanamus. Apostolus Ephes. 2. Duplicem proponit circumcisionem: vnam, manu factam, alteram non manu factam. *Ἀχρυστοσβιν* hoc autem definitur esse depositio carnis peccato obnoxia per circumcisionem Christi. Id autem utique est baptizari Spiritu Sancto & igne, hoc est regenerari per Spiritum Christi, per Christum & in Christo viuere, Christum habitantem in corde habere: quæ verissima res est Sacramenti, eadem videlicet utrobique. Quod vero adhuc manifestius est Petram ex qua biberunt Patres Christum fuisse Paulus affirmat, 1. Corinth. 10. sanguinem Christi veterum Israelitarum fide iustificatorum spirituales potum constituens. At nunc quoque in Eucharistia sanguis Christi nobis hauriendus proponitur, & Paulus nostrum Patcha Christum appellat 1. Corinth. 5. Denique circumcisio (quam Paulus Rom. 4. iustitiæ fidei sigillum appellat.) eadem ratione sœdus Dei à Mose vocatur, Genes. 17. Eodem modo Christus & Apostolus vocant poculum benedictionis Testamentum in sanguine: sœdus autem & Testamentum idem valent. Greci enim *ἡσ διαθήκη*, si ut Hebræi *Berith* vocabulo promiscuè utrunque exprimunt: vnde constat eandem vtriusque esse materiam. Sic Augustinus, tract. in Ioannem, 26. explicans concionem Christi de Manna, *Sacramenta illa fuerunt* (inquit) *in signis diuersis, in re quæ significatur paria sunt.* 3. Tertia conuenientia est in verbo promissionis, quo spiritualia illa bona diuinitus oblata sunt credentibus. Et si enim formalia verba quibus Sacramenta quasi vestita sunt differre videntur, utrobique tamen, imò in omnibus & singulis Sacramentis summa Euāgelij de semine benedicto inculcatur. Vt in circumcisione verbum quidē est, *Ero Deus tuus & seminis tui.* In Baptismo, *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti.* In Eucharistia, *Accipite, comedite, hoc est corpus meū quod pro vobis traditur, hoc est sanguis me<sup>9</sup> noui Testamēti, qui pro vobis effunditur.* Hæc omnia si quis expēdat, ad hunc scopū referūtur, ut credamus Deū nobis esse propitiū in Filio qui traditus est pro nobis: & hoc esse omnium Prophetarum

praconium ostendit Petrus apostolus, Act. 10. 43. Huic omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accepturum per nomen eius quicquid qui crediderit in eum.

4. Quarta convenientia est in instrumento applicationis quae utrobique sola fides est. Quicquid enim vel in verbo vel in Sacramentis oblatum unquam est, fide sibi applicarunt electi tam veteris quam novi Testamenti. 2. Corinth. 4. Habemus eundem spiritum fidei. Rom. 4. Credidit Abraham Deo & imputatum est illi ad iustitiam. Non scriptum est autem propter illum solum, quod imputatum fuerit illi, sed etiam propter nos quibus futurum est ut imputetur, iis nimirum qui credunt in eum qui excitavit Iesum Dominum nostrum à mortuis; & Ephes. 2. Per fidem habitat Christus in cordibus nostris August. tract. in Ioan. 45. In signis diversis fides eadem, sicuti in diversis verbis, quorum alterum pronuntiat Christum venturum, alterum enuntiat Christum venisse.

5. Quinta convenientia est in partibus essentialibus nempe ex materia terrestri & caelesti, seu signo & signato, quae perinde discerni in veteribus ac in novis possunt Sacramentis. Ac in Pascha quidem signum erat agnus, signatum Christus, Paulo interpret. 1. Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Et sic de reliquis.

6. Sexta convenientia est in fine & scopo. Nam utrobique Sacramenta sunt & sigilla iustitiae fidei, sicut de circumcissione pronuntiat Apostolus.

7. Septima convenientia est in effectu. Nam nec veterum Sacramenta fuerunt nuda sine re signata, sicut nec nostrae sed utrobique exhibitum est electis quod figuratur, nempe gratia & Christus cum suis fructibus, spirituali modo tamen. Ex multiplici autem illa convenientia facile nobis esset certum theses conficere quas Vega erroribus opponeremus. Sed prolixioris hanc considerationem lectori Christiano reliquimus. Discrimina vero quae inter Veteris & Novi Testamenti Sacramenta occurrunt, seu signa & ritus, seu numerum perspicuitatem, observationem, durationem & quantitativum effectum consideres. Veterum fidem in Christum venturum & eiusdem spirituales visionem & perceptionem una cum eius beneficiis minime tollunt aut evertunt.

Sed videtur aliter sentire Paulus, inquiet Iesuita. Nam Rom. 2. de Circumcissione dicit, non eam esse circumcissionem quae in carne.

in carne circumcisio est. Galat. 5. In Christo Iesu circumcisio nihil valet, & Ioano. 6. Christus de Manna loquens, Ego sum panis vitæ: patres vestri comederunt Manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis ille qui de cælo descendit, ut qui eo vescitur non moriatur. Ex his Vega putat colligi posse, inutilia & rebus spiritualibus vacua fuisse veterum Sacramenta. Responsio in promptu est, si intelligentia dictorum, iuxta Hilariū ex causis dicendi sumatur. Non enim in hisce dictis oppositio fit Sacramentorum vtriusque Testamenti, sed Sacramenta cum rebus ipsis committuntur. Nam idem quoque de nostris liceret dicere Sacramentis, si res ipsæ cum signo commissæ essent: Baptismum nempe non esse Baptismum qui fit per ablutionem sordium carnis, sed qui fit in spiritu, hoc est depositione sordium animæ per spiritum & ignem, quomodo Christum baptizare scimus. Baptismus (inquit Petrus, 1. epist. cap. 3.) nos quoque seruat, non quo carnis sordes abiciuntur, sed quo fit ut bona conscientia Deum interroget, per resurrectionem Iesu Christi. Itaque nulla hic est veterum, & nostrorum Sacramentorum vel collatio, vel oppositio: sed signi & signati, quæ communis est nostris equè ac veteribus. Quorsum autem res cum Sacramentis hoc pacto committatur ratio est, nempe propter falsam ac præposteram hypocritarum & incredulorum opinionem, quæ à spirituali veritate sacramenta subiungebant, tantumque in signis hærebant, illisque confidebant. Iuxta impiam hanc hypothèsim scriptura contemptim de Sacramentis loquitur, & Circumcisionem a libi præputium, a libi concisionem, a libi inutilem: Mannam quoque minime viuificum panem vocat. Alioqui, iuxta institutionem & ordinationem diuinam, ac electorum Dei viuæ fide præditorum habitæ ratione, longè aliter docet Apostolus de Circumcisione & Manna, Rom. 4. 1. Corinth. 10. &c. Iterum obiicit Iesuita, Paulū 1. Corinth. 10. affirmare Sacramenta veterum fuisse typos, R. Id quidem verum est, Sed *καὶ ἡμεῖς*, nō simpliciter. Nam idem apostolus, eodem loco (ut antedictum est) nodum hunc soluit, & repugnantiam à sophistis exagitatam conciliat. Sacramenta veterum quoniam non tam clarè mysteria salutis nostræ expresserunt, ut quæ futuram Christi victimam procul monstrarent, nostrorum utcumque typi dici possunt: quia videlicet complementum rerum vsque ad Christum suspēdebatur, & modus significandi obscurior erat,

utpote Christo adhuc venturo. Si quis tamen locum expectat accuratè, comperiet Apostolum non re vera sacramenta, sed penarum exemplar, typos nostros & ad nostram admonitionè scriptos asserere, ne tali apatrare nos etiam audeamus. Denique, ut concedam ab Apostolo sacramenta quoque typos vocari, non veterum Patrum, sed nostri respectu, typos appellat. Veteribus enim illa re vera præbuerunt quæ figurabant: sed nostrorum quoque præterea typi fuere Sacramentorum, ut hæc nostra illorum *ἀντίτυπα*, sicut Petrus aquis diluuii *ἀντίτυπον βαπτισµου*, id est correspondens exemplar Baptismi appellat. Aliàs enim typi cum re ipsa: aliàs cum alio typo conferuntur. Sic etiam nubes & mare typi quidem sunt liberationis Israelitarum ex Ægypto: at quia nostrum quoque Baptismum adumbrarunt, cuius Baptismi quoque spiritualis veritas est liberatio ex Ægypti spiritualis tyrannide, Baptismus erit secundarius & illi correspondens quasi typus, idèoque meritò nobis & maris *ἀντίτυπον*. Denique, Hebr. 9. non alio sensu nostra *εἰκόνας* veterum sacramenta, *οἷος* vocari legimus.

Iam quæro, quum de sacramentis agitur, an veterum credentium circumcisio carnis tantummodo fuerit? an agni carnes solummodo ederint? Si ita est, quod etiam Vega affirmat, nulla fuit ante Christum in carne exhibitum Christi Ecclesia. Atqui Christus heri & hodie fuit. In Deum sperauerunt Patres nostri. Abraham credidit Deo: vidit diem Christi & gauisus est. Quæ spes autem, quæ fides, quæ consolatio esse potest sine Christi præsentia & efficacia? Nullam verò præsentiam imaginatur Vega præter eam quam sibi confingit sub specie panis & vini. Veram præsentiam & vim filij Dei per spiritum suum in electorum cordibus agentis Iesuita ignorat & merito quidem. Quid enim cani cum balneo? Quod autè garrir de adimplerione legis per Christum, non tollit Christi præsentiam spiritualement non carnalem in Ecclesia Patrum & sanctorum Israelitarum, qui eandem nobiscum escam spiritualement comederunt. Ad locum 10. cap. epist. ad hebr. vers. 1. à Vega prolatum ut errorem suum confirmaret, respondeo, Iesuitam confundere quæcunque legit. Ista comparatiuè ab Apostolo non simpliciter dicuntur. Lex enim quatenus opponitur Christo, qui est corpus, Coloss. 2. 17. umbra conuenientissimè nuncupatur. Tunc enim illa nihil aliud

continet

contipet quàm mundi elementa & corporales exercitationes, quæ sunt umbræ futurorum bonorum, quæ non nisi à Christo (qui corpus & veritas est, & complementum omnium Dei promissionum) erant adimplenda. At enim si legem, quatenus Christum conunctum habet, spectes, sua illi eaque certissima veritas, ac proinde & corpus constituit. Ac eodem modo, bi nariam, spiritus nimirum & literæ respectu, ministeriū verbi & Sacramentorum considerari debet: sic vt in omnibus literæ quidem tribuantur umbræ, spiritui autem tribuatur Corpus & veritas. quod Iesuita non expendens, in tetros errores incidit. Profert deinde locum supra citatum ex 2. epist. ad Coloss. vers. 17. iterum respondeo umbras dici legales ceremonias non vt res vanas & inanes, qualis est corporum umbra (erant enim vera, & pro ratione ac modo Sacramentorum efficacia *σφραγίς*, ac etiam *σφραγίδος* in recto ipsorum vsu spirituali per fidē in Christum venturum) sed cum ipso Christo iam exhibitio comparatas, qui dicitur earum umbrarum corpus, quod illum velut umbra corpus à quo efformatur, sacramentaliter adumbrat. Quoniam verò Apostolus, hebr. cap. 8. 6. Christum dicit præstantioris fœderis, quod præstantioribus promissis est sancitum, esse intercessorem vult assertor Vilnensis Patrem, umbratilem & figuratiuum Christum, per consequens euandam spem & fidem habuisse. Ostendit Paulus eo capite nullum esse fœdus inter Deum & homines, quod non habeat suum tum mediatorem tum ministerium. Secundò, vetus & nouum fœdus discerni debere, quando, non quidem substantia, sed dispensatione alterum altero præstantius est. Tertiò, præstantiori fœderi præstantius ministerium & præstantiorem intercessorem conuenire: ita tamen vt illud stet: Iesus Christus hodie & heri idem est & in secula. Hebr. cap. 13. 8. Nulla alioquin efficacia fuisset Leuitici ministerij, nisi Iesus Christus iam tum quoque suis meritis intercessisset pro Ecclesia apud Deum Patrem: imò nulla Dei Ecclesia fuisset, si Messias ille qui olim in carne exhibendus erat, & iam pridem exhibitus est, eam Deo patri non conciliauisset. Retorqueamus igitur in Vegam argumentum. Nullum est fœdus inter Deum & homines cuius Christus mediator non sit, præsentia sua in se credentes omnes viuificans. Vetus testamentum seu fœdus, quamuis ratione dispensationis minus præstantius Nouo fuerit, tamen Mediatorem habuit Christum, alio-



qui nullum fuit fœdus, nulla promissio, nulla fides, nulla salus: quod cogitare est blasphemum. Ergo Ecclesia veteris Testamenti Christum intercessorem & viuificum habuit. Vnde necessario sequitur, quâ carnem nondum induisset Christus, localem carnis Christi sub sacris symbolis præsentiam necessariam ad salutem haud esse. Locus Ioann. cap. i. v. 17. (Lex per Moſen data est: gratia & veritas per Iesum Christum exitit) errori Iesuitico minimè fauet, nec enim gratia & veritate mediatoris frustrati sunt Patres sub lege, alioquin æternam miseriam manerent. Sed tantum (vt ex contextus serie liquet) Euangelista legi gratiam & veritatem, quoniam lex moralis morbum indicabat quem sanat Christus: & ceremonialis adumbrabat quod Christus re ipsa præstat. Itaque Legi morali opponitur gratia, Ceremoniali veritas, id est signo res ipsa, siue vmbrae corpus. Illud autem non queritur, an ceremoniarum legales Christum repræsentauerint: sed an verè credentes & genuini Abrahamæ filij Christo ipso priuati sint: quod Vega asserit, nos constanter pernegamus.

8. Veterum testimonia quædam deinde profert Vega, vt fideles Israelitas vmbra tantum habuisse, id est Christi communionem exclusos fuisse probet. Respondeo neutrum simpliciter, sed secundum quid esse intelligendum. Nam nec veros Israelitas corporalia sine spiritualibus adeptos fuisse, neque nos simpliciter spiritualia sine corporalibus obtinere certum est. Târùm ergo, testimoniis Vega citatis & aliis huiusmodi, à potiore sit denominatio. Nam in veteri fœdere omnia erant inuoluta typis & figuris, & us quidem obscurioribus. In Novo autem dilucidè & magis perspicuè spiritualia bona eorumque typos tum pauciores, tum faciliores & illustriores habemus. Hoc Chrysostomus Homil. in locum illum Apostol. 1. Corinth. 10. Hæc autem figuræ nostræ fuerunt, & c. pulchro simili à picturis petito, explicat in hunc modum. Regem expressurus pictor, cum suo equitatu & hostibus victis in triumpho, rudi adhuc operi lineas tenues & obscuras inducit, quæ tamen totum complectuntur quod erat esingendum, quæ tamen ita picta non discernuntur nisi a peritissimis: sed postea quàm colores & splendidos & florescentes obduxit, tunc omnia fiunt illustriora, & accedentibus faciliè cognita & perspecta redduntur. Itaque, veterum sacramenta priori assimilata delineationi, nostra v erò postiori

fiori. Quid multa? Res vna eadēque vtrōque offertur, sed reuera sunt typi, nostra *uoluntate*: hoc est, nostra rem tantū spiritualem figurant: verera & rem ipsam & nostra Sacramenta adumbrarunt: vt tam prima delineatio quā coloribus vestita viuū regem significat: sed prior & regem & pi-  
*curam* secundariam, seu coloribus obductam.

9. Caluinum iterum adoritur Vega, cuius testimonium non fideliter recitat: nec enim 3. sectio capitis 17. in institutione Christiana, dixit Caluinus quod Iesuita profert. Et quod alius locis Sacramenta noui Testamenti Christum quali presentem exhibere scripsit Caluinus, verissimum est, quantum vis voculam illam (*Quasi*) Vilenensis assertor naso suspendat. Hæc enim vocula Christi presentiam corpoream & sensibilem respicit, & signorum sacrorum respectu proferri potest. Vt Christus anus quoque sumpto pane & poculo mystico, iure dicat, Teneo Christi corpus & sanguinem. Hæc autem mysteria si Iesuitæ non capiunt, eorum intullos cachinno propterea minime moramur.

10. Maritus & vxor fiunt vna caro. Christus & Ecclesia sunt sponsus & sponsa, deoque vna caro. Ergo Christi corpus sub pane continetur, & realiter fit nobiscum vna caro. Pluribus verbis argumentum illud persequitur Vega: sed paucis respondeo, consequens non coherere cum maiori & minori propositione. Fiunt vna caro maritus & vxor, consensu, voluntate, affectu cordis: nec soluitur coniugiu etiam si maritus absens sit, & longissimo itinerum intervallo per multos dies à dilecta coniuge separatus. Quod si carnis nomine, perpetuam continuamque corporum coniunctionem somniat Iesuita, fustuario potius quā refutatione indiget. Cōsummatio matrimonii (inquit) requiritur, vt vir & femina vna caro actu afficiuntur. Ita Christus in cœna actu fit vna caro nobiscum, quum in Baptismo potestate non actu vna caro nobiscum sit. Garrat & inanes sonos sine mente profert Iesuita, qui nō meminit Apostolum scripsisse nos induere Christum, dum baptizamur, sacramentum illud lauacrum esse regenerationis, &c. Ludit etiam in vocula (potestate) quam si intelligit vt Christum à Baptismo remoueat, turpissimè aberrat, & fidei fundamenta conuellit, quum Christum à sacramento fœderis amoueat, & baptismi efficaciam ignoret. Præterea vniōnem Christi carnalem constituit, in quo classissimus error in-

Theologia deprehenditur: quā Apostolus de coniugio Christi & Ecclesiae loquens, illud magnum esse mysterium exclamet, quod falsum est, si Iesuita stat sententia. Maneat autem Paulus verax, Vega verò ridiculus & mendax assertor, spiritualia carnaliter diiudicans, deprehendatur.

II. Ad testimonia Patrum, quorum auctoritate abicitur ut praesentiam illam carnalem sub specie panis stabiliat respondeo, Veteres de coniunctione nostra cum Christo, non de coniunctione Christi cum pane agere. Nec voculam vllam de papistica illa chimera Iesuitae quantunvis curiosi & librorum sine delectu iudicioque helluones in veteribus ostendere poterunt. Cyrillus autem & alij Christum participatione naturali in nobis esse dicunt, ut vnionem illam coniunctissimā & ineffabilem firmissimè stabiliant. Vnionem verò nostram (dum in hoc mundo sumus) cum Christo sic spiritualem esse fatentur Christianae omnes Ecclesiae, ut tamen veram atque realem illam esse credant. Nec enim nomine spiritualis vnionis aliud quā veram & realem cum Christo Deo & homine vnionem intelligunt. Illud autem fit, quia per Christi spiritum Christiani, licet in terris existentes, cum Christi corpore, sanguine, & anima in caelo regnantibus, cūque natura ipsius diuina in nobis manente, reapse & verè copulamur: vsque adeo ut mysticum hoc corpus ex Christo tanquam capite, & ex Christianis, seu membris, cohaerens, nonnunquam Christus simpliciter appelleretur. Tanta est Christi cum suis membris & horum cum Christo coniunctio, ut haud malè dici quodam modo posse videatur, sicut vnio duarum naturarum Christi constituit vnā personam, ita hanc mysticam fieri ex multis personis virtute Spiritus s. in vnā naturam. Quemadmodū enim anima in homine, quia vna & eadem, ac tota non min⁹ in capite singulisque membris est, quā in toto simul corpore, efficit, ut singula membra in vnum corpus sub vno capite vniantur ac coalescant: sic etiam vi spiritus Christi, quia vnus & idem est in Christo & in singulis fidelibus, fit ut omnes tū animis tum etiam corporibus in vnum spiritualiter connexi, vnum & idem corpus cum Christo capite simus: corpus, inquam, mysticum & spirituale, quia nexu arcano eiusdem spiritus connexum & compactum est. Vnde & sequitur, nulla, quantunvis magna locorum distantia, vnionem hanc veram atque realem, licet spiritualem nostrorum corporum nostrarūque

tumque animarum cum corpore & anima Christi impediri posse: quippeque sit efficacia talis spiritus, qui à terra in cœlum & ultra pertingit: membraque Christi in terris existentia cum capite in cœlo ad dextram Patris sedente. non minus arctè in vnum coniungit, quàm anima hominis pedes ac tibias reliquaque membra cum capite in vnum corpus adglutinat: etiam si talis homo tam magnus esset vt eius caput vsque ad supremum cœlum pertingeret, & pedes in terrâ centro residerent. Tanta est animæ vis: quanta verò spiritus sancti, veri & omnipotentis Dei? Non sit igitur Ecclesia cū Christo vnum corpus corporaliter, id est, vt ex illius & Christianorum corporis materia, coalescat vna corporea massa: neque vt inde corporeum alimentum, vt ex cibo & potu hauriamus: sed mystica & spiritualis est, siue naturam ipsius, siue finem spectemus: nempe vt in ipso per fidem nostram facto, tum omnia quæ ad salutem nostram necessaria & ipsi insunt, per imputationem adipiscamur, tum etiam imaginem illam Dei in nobis abolitam recipiamus, vltimo demum die planè perficiendam & beata immortalitate cumulandam, Quod si vera causa efficiens quæratatur istius communionis, ea est in solidum Spiritus Sanctus. 1. Corinth. 12. Etenim per vnum Spiritum nos omnia in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, & omnes vna portione potati sumus per vnum Spiritum. Instrumentum autem per quod Christo coniungimur fides est, teste Paulo, Galat. 2. & Ephes. 2. Itaque corporalis & localis illa coniunctio Papistica, merum est superstitionis & audaciæ humanæ figmentum.

Porro ne Vega queratur me Cyrilli loco minimè satisfecisse, audiat Doctissimi & Orthodoxi Theologi responsum ante 25. annos aduersus insignem quædam Sophistam editū.

*Esti (inquit) Cyrillus lib. 10. in Ioann. cap. 13. dicat Christum habitare in nobis corporaliter, cum summus mysticam benedictionem, non tamen dicit aut Christum habitare corporaliter, aut etiam in nobis corporaliter habitare illis tantum temporibus, cum accipimus Eucharistiam, aut Christum habitare in nobis, non autem nos in illo. AEquè enim dicit nos in illo atque il-*

lum in nobis habitare. Ea autem habitatio non est localis aut corporalis, sed celestis, spiritalis, supernaturalis, per quam habemus aeternam vitam. & idcirco Cyrillus ait Christum esse vitem, nos autem esse palmites. Nam, ut palmites recipiunt vitam atque nutrimentum à corpore vitis: ita nos recipimus à Christo naturalem corporis eius proprietatem, quae est vita & immortalitas: atque ita effecti membra eius vivimus ex illo & nutrimur. Atque hoc illud est quod Cyrillus intelligit per vocem illam, Corporaliter, quòdque Hilarius per similem vocem, Naturaliter. Quemadmodum enim Paulus, cum dicit, Plenitudinem diuinitatis habitare in Christo corporaliter, non sensit diuinitatem esse corpus, sed eam esse atque habitare in Christo, non leuiter aut accidentaliter, sed perfecte & substantialiter cum omni sua virtute ac potentia: ita Cyrillus, cum scriberet Christum habitare in nobis corporaliter, hoc sentiri voluit, eum non leuiter aut perfunctorie, sed substantialiter, potenter, efficaciter esse in nobis, atque ita esse, ut nos per illum habeamus redemptionem & vitam aeternam. Apparet ergo ex istis Cyrillum non sensisse de manducatione corporali & potatione qua fiat ore corporis. Haecenus ille.

Cyrillus autem pro Cyrillo causam agat coram Ecclesia Dei aduersus Iesuitarum cauillos.

Credere (inquit lib. 9. in Ioann. cap. 21.) oportet fideles, quamuis corpore suo absit Christus, virtute tamen sua omnia & nos gubernare, adesseque semper ipsum omnibus qui eum diligunt. Propterea dicebat, Amen dico vobis, vbicumque sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio ipsorum. Nam quemadmodum quando

quando vt homo in terra conuersabatur, tunc etiam vt Deus cœlos implebat & Angelorū confortia non relinquebat: eodem nunc modo quū sit in cœlis cum carne, terram tamen replet & cum iis est qui cum diligunt. Obseruandum est autem, quia quamuis secundum carnem tantum abiturus erat (adest enim semper virtute Deitatis, vt diximus) modico tamen tempore se cum discipulis futurum dicebat, aperte seipsum nominās, ne quis in duos filios Christum diuidere auderet, sed vt vnum omnino esse quisque credat: non quòd vna sit natura, sed quia vnus in vtraque natura est Christus. Et libro 10. cap. 38. in Ioann. Quomodo (dicit quispiam) pollicitus est cum eis se futurum? nullus ambigit, quum ad cœlos ascenderit, quamuis virtute Spiritus semper adfuerit, præsentia tamen carnis ipsum abfuisse. Centum alia testimonia huiusmodi possem ex Cyrillo aduersus nugas & calumnias Iesuiticas proferre: sed satis superque veteris huius Theologi consilium apertum est.

Ad alia dicta Chrysostomi, Hilarii, Nysseni, & Irenei, respondens, admitto quæ dicunt nos esse cum Christo vnum corpus ex carne & ossibus eius: non solum per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem nos conuerti: & per cibum quem nobis largitus est Dominus, illud effici. Cum enim suum in nos amorem indicare vellet, per corpus suum se nobis commisit, & in vnum corpus redegit. Sed Iesuiticum assumptum reicio, vt ineptum & impium. Nec enim Patres de carne Christi sub pane locali præsentia vllum verbum proferunt, aut panis conuersionem papisticam stabiliunt, aut *à plonaspiciat* inuehunt: cōtrā, nos in carnem Christi conuerti, nos cū Christo vnum fieri, per eius spiritum, non corporali modo asserūt. Starum disputationis igitur inuertit Vega, transfilit ad aliud genus, & quum de Christi in nobis manuone quæ per spiri-

tum S. & fide apprehenditur Patres agant, nugator alligationem carnis Christi cum specie panis stupidis discipulis suis obrudit.

12. Aliud argumentum Vegæ audiamus. Agnus Pasche repræsentabat Christum. Agnus autem non solum mactabatur, sed etiam comedebatur. Ergo Christus non solum mortuus est pro nobis sed etiam editur à nobis. Ad assumptum respondeo per distinctionem. Si Christum fide & spiritualiter à credentibus edi ad vitæ æternam credit Iesuita, admittos si autem oraliter & inuisibiliter, vt oraliter edebatur Agnus, nego, alioquin vt Agnus per partes discerpebatur, ita Christi caro dilanianda esset, & ita capernaiticum carnis Christi esum Iesuita nobis obrudit. Quod autem ad hyperbolicas quasdam Patrum locutiones attinet (vt illa, quid sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis) si aliter quam sacramentali & spirituali modo explicentur, lanienam impiam & horrendam Iesuitas imaginari necesse est? Quis enim nisi phrenesi superstitiosa correptus se in mensa Domini sanguinem humanum pro vino, & carnem pro vino se sumpsisse opinetur? Vinum certè est sanguis agni, panis, eius caro, sed modo sacramentali, vt toties dictum est. Patres autem has locutiones post Christum proposuerunt, vt mysterij tanti reuerentiam in piorum cordibus consecrarent. Quod autem nostro seculo Orthodoxi Theologi ab his loquendi formulis desectentes, distinctius de rebus & signis disseruerunt, inde ortus est quod idolomaniam à falsis doctoribus inuectam aperte refellendam esse iudicarent. In Ecclesiis autem Christianis, quemadmodum ex tot concionibus & libris editis liquidè constat, de Christi Sacra cœna aduersus errores quoscuque à Papis & aliis inuectos Christi apostolorum & apostolicorum virorum doctrinam disertis verbis & perspicuis argumentis traditam fuisse apparet. Quosdam certè fateor minus accuratè ista mysteria attigisse: sed omnes orthodoxos in eo convenire sentio, Christi carnem non esse cibum ventris sed animæ, quæ verba si admittuntur sine furo, transsubstantiatione Pontificiam, inclusionem carnis sub panis specie, & alia eiusmodi portenta prorsus tollunt.

3. Manna in deserto, figura Christi, iam completa est. In manna spiritualiter & figuratè tantum comedebatur Christus. Ergo cum Christus veritas sit, realiter & verè comeditur

in Eucharistia: alioqui sub lege sumus adhuc, nec plus habemus quam Israelitæ. R. Antea prolixè de Sacramentis veterû dictum est. Ludit Iesuita in minore propositione in homonymia voculæ spiritualiter. Putat enim Patres sub lege sine Christi præsentia & vita viuificatos esse, quod est. ἀθεολογῶν  
 Deinde, in maiore, manna fuit figura, non re significata vacua, vt ostendit Paulus 1. Corinth. 10. 3. Quod Christus aliter de Manna pronuntiare videtur, Patres videlicet qui comederunt illum panem mortuos fuisse, quod non fit in Cœna, in qua panis cælestis & viuificus nobis proponitur: respondeo valere Christi dictum, sed secundû quid. Nec enim Manna Eucharistiæ (vt supra dixi) id est, Sacramentum vetus nouo illic opponit, sed ex hypothesi hominum ventris alimoniam à Christo expectantium, signum signato, seu Sacramentum rei ipsi opponit, hoc est Mannam ipsi Christo: quum illi quos alloquitur nihil spirituale in Manna considerarent. Nec obstat quod idem dicatur de pane Eucharistico, immò etiam aliquid durius pronuntiante Paulo, 1. Corinth. 11. indignè manducantes, condemnationem sibi manducare. Etenim si Manna ex institutione diuina æstimeretur, viuificus & spiritualis panis fuit, vt vocatur à Paulo, esca spiritualis. Sed cum iis fuit Christo negotium qui Mannam non censebant vt Sacramentum: vt pote qui præsentem Christum verum animæ cibum per Mannam significatum non quærent, sed corporis pabulum ab eo requirerent, quale ab eo pridie acceperant. Sic Circumcisionem Paulus Rom. 4. sigillum iustitiæ fidei vocat, alibi autem ex pseudo apostolorum hypothesi concisionem infamæ vocabulo appellat. Sic legem Rom. 7 spirituales bonam & sanctam: alibi (2. Corinth. 3.) literam morti s vocat.

14. Extr emum (inquit Vega, 114. Thesi) claudat agmen Ioannis. cap. 6. in quo tam clare Christus loquitur, vt commento Caluini quo Christum nos suam carnem in cælo, non in Eucharistia existentem in fuisse comedere somniauit, nullus omnino relinquatur locus. Quod vt demonstramus, sumimus initio hanc hypothesein, A proprio & naturali Scripturæ sensu recedendum non esse, nisi alia Scriptura, iudicio Ecclesiæ, nos ab ea compellat recedere. Cum igitur caro propriè carnē ve-



rā significet, & manducare propriè nihil aliud sit, quàm id quod officio oris exercetur, ut cibus mansus in stomachum traiciatur: certè illa verba, Caro mea verè est cibus, de carne vera: & illud, Qui manducat meam carnem, de vera manducatione (cum contrarium Scriptura nusquam doceat) intelligendum est. Quod iure negare non potest, qui animaduertent omnes, qui illum sermonem Christi audierant, cum rectè linguam nossent, & modum pronuntiandi non ignorarent, tam Capharnaitas detractores quàm rudes discipulos, & Apostolos in fide constantes, verba illa in se: su proprio, hoc est non de spiritali sola, sed reali manducatione, dicta & accipienda esse iudicasse. Ideo enim primi murmurabant, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum: secundi scandalizati, retro abierunt, dicentes, durus est hic sermo. Apostoli verò (non dubitantes Christum posse suam carnem verè dare ad manducandum, prout promittebat) cum interrogarentur, num vellet & ipsi abire, responderunt, Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ aeternæ habes.

Quoniam assertor Vindexis caput illud ex D. Ioanne arcem erroris pontificij constituit, & in dictis Christi torquendis mira ludit audacia: Excutienda sunt penitus Iesuitica dicta, quæ demonstratiua argumenta esse asserit.

Primum autè obseruabunt Theologix candidati, Orthodoxos Scriptores hoc nostro sæculo ex eodè Euangelistæ loco, argumētū firmis nū collegisse aduersus errores Pontificios de Sacra Christi Cœna. Illud autem est eiusmodi. Manducatio carnis Domini quæ Christus Dominus docet Ioann. 6. est tantum spiritalis: hoc est, communio & ipsius Christi & omnium beneficiorum eius, quæ fit per fidem: oralis autem eius ibi à Christo rejicitur, damnatur, & validissimè refutatur. Cœna autem Domini est visibile Sacramentum illius manducationis tantum, quæ Ioann. 6. traditur. Ergo Cœna Domini est visibile Sacramentum tantum spiritalis, nequaquam verè oralis manducationis. Vega omisso hoc argumento verè de-

monstratio, sua nobis proponit quæ nunc discutienda sunt.

Ex thesi autem II. cuius verba expressimus, huiusmodi nascitur argumentum.

Manducatio illa (cuius Christus meminit) propriè nihil aliud est quàm id quod officio oris excercetur, vt cibus māsus in stomachum traiciatur.

Carnem suam veram & realem vult māducari.

Ergo non spiritualiter tantùm, sed realiter māducatur Christi caro: per consequens (vt ab accidentibus edatur) caro Christi sub specie panis continetur.

Fallacia multiplex latet in maiore. 1. Primùm enim etiam si de vera realique sua carne Christus differat, tamen minimè sequitur manducationem huius carnis oralem esse debere. 2. Oralis manducationis nulla imò spiritualis crebra sit mētio, videlicet quoties verbū credendi reperitur & quum verba Christi Spiritus & vita dicuntur. 3. Fallum est quod asserit Vega, & à Christi proposito prorsus alienum, omninòque Cyclopicum & Capernaïtium, de traiectione videlicet carnis Christi in stomachum: quem crassissimum errorem nescio an astutiores alij Iesuitæ probare velint, nisi suo more absurdissima quæque & fœdissima papatus idola tueri pergant.

Minor defectuosa est. Vult Christus carnem suam edi, sed fide & spiritualiter: non oraliter, vt ex toto Ioannis contextu liquido apparet. Nec enim fusiùs ista prosequi fert animus: quum etiam disputationis statum mutauerit Vega, & de præsentia ad manducationem lectores pertraxerit. Nec ignoro eum responsurum præsentiam & manducationem minimè diuelli. Omissa verò Papistica idolomania, qua panem in *tabernaculo* inclusum millies adorant, nec tamen comedunt: Dico Vegam in citando Ioanne, similitudinem ac dissimilitudinem locorum ad quos respexit, non attendisse. Agitur de interpretatione verborum S. Cœnæ, Hoc est corpus meum, quæ per dicta Ioann. 6. Vega interpretatur. Similitudo quidem istorum locorum est, non tantùm in corpore Christi quod manducatur, sed etiam in modo quo manducatur. Dissimilitudo autem ea est, quòd Ioann. 6. docetur cōmunio Christi quæ per fidem

fit tam in usu quam extra usum Sacramentorum: estque non tantum fides, sed ipsa potius in Christum incorporatio, & non tantum beneficiorum, meriti & efficaciarum, ac spiritus, sed per hunc Spiritum in Christo & nobis habitantem, etiam ipsius corporis & sanguinis Christi participatio, qua ipsi, tanquam membra capiti, & palmites viti, inserimur, etiam si ista communio non nisi per fidem cuiquam contigit. Per fidem enim habitat Christus in cordibus nostris, & qui credit in eum, manet in ipso, & ipse in eo. In Cœnæ autem institutione huic communioni additur symbolum visibile, manducatio externa panis & vini in recordationem Domini, tanquam illius internæ manducationis pignus & sigillum, ac proinde exercitium ac confirmatio pro incrementum fidei. Pertinet igitur 6. cap. Ioann. & similia loca, non quidem ad Sacramentum Cœnæ Domini, sed tamen ad rem eius Sacramenti: neque in Sacramento alia manducatio Christi docetur, sed eadem illa confirmatur signo quæ alibi in Euangelio traditur: sicut loca Scripturæ, quæ de ablutione peccatorum & asperzione sanguinis Christi loquuntur, non ad ceremoniam Baptismi, sed tamen ad rem signatam Baptismi declarandam pertinent.

Connexio item fallax est. Debuit enim Vega dicere. Ergo caro Christi oraliter tantum manducatur, & in stomachum traiecitur. Quoniam autem eiusmodi assumptum cyclopicam & capernaïticam opinionem stabilire sensit, adverbium realiter, in quo lateret homonymia, substituit. Deinde fallitur in eo quod spirituales manducationem reali opponit, ac si spiritualis manducatio & communicatio Christi non esset vera & efficax. Contra realis illa quam somniat, id est oralis, chimerica proflus est: nec enim visibiliter aut invisibiliter ingeritur Christi caro in os edentium, nec in stomachum traiecitur, nec ibi digeritur. Hæc cogitationes de Christi carne sunt blasphemæ. Datur est hic cibus non ad ruinas huius vitæ, nec ut in secessum abeat (absit ut horrenda & blasphema ista somnia somniemus) non est cibus ventris sed mentis. Quod ideo repetimus ut capernaïticum & Iehuiticum istud delirium, magis ac magis hominibus Christianis odio sit.

Torqueamus autem in Vegam suum argumentum.

Si manducatio illa (cuius meminit Christus, Ioann. 6.) proprie nihil aliud est quam id quod oris

ris officio exercetur, vt cibus mansus in stomachum traiciatur: Capernaitica prorsus est, & Christi Caro dentibus atteretur, & in stomachum descendet.

Atqui Iesuite Vilnenses Christum afferunt manducationem hanc instituisse. Ergo Iesuitæ Vilnenses sunt Capernaitæ, nec Christi Carnem aliter quam ore corporeo sumunt, & in stomachum traiciunt.

Quæ omnia cum sint absurda, omnia impia & blasphema, sequitur Vegam & Veganos nullum Christum nec vllam Christi Cœnam habere.

Tres deinde constituit Christi auditores Iesuita, Capernaitas detractores, rudes discipulos, Apostolos constantes. Apostolis autem Papistas suos comparat. Illi enim non dubitarunt Christum posse suam carnem verè dare ad manducandum, prout promittebat.

Sed, attende Lector, Iesuitæ fallaciam. Quum sentiret se Capernaitismi reum, quod antea dixerat de manducatione orali, & carnis in stomachum traiectione omisit, & aduerbium (vere) substituit, vt facum imperitis faceret. Quod abstergeamus hoc argumento.

Capernaitæ sunt & fuerunt qui carnem Christi ore sumendam dentibus atterendâ, & in stomachum traiciendam esse debere opinati sunt.

Apostoli non fuerunt Capernaitæ.

Ergo Apostoli non crediderunt se manducatuos Christi carnem oraliter.

Non dubitarunt certè Christum posse suam carnem verè dare ad manducandum, prout promittebat, nec nos Christiani dubitamus, Sed certè credimus cum Apostolis quia Christus habet verba vitæ æternæ, quæ inutilia forent si manducatio à Iesuitis inuenta vera & realis esset. Quod enim opus verbis vitæ æternæ & cœlestis, si Christi caro in os & stomachum traicitur; Contra, cum eius manducatio vera & spiri-

tualis nos in cœlum, & sursum corda nostra euehar, oralem istam & Capernaiticam, Apostolicæ & Catholicæ Ecclesiæ ignotam manducationem, per consequens sub specie panis localem inclusionem & præsentiam carnis Christi ignoramus ac repudiamus.

Argumento sequenti sensum proprium opponit figurato Iesuita, & nouus Lucianus audeo Christum impostorẽ appellare si figurato sensu loquutus est. Negamus autem sensum figuratum proprio opponi, quum figuratis loquutionibus salutis nostræ mysteria infinitis locis sacra scriptura luculenter & apertissimè exprimat, vt in explicatione verborum S. Cœnæ, in parte prima huius operis abundè ostensum est. Veram Christi carnem pii omnes & verè Christiani ad mensã Domini accedentes edunt, sed ore mentis non ventris. Quod si Iesuita negat præsentiam illam à se conuectam esse carnalẽ, respondeo, eum manducationem carnalem & oralem constituisse. Et sanè ea manducatio quæ fit ore corporis, siue visibilis siue inuisibilis sit, non desinit esse carnalis, quocumque alio nomine censeatur. Caro enim secundum illos edit carneum carneum os carneum cibum qui in stomachum traucitur: quomodo ergo non erit præsentia carnalis & esus capernaiticus? Quis est manducatio talis est præsentia, quicquid de inuisibili & latente sub panis specie post suos maræologos Iesuitæ effutiant. Negant naturalem esse. Atqui corpus Christi manet corpus naturale, etiam postquam spirituale & gloriosum est factum. Eius ergo naturam euertunt, qui contra veri corporis naturam illud alicubi esse dicunt. Figuratum verò sensum, quum Vega imaginatur talem ab orthodoxis Theologis constitui qui veritatem corporis Christi tollat, facit quod Iesuitam decet, id est impudentissimè calumniatur quum millies istis hominibus repetitum sit, figuram nullam pio agnoscere in voce panis & corporis, sed tantum in copula est, iuxta fidei analogiam, sacramentorum naturam, veri corporis Christi etiam glorificati modum: de quibus quum antea egerim, non est quod amplius lectores in re perspicua detineam.

Audiamus aliud Vegæ argumentum.

Qui manducant Christum viuunt propter Christum, sicut Christus viuunt propter Patrem qui misit eum.

fit eum.

Sed Christus non viuit propter Patrem, veluti particeps vitæ per fidem, sed viuit vita ipsa substantiali patris corporaliter habitante in carne eius.

Igitur & Christum manducantes viuent propter Christum, non solum participando ipsius virtutem per fidem, sed per ipsius carnis susceptionem. Alioqui Arius rectè inde inferret, Patrem in Christo non substantialiter habitare, sed per fidem & dona Spiritus sancti: quò nihil absurdius fideique Catholicæ magis repugnans dici potest.

Etiã si totum argumentum concederem, non sequitur quod vult Iesuita (ad aliud genus transiliens) Christi corpus sub specie panis contineri. Sed sophistica multiplex latet in ista argumentatione. Primum enim ab unitate essentiæ Patris & filii ad vnionem gratiæ arguit, cuius mysterii explanationem ex orthodoxorum Theologorum scriptis petet Lector studiosus. Deinde omiſsa disputatione de præſentia carnis Christi quam Patres & Theologi veteres quamuis gloriſicatam loco circumscripſeram esse asseruerunt, ad immensam eius deitatem cõfugit. Tertio quæ sit ea vita qua Christus propter Patrem & nos propter Christum viuimus nequaquam attingit. Alia verò sophismata vt retegamus, excutiendæ sunt argumenti partes.

Ad maiorem igitur respondeo, fallaciam Iesuiticam latere in vocula sicut, nam si Vega fides adhibenda est, maiorem illam propositionem sic retexo. Sicut Christiani manducant Christi carnem ore corporis, vt eius substantia viuant: ita Christus modo corporeo fit particeps essentiæ & vitæ Dei Patris. Reclamabit Vega & aduerbium similitudinis explicabit. Explicemus & nos igitur propositionem istam, quam probamus orthodoxè intellectam. Viuunt propter Christum qui Christum manducant. verè Christiani omnes viuunt propter Christum. Ergo Christum manducant.

Sed Christus non viuit propter Patrem (inquit Vega) veluti particeps vitæ per fidem, sed viuit vita ipsa substantiali pa-

reis, &c. Responſo. Confundit Vega vnionē naturalem & eſſentialem cum vnione gratiæ & ſacramentali. Præterea vnionem hypoftaticam cum vnione membrorum & capitis. Deinde ridet modum illum vnicum vnionis noſtræ cū Chriſto, cuius vita verè viuimus, ſed fide apprehenſa, vt toties Paulus repetit, Rom. 1. Galat. 2. Ephel. 2. & paſſim in omnibus epiſtolis. Euangeliftæ item, præcipuè Ioannes, quoties de fide agit præſertim toto illo ſexto capite.

Ad aſſumptum reſpondeo, Chriſtum Chriſtianos manducare vt viuificam ipsius carnem fide & ſpiritualem modo ſumentes, tum ipsius Chriſti, tum omnium Chriſti bonorum ſiant participes ad vitam æternam. Oraleſ autem illam ſuſceptionem rectè omiſit Vega, quum videret capernaïticum eiuſmodi ſigmentum cum Chriſti & Chriſtianorum vnione nunquam conſiſtere poſſe. Hic autem exponenda videbatur Chriſti de vita ſua, ppter Patrē, & Pauli de plenitudine Deitatis in Chriſto *σαρκωτικῶς* habitante ſententia, quæ quoniam in orthodoxorum Theologorum commentariis reperitur, ad alia pergamus Vegaſ ſophiſmata.

Si caro Chriſti eſt verè cibus, nõ eſt metaphoricus: aut ſi eſt metaphoricus cibus, nõ eſt verè cibus.

Quis enim verè montes exultare, aut prata verè ridere dicat: quod per metaphoram hæc ridere & illi geſtire dicuntur?

Reſp. Quis verò riſum vel potius ſterum continere poſſit ſophiſtam adeo miſerè ineptientem audias? Quis orthodoxorum vnquam dixit aut ſcripſit carnem Chriſti eſſe metaphoricum cibus? Surdus & cæcus Ieſuita nec vult audire aut videre noſtros millies dixiſſe & ſcripiſſe ſe veram & realeſ Chriſti carnem percipere: de modo autem quæritur, quem oraleſ & carnalem, (ſiue viſibileſ, ſiue inuiſibileſ) eſſe conſtanter pernegant. Quod ſi verum cibus carnē Chriſti aſſerit, quæ in os ingeratur & in ſtomachum itaiciatur, vt uuper manducationem definiit: & Sacramentorum naturam & veritatem humanæ Chriſti naturæ, & fidei articulos, & ſpē priorum ſub veteri & nouo Teſtamento, & fidei vim, & ſpiritus ſancti munus perpetuum à fundamentis euertit. Quoniã verò le-

verò lepidus ille assertor tam securè sibi delicias facit, diuine veritati illudens, audiamus ridiculum eius sophisma, ex quo tanquam ex auribus onager agnoscatur.

*Quod David prædixit, impletum & obseruandum est.*

*Prædixit sacratissimum Eucharistia sacramentum, in missa à sacerdotibus, vt adoretur, eleuandum esse.*

*Ergo Christi corpus sub specie panis continetur: & ibi adorandum est.*

*Minoris probatio. Psalm. 71. Erit (scilicet ipse Messias) memorabile triticum in terra, in capite montium, id est sacerdotum, de quibus ibidem dixerat: suscipiant montes pacem populo. Sic enim (inquit Vega) habet textus Hebraicus, & transtulit Diuus Hieronymus, Rabinique omnes legunt. Quæ verba Chaldaica paraphrasis (teste Paulo Burgensi) sic legit, Erit placenta frumenti in capitibus sacerdotum.*

Audis impudentissimum scurram, illotiis manibus fidei mysteria conspurcantiem. Sed bene est quod tandem sectarij isti, qua fide & reuerentia verbum Dei & veterum atque neotericorum scripta pertractent, nobis aperuerint. Profana autem hæc testimonij Davidici deprauatio nullam refutationem requirit, vt quæ à verbis & sensu prophetæ ex diametro distet. Nec Vegæ pudenda detexissem, nisi ipsemet thesin hujus ex hoc sophismate conflasset. Ad alia accedo.

Christus distinxit inter mannam & panem vitæ

Ergo de reali manducatione carnis suæ in cæna locutus est: & per consequens caro Christi sub specie panis continetur.

Resp. De manna satis superque antea diximus: & conciliatio locorum Iohannis & Pauli I. Corinth. II. est explicata: Realem; id est spiritali modo & fide perceptam manducationem carnis Christi in cæna credimus & scimus: orale seu visibile seu inuisibile negamus: & totum illud consequens de inelusione carnis. Disctimè autem sacramentorum vtriusque fœderis



quum ostenderit, non est quod pluribus respondeam Vegg  
 importunis repetitionibus.

Ridiculum autem est & illud sophisma.

Quicquid fide cōplectimur, id fide comedim<sup>9</sup>.

Fide intelligimus esse Patrem, spiritum sanctū  
 remissionem peccatorum & totum symbolum.  
 Ergo fide comedimus, Patrem, spiritum sanctum  
 & fidei articulos.

Resp. Maiorem negamus, quam quum Iesuita minimē  
 probauerit (nec probare potest) nolim in puerilibus eiusmodi  
 paralogismis refutandis (hos enim indicasse sufficit) labo-  
 rare. Christi caro fide complectenda & edenda nobis porri-  
 gitur. De Patre, spiritu sancto, non dicitur, accipite, edite, bi-  
 bite.

His adiungit veterum Græcorum & Latinorum Theolo-  
 gorum suffragia, quorum summa est hæc: Panem qui de cælo  
 descendit esse verum Christi corpus, & vinum quod discipu-  
 lis dedit sanguinem illius esse. Quum autem rationibus ex  
 verbo Dei desumptis nihil efficiere potuit, putat multitudine  
 testimoniorum nos obrui posse, & suorum more, sine iudicio  
 multa hinc inde corradit, ut se virum multę lectionis appro-  
 bet. Respondeo autem, nullam posse à Iesuitis omnibus &  
 singulis (etiam si rumpantur) reperiri syllabam in verē apo-  
 stolicorum virorum scriptis quibus papistica præsentia & mā-  
 ducatio solide nitatur. Inter tot testimonia à Vilnensi asserto-  
 re prolata, duo in mediū producam, ex quibus Lector de isto-  
 rum hominum conscientia facile iudicabit. Citar priore loco  
 Origenis locum, ex Homil. 7. & 16. in librum Numerorum.

Quis est iste populus qui in usu habet sangui-  
 nem bibere? Populus Christianus audit hæc &  
 amplectitur & sequitur eum, qui dicit, nisi man-  
 ducaveritis carnem filii hominis, & c. ad certitu-  
 dinem evidentiamque eius quod dicimus, affir-  
 mantes Christum ingeminasse, Amen amen dico  
 vobis, nisi manducaveritis, & c.

Audiamus Origenem ipsum, Homilia 7. à Genebrardo

Sorbonico Parisiis editum.

Ille, qui species figurarum & ænigmatum ediferebat, dicit, Scimus autem quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & omnes eandem escã spirituaalẽ mādūcauerūt, & omnes potū spirituaalẽ biberūt. Bibebāt autē de spirituali cōsequente eos petra. Petra autem erat Christus. Vides quomodo ænigmata legis Paulus absoluit, & species ænigmatū docet, & dicit, quia petra in ænigmate erat apud Moysen, antequam iūgeretur huic nostræ Aethiopiæ. Nunc in specie petra Christus est. Nūc enim os ad os loquitur per legem Deus. Antea in ænigmate fuit baptismus in nube & in mari, nunc autem in specie, regeneratio est in aqua & spiritu sancto. Tūc in ænigmate erat Māna cibus, nūc autē in specie caro verbi Dei est verus cibus sicut & ipse dicit. Quia caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

Homilia autem 16. Origenes, exponens verba Balaam ex Num. cap. 23. Non dormiet donec comedat prædam, & sanguinem vulneratorum bibat, allegorizans, quærit cur sanguinem bibere dicatur populus quum Gentiles ad Christum conuersi iubeantur à sanguine abstinere. Et addit.

Dicant ergo nobis quis est iste populus, qui in vsu habet sanguinem bibere? Hæc erant quæ & in Euangelio audientes ij qui ex Iudæis Dominum sequebantur, scandalizati sunt & dixerunt, Quis potest manducare carnem & sanguinem bibere? Sed populus Christianus, populus fidelis, audit hæc & amplectitur, & sequitur eum qui dicit, nisi mādūcaueritis carnẽ meã & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis ipsis: quia caro mea verè cibus est, & sanguis meus verè est potus. Et vtique qui hæc dicebat vulneratus est

pro omnibus, ipse enim vulneratus est pro peccatis nostris, sicut Esaias dicit. Bibere autem dicimur sanguinem Christi, non solum sacramentorum ritum, sed & cum sermones eius recipimus, in quibus vita consistit, sicut & ipse dicit: verba quae locutus sum, spiritus & vita est. Est ergo ipse vulneratus, cuius nos sanguinem bibimus: id est, doctrinae eius verba suscipimus.

Hactenus Origenes, qui non sensit Christum esse corporaliter vel in aqua Baptismatis, vel in pane & vino: aut nos carnaliter & corporaliter regenerari, aut Christi carnem realiter manducare. Nam regeneratio nostra est spiritualis: manducatio item spiritualis, quod satis ostendunt quae à Iesuita astute omituntur & nos citauimus, pios videlicet bibere sanguinem Christi, non solum sacramentorum ritu, sed & cum sermones eius recipiunt, ut etiam ex concione Christi Ioan. 6. Luculenter apparet. Quae cum sint perspicua, & ne verbum vllum extet apud Origenem, quod errorem Iesuiticum de carnis Christi sub specie panis inclusione & orali manducatione sustineat, deploranda est assertoris Vlnētis horrida caecitas, in eo praecipue quod hyperbolicas patrum locutiones ad signa mystica referendas ipsi carni & sanguini Christi tribuit.

Alter locus est Augustini, de Christo dicentis, ferebatur (ut refert Vega, sed mala fide) manibus suis, quando ipsum corpus suum ait, hoc est corpus meum. Omisit enim, Quodammodo, diserte ab Augustino expressum, concione 2. in psalm. 33. his verbis,

Quomodo ferebatur in manibus suis? quia cum commendaret ipsum corpus suum & sanguinem suum, accepit in manus suas quod norunt fideles, & ipse se portabat quodammodo, cum diceret, Hoc est corpus meum.

Est autem: dixerit tantum Augustinus, Christus ferebatur manibus suis: id verissimum est, si Christum gestasse verum veri corporis sui symbolum, quod corpus, sacramentali locutione & admodum propria appellatur, dixerim. Nam si naturale corpus suum ferebat, in quas blasphemias necesse est asser-

est assertorem istum incidere: Ita expressè autem locuti sunt veteres post Christum, ut vnionis nostræ veritatem firmiss in animis nostris infigerent, nec tamen præsentiam illam papisticam commenti sunt. De quo dogmate si Vlnenses Iesuitæ Augustini testimoniis fidem adhibere volunt, venerandum hunc testem audiam & sequar lubens. Quæ autem ex Augustino dicta profert assertor, postea exeuemus.

Ephesini Concilii deinde epistolam ad Nestorium & Cyrilli anathematismum 11. citat assertor vt cap. 6. Ioannis literali sensu intelligendum esse probet. Res. Iesuitam ludere in voce *literali*. Sic enim literalem sensum intelligit qui esum oralem & inclusionem carnis sub panis specie constituat, nego. Si verâ Christi carnem solo ore mentis perceptam fateatur, concedo. Quæ autem testimonia profert, de viuifica carne Christi agunt quam credimus vere esse viuificam, vt que sit caro filii Dei. Non sequitur tamen, etiam si totus Christus <sup>624b; a =</sup> est vbique, assertendum esse quod vbique sit totum Christi. De Cyrillo autem, idem quod de Augustino dicimus, Theologos orthodoxos de toto Cęnę Domini negotio paratos esse in synodi legitima cum Iesuitis ex præclari illius Ecclesię doctoris doctrina agere, vel etiam transigere. Anathematismum 11. eius à Vega citatum profero, vt consequentiã Iesuiticam Lector Christianus videat.

Si quis ipsam Domini carnẽ viuificam ipsiusq; verbi quod ex patre est, propriam esse negauerit, sed alterius cuiuspiam ipsi verbo secundum dignitatem tantum coniuncti, aut diuinam tantum inhabitationem sortiti esse dixerit, neque verè rursus viuificam, eo quod verbi, quod omnia viuificat, facta sit propria, confessus fuerit: anathema sit.

Respondeo, Amen. Ista autem Iesuiticos errores de carnali præsentia & manducatione orali nullo modo tuentur.

Postquam verò Iesuita concessit verba Christi non capernaitico sensu esse explicanda: ad inuisibilem Christi manducationem oralem, vt se Capernaitam laruatum esse fateatur. Seu enim visibiliter, seu inuisibiliter in os inge-

ratur & in stomachum traiciatur caro, dilanianda erit, & velit nolit Iesuita, Capernaismus erit. Nec alia est Christi caro visibilis, alia invisibilis. Eadem est: si ore carneo editur: in frustra dissecabitur & in ventrem descendet. Tãdem vel inuitus spiritualem manducationem, id est verè Christianam approbet, vel Capernaicã, i. chimericã ac nullam penitus tueatur necesse est.

Si verba Christi (inquit Vega) spiritualiter intelligenda sunt: alia omnia quæ hoc capite dixit seruator noster spiritualiter sunt intelligenda.

Christus dicit carnem suam se datorum pro mundi vita. Ergo spiritualiter & non realiter Christi caro pro nobis tradita est. Quod quum sit absurdum, sequitur verba Christi non modò spiritualiter, sed etiam realiter esse intelligenda.

Ref. Fallit & fallitur Iesuita in maiore. Omitit enim voculam quæ totius argumenti est basis. Verba Christi, quum de esu carnis suæ, & potu sanguinis agit, sunt spiritualiter intelligenda: teste Augustino in aurea illa regula, lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 16.

*Si preceptum locutio est aut flagitium aut facinus vetans: aut utilitatem aut beneficentiam iubens, non est figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur iubere, aut utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata est. Nisi manducaueritis, inquit, carnem filii hominis & sanguinem biberitis non habebitis vitam in vobis: facinus vel flagitium iubere videtur. Figura est ergo precipiens passioni Domini esse communicandum, suaviter atque utiliter reconddendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata sit.*

Addamus alia eiusdem Theologi dicta, quem Vilnenses, pro suo iure si libet. Calvinistam & sacramentarium esse dicant. Tractatu 11. in Ioann.

*Cum Christus dixisset, nisi quis manducauerit carnem meam, id ne carnaliter intelligerent, spiritus est, inquit*  
qui

qui viuificat.

Et tract. 12. in Ioann.

Sed quia diximus Angelos manducare, fratres, ne putetis id morsibus fieri. Nam si hoc intellexeritis, quasi dilaniatur Deus quem manducant Angeli.

Tract. 26. in Ioann.

Hic est panis qui de cælo descendit, ut si quis manducauerit ex ipso non moriatur: sed qui pertinet ad virtutem sacramenti, non qui pertinet ad visibile sacramentum: qui manducat intus, non foris: qui manducat corde, non qui premit dente. Itē, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum in me manet, & ego in illo. Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat spiritualiter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter & visibiliter premit dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi: sed magis tante rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit.

De verb. Domini, in Euang. Lucæ, Sermon. 33.

Nolite parare fauces sed cor. Inde commendata est ista cæna. Ecce credimus in Christum, quem fide accipimus in accipiēdo nouimus quid cogitemus: modicum accipimus & in corde saginamur. Non ergo quod videtur, sed quod creditur pascit.

De verbis Apostoli, Sermon. 2.

Putastis, quia de hoc corpore quod videtis partes facturus sum & membra mea concisurus, & vobis daturus? Illud manducare, refici est: illud bibere, quid est nisi viuere? Tunc autem corpus & sanguis Christi erit vita unicuique, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur & bibatur.

*batur. Audiuimus enim Dominum dicentem, Spiritus est qui vivificat. Caro non prodest quicquam. Verba qua locutus sum, Spiritus & vita sunt.*

Hactenus pauca quædam sed firmissima verè Theologi testimonia inani Iesuitarum paralogismo opposuisse sufficiat. Addam & illud, omnia ea quæ Christus Ioann. 6. de redemptione nostra profert re vera fuisse impleta, sed spiritu vt fide cum ipso Christo apprehēdi. Ephes. 2. Sophisticen autem perpetuam assertoris nostri aduersus Ecclesiæ veteris Testamenti salutem vnico illo Augustini dicto, epist. 158. retundamus. » Sacramenta omnia (inquit) veterum & nostra, ad vnā fidē recurrunt.

Consequens verò Iesuiticum, realem præsentiam & manducationem spirituali opponens satis superque Augustini testimonijs refutatum est. Si quis autem Vegæ sophisticen detegere & ad absurdū deducere velit, id cōmodè fiet hoc modo.

Si quod dicit Christus spiritualiter intelligendum est, quæcunque illud præcedunt & sequuntur spiritualiter intelligenda sunt.

Multa autem dicit Christus spiritualiter intelligenda, vt ex Euangelistis constat.

Quæcunque igitur Christus dixit sunt spiritualiter intelligenda.

Maior falsa est, minor particularis. Consequens vniuersale. Petitio est principii. Paralogismus homonymiæ in aduerbio spiritualiter. Plus in conclusione quàm in præmissis. Vides, lector, mirum assertoris Iesuitæ acumen.

Putidæ autem ac ridiculæ ignorantiæ audaciam & calumniam adiungens, Vega thesi 126. addit Caluinum blasphemum esse, qui scripserit in 6. cap. Ioannis, carnem Christi esse mortuum Adam semen, nihilque nobis prodesse nisi extrinsecè à fide & spiritu nostro exciteretur: idque Christum docuisse cū dixit, caro mea nō prodest quicquam: spiritus est qui vivificat. Deinde, vt crimen Caluino impositum amplificet, subiungit veteres Theologos, Origenem videlicet, Tertullianum, Cyprianum, Cyrillum Alexandrinū, & Augustinum ea verba de Capernaitarum carnali sensu dicta esse firmissimè comprobare.

Rem magnam præstat Iesuita, si vera dicit. Sed Caluinum

accusatum audiamus Vlnentibus & aliis Papistice ἀπλαστική  
patronis (si modò cor habent) satisficientem. Scribens igitur  
in locum illum 6. Ioann. ver. 63. spiritus est qui viuificat, caro  
non prodest quicquam, inter cætera,

Quod (inquit) Christus carnem prodesse negat,  
male Chrysostomus, meo iudicio ad Iudeos refert, qui  
carnales erant. Fateor quidem in caelestibus mysteriis  
totam humani ingenii vim euanescere ac desiccare: sed  
eam sententiam non continent Christi verba, nisi vio-  
lenter torqueantur. AEquè in antiheto coactus esset  
sensus, quòd scilicet spiritus illuminatio viuificet. Nec  
rectè etiam illi qui Christi carnem prodesse dicunt, qua-  
tenus crucifixus est, comesam verò nihil nobis afferre:  
quin potius eam comedere, necesse est, vt crucifixus pro-  
sit. Augustinus subaudiendum putat, solam & per se,  
quia debeat cum spiritu coniungi: quòd cum re ipsa cõ-  
sentaneum est: nam Christus ad modum edendi sim-  
pliciter respicit. Non ergo quamuis excludit utilitatem  
quasi nulla percipi ex carne sua possit, sed ita demùm i-  
nutilem fore pronuntiat, si à spiritu separeretur. Vnde  
enim habet caro vt viuificet, nisi quia & spiritalis est?  
Ideo quisquis in terrestri carnis natura subsistit, nihil  
in ea reperiet nisi mortuum: sed qui oculos attollent, ad  
spiritus virtutem qua perfusa est caro, non frustra viuifi-  
ficam dici ipso effectu & fidei experientia sentient.  
Tenemus nunc quomodo caro verè sit cibus, & tamen  
nihil prosit: nempe cibus est, quia per ipsam parta no-  
bis est vita, quia in ipsa placatus nobis est Deus, quia  
in ipsa completas habemus omnes salutis partes: nihil  
prodest si ex sua origine & natura estimetur (neque e-  
nim vitam confert Abrahæ semen, quòd per se morti  
est obnoxium) sed à spiritu accipit, vnde nos pascat.  
Quare nos quoque, vt ab ea verè aliamur, spirituale fi-  
dei os afferre decet.

Ipsa adscripta Caluini verba, vt falsum Vegæ testimonium



primo intuitu appareat. Nec enim spiritus nomine, spiritum nostrum intellexit, sed diuinam Christi naturam, quæ humanam coniuncta, carnem pro nobis crucifixam viuificam & cibum vitæ æternæ efficit, quemadmodum innumeris penè locis Cyrillus in Ioannem ostendit. De extrinseca autem illa excitatione à fide & spiritu nostro, quem Vega Caluino affingit, ne verbum quidem reperiet Lector in toto Caluini testimonio.

Quoniam verò Christus subiungit, verba quæ loquor vobis spiritus & vita sunt, rectè equidem veteres Theologi totum Christi sermonem, à Ioanne expressum spiritualiter examinandum esse censuerunt. Origenes ergo, homil. 7. in Leuit. ab assertore citata.

*Agnoscite (inquit) quia figurae sunt quæ in diuinis voluminibus scriptæ sunt, & ideo tanquam spirituales & non tanquam carnales examine & intelligite quæ dicuntur. Si enim quasi carnales ista suscipitis, ledunt vos & non alunt. Est enim in nouo Testamento litera quæ occidit eum, qui non spiritualiter quæ dicuntur aduerterit. Si enim secundum literam sequaris hoc ipsum quod dictum est, nisi manducaueritis carnem meam & biberitis sanguinem meum, occidit hæc litera. Si vero spiritualiter eam suscipias, non occidit, sed est in ea spiritus viuificans.*

Homil. 16. in lib. numer. quam Vega profert: *Bibere (inquit Origenes) dicimur sanguinem Christi, non solum sacramentorum ritu, sed & cum sermones eius recipimus, in quibus vita consistit, sicut & ipse dicit. Verba quæ locutus sum, spiritus & vita est.*

Tertullianus, à Vega citatus, errori Iesuitico minimè patrocinatur. Quod ut Lector videat, ecce locus ex libro de resurrectione carnis,

*Et si carnem Christus ait nihil prodesse, ex materia diæli dirigendus est sensus. Nam quia durum & intolerabilem existimauerunt sermonem eius, quasi verè carnem suam illis edendam determinasset, ut in spiritu disponderet statum salutis, præmisit, spiritus est qui viuificat*

viuificat. Atque ita subiunxit: caro nihil prodest, ad viuificandum scilicet. Exequitur etiam quid velit intelligi spiritum: verba quæ locutus sum vobis, spiritus sunt, vti sunt, sicut & supra. Qui audit sermones meos, & credit in eum qui me misit, habet vitam æternam & in iudicium non veniet, sed transit de morte in vitam. Itaque sermonem constituens viuificatorem, quia spiritus & vita sermo, eundem etiam carnem suam dixit, quia & sermo erat factus, proinde in causam vite appetendus, & deuorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide digerendus.

Cyprianus lib. de Cæna Domini (si modo Cypriani is liber est) à Iesuita obrorto collo ad pestimæ causæ patrociniū pertractus, nobis tamen minimè aduersatur. Postquam enim carnaticorum errores detexit, qui carnem Christi non posse nisi oraliter edi cogitabant, subiungit:

*Sed in cogitationibus huiusmodi caro & sanguis non prodest quidquam: quia sicut ipse magister exposuit, verba hæc spiritus & vita sunt: nec carnalis sensus ad intellectum tantæ profunditatis penetrat, nisi fides accedat.*

Ex supradictis colligo Calvinum blasphemix nomine falso à Iesuita traduci, quod carnem Christi sine eius deitate non esse viuificam scripserit: nec eius interpretationem damnant testimonia Patrum, imò Tertullianus huic apertè fauet. Idem de Cyrillo & Augustino est sentiendum, ad quos, vt antea dixi, in hac disputatione de cæna Domini prouoco: nec eorum verba adscribere visum est: quum præsertim paulò supra vtriusque mentem, Augustini præsertim aperuerimus.

Tandè Assertor Vilenensis ex promissione Christi sophisma necit hoc modo. Christus dixit discipulis suis, Ecce, sum vobiscum vsque ad seculi consummationem. Quoniam alibi ait me non habebitis semper vobiscum: fateor (inquit Iesuita) Christum carnis suæ visibilem præsentiam, qua se in fine mûdi rediturum promissit discessisse: nego tamen quenquam, nisi stupidum inferre posse ex eo. Ergo Christi caro hic manere non potest,

non potest, secundum præsentiam inuisibilem.

Res. Si quis dicat, exempli gratia, de vno eodémque homine, Petrus est in cœlis & est in terra sepultus, verum dicitur sed vario respectu. Anima Petri in cœlis est, corpus in pulvere terræ. Si quis autē inde inferret, Petrus est mortuus, ergo anima humana est mortalis: aut Petrus in cœlis est: ergo corpus Petri iam resurrexit: is meritò, ceu ineptus sophista derideretur. Christus nõ est nobiscum respectu humanæ naturæ suæ. Est nobiscum deitatis suæ respectu. Christus totus est nobiscum sed non totum Christi. Quemadmodum vera est ista enuntiatio, Christus est mortuus pro nobis: falsissima & blasphema ista est, Christi deitas mortua est pro nobis. Ita, Christus nobis adest totus, Deus & homo: caro autem Christi in cœlis est. Nõ dicit Christus, caro mea sub specie panis continetur & vobiscum est vsque ad seculi finem: sed, ego Deus & homo. Abstracta & contracta, contra leges rectè differendi confundit assertor, quæ de Christo post vnionem dicuntur sciens volens ignorat, & quæ aduersus vbiquitatio s Peltanus, Gregorius de Valentia, Busæus & alii Iesuitæ scripserunt dissimulat. Futili autem & nullo fundamento nitenti distinctioni visibilis & inuisibilis præsentia opponimus sententiam Augustini ad Dardanum.

*Spatia locorum (inquit) tolle corporibus, & nusquam erunt: & quia nusquam erunt, nec erunt. Ibidem. Sic venturus est, illa angelica voce testante, quemadmodum ire visus est in cœlum, id est in eadem carnis forma atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubique diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem astruamus hominis, ut veritatem corporis auferamus. Non est autem consequens, ut quod in Deo est, ita sit ubique ut Deus.*

Porro, si distinctionem illam visibilis & inuisibilis præsentia recipiamus, sequetur Christum non verè & realiter fecisse quæ Evangelistæ commemorant. Quum referunt Christum absuisse à certis locis, id de humana natura intelligendum esse, nemo adeo stupidus est qui negare audeat. Si absuit, neque inuisibiliter neque visibiliter adsuit: quia repugnant ista, esse  
realiter

realiter (seu visibiliter seu inuisibiliter) præsens, & realiter absens. Nec agitur his Euangelistarum locis de humana natura seorsum, sed de persona: nam dicunt, Iesus discessit, absuit, accessit, non aderat, &c. Et post resurrectionem, corporisque glorificationem, venit, præiuit, accessit, discipulos eduxit, &c. Non autem scribunt, humana natura venit, absuit, accessit, discessit, ascendit in cælum. ex his efficitur humanam naturam etiam cum ipso <sup>ἀνα</sup> consideratam non esse inuisibiliter ubique, seu infinitis in locis eodem momento præsentem. Si Iesuita ludit in vocibus & exponat discessit, id est disparuit, absens est, id est visibili præsentia, præsens est, sed præsentia inuisibili: quæro, verè ne & realiter erat id quod videbatur? Quod si animo fatendum est, semper nobis redit nostra conclusio. Nam videri & non esse, visibilem esse & eodem momento inuisibilem esse infinitis in locis, tribuendum est hæreticorum commentis, non autem sanctissimæ & certissimæ scripturæ veritati. Et certè antiquitati orthodoxæ ignota fuit falsissima illa distinctio præsentia visibilis & inuisibilis, cuius nullum extat in libris sacris vestigium. Quæ si recipienda esset, quæcunque dicuntur de Christo facillè ex hæreticis, eluderentur. Et quum aduersus infelicem illum Iesuitarum patriarcham, monachum Eutychem, naturas Christi confundentem veteres Theologi disputarent, acuti scilicet & nouissimi effugii nullo modo meminerunt. Merito quidè, quippe qui ex scripturis non ex sophistarum armamentaria tela in veritatis hostes torquerent.

Vnus instar omnium nobis esto aduersus assertores Vileses & Tridentini conciliabuli audaciam, Vigilius episcopus Tridentinus & fortissimus Christi athleta, qui ante mille annos floruit, & quinque libris editis aduersus hæreticos feliciter oppugnavit. Is lib. i. contra Eutychem, fidem catholicam proponens: scribit in hunc modum,

*Cum Patre Christus semper ubique est totus, pari diuinitate quem nullus continet locus. Plena sūt quippe omnia filio, nec est aliquis locus presentia diuinitatis eius vacuus. Vnde ergo, & quo se iturum dicit, aut quomodo se ad Patrem perreiturum asserit, à quo sine dubio nunquam recessit? Sed hoc erat ire ad Patrem & recedere*

& recedere à nobis, auferre de hoc mundo naturam  
 quam acceperat ex nobis, Vides ergo eundem naturae  
 proprium fuisse vt auferretur & abiret à nobis, quae in  
 fine temporum reddenda est nobis. secundum attestan-  
 tium vocem Angelorum: hic Iesus, qui receptus est à  
 vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem  
 in caelum. Nam vide miraculum, vide vtriusque pro-  
 prietatis mysterium. Dei filius secundum humanitatem  
 suam recessit à nobis: secundum diuinitatem suam ait  
 nobis. Ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad  
 seculi consummationem. Si vobiscum est, quomodo ait,  
 venient dies, quando desideretis filium hominis & non  
 videbitis? Sed & vobiscum est, & non est vobiscum:  
 quia quos reliquit, & à quibus discessit, humanitate  
 sua, non reliquit neque deseruit diuinitate sua. Per for-  
 mam enim serui quam abstulit à nobis in caelum, ab-  
 sens est nobis: per formam Dei, qua non recedit à nobis  
 in terris praesens est nobis. Tamen praesens & absens  
 vnus idemque est nobis.

Si Vigilius mentem leuiticam tenuisset, haec essent eius  
 verba, Dei filius secundum humanitatem suam recessit à  
 nobis visibiliter non inuisibiliter, nam infinitis locis corpus  
 eius sub specie panis continetur. Sed nec Eutyechianus nec  
 Iesuita fuit fidelis ille Christi seruus, cuius aliū locū ex lib. 4.  
 adu. eundem hereticum proferam, vt assertoris Vegæ cauil-  
 lum magis ac magis appareat. Sic autem Vigilius.

Verbi & carnis si vna natura est, quomodo cū ver-  
 bum vbique sit, non vbique inueniatur & caro? Nam-  
 que quando in terra fuit, non erat vtique in caelo: &  
 nunc quia in caelo est, non est vtique in terra. Et in tā-  
 tum non est: vt secundum ipsam Christum expectemus  
 venturum de caelo, quem secundum verbum vobiscum  
 credimus esse in terra. Igitur secundum vos, aut verbum  
 cum carne sua loco continetur, aut caro cum verbo v-  
 bique est:

*bique est: quado una natura contrariū quid & diuersū non recipit in seipsa. Diuersū autē est, & lōgē dissimile circūscribi loco & ubique esse, Et quia verbum ubique caro autē eius ubique non est, apparet unum eundē-que Christum vtriusque esse nature, & esse quidē ubique secundum naturā diuinitatis suae, & loco continer secundum naturam humanitatis suae.*

Iesuita diceret non est Christus vtiq̄ue in terra visibiliter sed inuisibiliter. Secundum Vilenenses aut deitas Christi cum carne sua loco continetur, aut caro cum deitate vbiq̄ue est. Fatentur non vbiq̄ue esse, sed multis eodem momento locis, quod eodem recidit. Omnipræsentiam Eutychniani, multipræsentiam Iesuitæ inuehunt: illi ab istis secundum plus & minus tantum discrepantes. Caro filij Dei (inquit Vigilius) vbiq̄ue non est. Iesuitæ contra, multis & omnibus in locis est vno eodē-que momento inuisibiliter. Ita duplicem Christi carnem fabricant fidei Christianæ illudentes, vt Antichristi cultum, & terrenam anarchiam tueantur, Vigilius autem concludit.

*Hæc est fides & confessio Catholica quam Apostoli tradiderunt, Martyres roborauerunt, & fideles nunc vsque custodiunt.*

Dicamus igitur de assertoris & aliorum matæologorum commentis. Hæc est inuentio papistica & consilio Iesuitica, quam apostatæ tradiderunt, sophistæ propugnauerunt, & superstitioni huc vsque custodiunt.

Sed aliud estugiū præterea cōmētus est assertor, his verbis.

Hæc sunt verba, ait Christus, quæ loquutus sū ad vos, cum adhuc essem vobiscum. Quid quæso illud est, cum adhuc essem vobiscum? Neque enim tunc cum eos alloquebatur, poterat non esse cum eis. Aderat nimirum eis verè, præsentia corporali: aberat tamen eo modo, quo antea eis adesse solebat, dum in carne mortali cum ipsis quotidie versaretur.

Vult assertor Christum post resurrectionem alio præsentis modo cum Apostolis versatum esse. Quæro autem quia

fit ille modus. An inuisibilis? Euangelistæ omnes contrarium affirmant. Num Christus erat inuisibilis quum apparuit, contrectari voluit, comedit, loquutus est perspicuè, per multos dies: Retorqueo igitur in Vegam argumentū. Si corpus Christi post resurrectionem visibile & palpabile fuit, nec inuisibile apostolis adfuit: commentum Iesuitarum de inuisibili præsentia fundamento & veritate caret.

Insurgit deinde in Calvinum, cuius verba stulta & impia esse dicit, quod Theologus ille scripserit Carnem Christi aboleri, si non sit visibilis & palpabilis. Attamen Augustinus & veteres Theologi idem dixerunt. Et quod subiungit, affirmatiuè posse concludi, Palpaturo caro ac videtur, ergo est caro, probamus. Negatiuè tamen (addit) quis vnquam præter atheum Calvinum intulit, non palpaturo nec videtur Christi caro: ergo non est. Respondeo Vegam spiritu Iesuitico actum conuitia ista effudisse, quæ Deus illi condonet. Sed ex verbis Caluini nihil tale colligi potuit. De vera carnis natura agit, quemadmodum constat ex eius verbis quæ hîc apponam. Scribens itaque in locum illum 24. Lucæ, vers. 39. videte manus meas.

*Corporales (inquit) discipulorum sensus adhibet testes, ne umbram sibi putent pro corpore obuci. Ac primo quidem corporeum hominem à spiritu distinguit: ac si diceret, visus & tactus probabunt me esse verum hominem, qui antea vobiscum versatus sum: quia carne illa sum indutus, quæ crucifixa fuit, & adhuc notas gestat. Porro cum Christus palpabile esse corpus suum pronuntiet, & solidis ossibus compactum, hisque notis discernat à spiritu: scite & verè adductus est hic locus à nostris hominibus ad refellendum crassum errorem de transubstantiatione panis in corpus, vel de locali corporis presentia, quas homines preposterè in sacra Cæna fingunt. Nam illic volunt esse Christi corpus, vbi nullum corporis signum apparet. Hoc autem modo sequetur naturam suam mutasse, ut esse desierit quod erat, & vnde ab ipso Christo probatur verum esse corpus. Si contra excipiant, latus tunc fuisse confixum, pedes clauorum*

clauorum vulneribus fuisse perforatos, atque etiam manus: nunc autem integrum & illaesum in caelo esse Christum: facile discutitur hoc canillum, neque enim hoc tantum agitur quali habitu apparuerit Christus: sed quid testetur de vera carnis suae natura. Hoc autem tanquam proprium illi attribuit, palpabilem esse ut à spiritu differat.

Hactenus ille. Nunc iudicet lector qua conscientia Vileñsis assertor, Caluino atheismi crimen impeerit. Scilicet qui idola Iesuitica non deosculantur, & numen illud fursuraceum ab antichristo confectum non adorant, athei erant appellandi. Videant omnes quo pudore veritatis aduersarij & orthodoxorum Theologorum veterum & neotericorum testimonia in medium proferant. Facile autem fuit Vega Chimeras istas sibi extruere, quas postea nouus Bellerophon debellaret. Sed ut nihil reliquum faceret quod summam impudentiæ prodit, vltimum (inquit) aduersariorum praesidium est.

Quod Christus accepit fuit panis.

Quod dedit fuit panis.

Non igitur corpus ipsius.

Ref. Nullum locum profert Vega ex orthodoxorum, id est eorum (quos Caluinianos vocat) scriptis, quibus putidum est eorum (quos Caluinianos vocat) scriptis, quibus putidum istud sophisma à quoquam prolatum esse euincat. Panem quidem accepit & dedit Christus; ut Euangelistæ testantur. Sed pane dixit, hic panis est corpus meum. Panis igitur quem frangimus est *non* uia corporis Christi, id est efficax tessera nostræ cum Christo coniunctionis atque adeo incorporationis. Sacramentum instituit Christus. Signo rei signatæ, iuxta uicinatam loquendi in Sacramentorum doctrina tradenda formulam, tribuit. Panis igitur est Sacramentaliter corpus Christi: & quàm verè ac realiter ore corporis panem edimus, tam verè ac realiter ore animæ, id est uia fide, per uirtutem spiritus sancti ipsum Christi corpus edimus, ita ut in Christo maneamus & Christus in nobis ad uitam æternam. Veteres Theologi aliquando rei signatæ signi nomen & proprium sacramentali locutione tribuunt: ut Cyprianus, Sermon. de cœnâ Domini. Hic panis (inquit) cibus mentis, est non cibus uentris. Et Augustinus, Ut quid paras dentes & ventrem: cred



& man ducasti. Quæ nisi modo sacramentis proprio intelligantur, absurda & blasphema portenta pariunt. Hæc autem facile vitabuntur, modo Augustini dictum tract. 50. in Ioann. observetur. Quomodo (inquit) tenebo absentem? Quomodo in cœlum mittam manum, ut ibi sedentem teneam? Fidem mitte, & tenuisti.

Haecenus priorem partem assertionum Vilnensium pro stabilenda carnis Christi sub specie panis præsentia considerauimus. Vega autem præuidens, quæcunque ex libris factis ad dogmatis papistici confirmationem protulit, admodum esse leuia, istis omiſſis alteram partem ingreditur. Concilia vniuersalia, Patrum testimonia, & miracula proferens, ut institutum suū probet. Tota autem eius disputatio à 133. theſi vsque ad 140. in qua per decem paginas multorum dicta collegit (voluit enim Iesuita legere, & scire ut sciretur & legeretur) ad vnicum & primarium illud argumentum refertur.

*Patres panem Eucharisticum corpus Christi esse dixerunt.*

*Ergo sub specie panis Christi corpus continetur.*

Panem Eucharisticum esse sacramentaliter corpus Christi credimus, non re ipsa: nec aliter Patres verè Orthodoxos sensisse Iesuitarum secta euincere potest. Consequens verò Iesuiticum, ceu planè fallax & sophisticum, contra leges rectè differendi extructum, & infinitis paralogismis constructum pernegamus. Sed præstat ab assertore prolata testimonia paucis excutere, ex quibus perspicuè constabit quæ sit mens verè Theologorum, quoties signo rei signatæ nomen tribuerunt: nempe ut piorum fidem & spem confirmarent, non ut Christi carnem è cœlis deturbarent aut sub signis includerent. Denique sacramentales locutiones eos omnino vsurpasse apparebit.

S. Ex Synodo Nicæna, hæc profert assertor.

*In diuina mensa ne humiliter intenti simus ad propositum panem & calicem, sed attollentes mentem fidè intelligamus in sacra illa mensa, agnum illum Dei, volentem*

*lentem peccata mūdi, incruentē à sacerdotibus immo-  
latum, & preciosum illius corpus & sanguinem nos  
verē sumentes credere, hęc esse resurrectionis nostrę  
symbola. Propter hoc nec multum accipimus, sed parū,  
ut sciamus, quod non satietate, sed sanctimonia sancti  
sumus.*

Hęc verba (inquit assertor) manifestē declarāt, Christū non solum esse in cœlo, sed etiam in Eucharistia à sacerdote immolari: Eucharistiam verò non esse signum corporis, sed ipsū verum Christi corpus.

Ref. Si caro Christi sub specie panis continetur, impiē facit Nicæna Synodus, quę prohibet fideles humiliter intentos esse ad propositum panem & calicem.

Panis facta mentione, transsubstantiationem & præsentiam Iesuiticam damnat.

Vult mentes attolli & fide Christum contemplari, quod ineptē & absurdē diceretur, si Christi caro sub specie panis contineretur.

Confundit autem assertor abstracta & concreta. Nicæni Patres de toto Christo agunt: disputat Vega de carne Christi.

Præterea mutat statum causę, & quum de præsentia agere instituisset sacrificium incruentum proponit, de quo pecculima seu quinta huius operis sectione agitur.

Deinde in voce Eucharistię ludos facit. In sacramēto Eucharistię ipsius corporis Christi verē Christiani sūnt participes. Non sequitur tamen quod fallō assumit Vega, Christi corpus sub specie panis contineri.

Nicæna Synodus symbolo rei significatę nomen tribuit. Alioqui Christi corpus exanguē constitueret quod quotidie immolaretur, deinde aliud corpus sanguine præditum, ore corporeo edendum & bibendum propinaret. Opinionum mōstra absurdissima & impia, quę assertor mordicis retinet.

Postrema canonis verba prætermittit assertor, quę si considerentur, dogma papisticum euertunt. Non multum panis accipimus, aut vini, sed multum, quis dicat non multum Christi, sed parum accipimus? Deinde, quę hęc erit sanctimonii si Christi caro sub specie panis continetur? Impij enim ut pij, Christi carnē sument: quam si spiritu suo destitutam & minime viuificam esse impiorum respectu regerit assertor, dupli-

cem inuisibilitatem & praesentiam nobis constituat necessesse est. Itaque dato vno absurdo infinita alia sequentur: & eum oportebit multa mala interpretari, qui vnum recte intelligere recusat.

2. Alium Canonem ex eadem synodo subiungit, his verbis.

*Pervenit ad sanctum concilium quod in quibusdam locis presbyteris gratiam communionis diaconi porrigant. Hoc neque Canon, neque consuetudo tradit, ut qui offerendi sacrificii non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant.*

Quid clarius (inquit Vega) dici potuit, quam quod porrigitur esse corpus Christi?

Res. Non dixit synodus sub specie panis corpus Christi inclusum porrigunt. Panem qui sacramentaliter est caro Christi, non manu hominis, sed virtute spiritus sancti offerendum & ore fidei sumenda, offerunt. Quid sit gratia communionis non explicat Vega, quae locutio sacramentalis, signa & res significatas aperte distinguit.

Deinde synodus non vult panem dominicum ab alio praeterquam ab Ecclesiae pastoribus communicantibus administrari, quod antea diaconi ipsis pastoribus cum Christiano & rege symbola sacra recipientibus porrigere solebant. Non dicit sub specie panis contineri corpus, quod assertori probandum fuit. Excipiet fortasse has locutiones, panis est corpus Christi, & sub panis specie corpus Christi contineri, a quo polleat quod Theologi orthodoxi negant. Panis est corpus sacramentaliter: sub pane corpus inclusum carnalem & localem praesentiam, capernaicum esum, corpus a sanguine separatum, confusionem naturarum Christi, humanae eius naturae abolitionem Evangelicae historiae & veritatis corruptionem inuehit.

3. Concilium Ephesinum deinde profertur a Vega.

*Sacramentum, participes preciosi corporis & sanguinis Christi effecti, non ut communem carnem percipientes, quod absit, sed sicut divinam & vivificantem.*

Addit Vega, Cyrillus autem qui illi concilio praesuit, hoc decretum a deo clare de vera & reali praesentia corporis Christi in Eucharistia esse ubique docet, ut Calvini quid responderet aliud non inuenerit, in ultima admonitione ad Westphalum quam

lum quàm Cyrillum hyperbolicè fuisse locutum.

R. Dictum concilij Ephesini probo & credo: & ex eo sic argumentor aduersus Vegam.

Si corpus Christi sub specie panis continetur, impii necessario participes efficiuntur preciosi corporis & sanguinis Christi, adeoque sanctificantur, quum non sit caro illa communis sed diuina & viuificatrix.

At impii participes non fiunt carnis viuificatricis Christi, nec sancti viuificantur.

Ergo sub specie panis non continetur viuificum corpus Christi.

Excipiet Iesuita, impios comedere corpus Christi in iudicium

Res. Sophisma istud discutietur sequenti capite seu sectione in qua agemus de mädicatione carnis Christi. Interca patet assertorem aduersus seipsum Canonem concilij Ephesini protulisse.

Caluinum, ait assertor, vi veritatis adactum Cyrillo hyperbolicam locutionem tribuisse. Proferamus Caluini verba.

*Dicit Cyrillus, Quando comedimus Christi carnē que verbi coniunctione viuifica est, nos vitam in nobis habere. cur ergo aduersarii ab incredulis illam carnem sine fructu comedi asserunt? Nam si Christi caro ubi comeditur, viuifica est, eos qui in morte manent promissuē eam comedere minimè conuenit. quanquam hic monendi sunt lectores, quia Cyrillo cum Arrianis certamen erat, eum ad hyperbolē prouehi, vt doceat substantialiter vnum cum Christo fieri fideles, sicuti ipse vnum est cum Patre.*

Caluinus rationem idoneam reddit dicti sui, quam Vega pretermisit (nec refellere potest) vt fucum incauto lectori faceret.

Quoniam verò Cyrillum assertor ad suas partes pertrahere conatur, nec eius testimonia profert, quibus imposturam Iesuiticam facilè detexissemus, age, locos quosdam ex ortho-

doxo illo Patre proferamus, qui Vlnensium audaciam prodant & Christianum lectorem in sanæ doctrinæ professione conferuent Sic itaque Cyrillus, lib. 10. Thelau. cap. 7. & de Trinit. lib. 5.

*Quæ de Christo dicuntur, sic intelligenda sunt, ut nec quæ deitati conueniunt humanitati ipsius attribuantur: nec quæ humanitati propria sunt ad deitatem ipsius detorqueantur.*

Hac regula constituta, audiamus eundem Cyrillum lib. 9. in Ioann. cap. 21. ita loquentem.

*Crede oportet, si deles, quamuis corpore suo absit Christus, virtute tamen sua omnia & nos gubernare, adesseque semper ipsum omnibus qui eum diligunt: propterea dicebat, Amen dico vobis, ubicunque sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio ipsorum. Nam quemadmodum quando ut homo in terra conuersabatur, tunc etiam celos implebat & Angelorum consortia non relinquebat: eodem nunc modo quum sit in celis cum carne, terram tamen replet, & cum us est qui eum diligunt. Obseruandum est autem, quia quamuis secundum carnem tantum abiturus erat (adeest enim semper virtute Deitatis) modico tamen tempore se cum discipulis futurum dicebat, aperte se ipsum nominans, ne quis in duos filios Christum dividere auderet, sed ut vnum omnino esse quisque credat, non quod vna sit natura, sed quia vnus in utraque natura est Christus.*

Eodem libro, cap. 26.

*Et si primitias seipsum Patri daturus Christus in cœlum ascendebat, quod vniuerso hominum generi est vtilissimum (ut enim nobis fecit, quam prius natura consequi non poterat) non tamen ferre discipuli facile poterant discessum eius, licet virtute spiritus (i. deitatis) cum eis semper futurus erat.*

Eodem libro, cap. 40.

*Non potestis impietatem effugere, si ut corpus rem incorpoream circumscribatis, & finē attribuatis infinito.*

Ex oppositorum doctrina & natura dicamus etiam Iesuitis, Non potestis impietatem effugere, si ut rem incorpoream corpus immensum esse dicatis, & finito nullum finem, i. ubi-quitatem tribuatis.

Non me latet quid Iesuitæ proferre possunt ex 13. cap. lib. 10. ubi Cyrillus ait,

*Nō habitudine solum, quæ per charitatem intelligitur, Christum in nobis esse, verum etiam & participatione naturali.*

Deinde subiicit,

*Quemadmodum si quis igne liquefactam ceram alie cere similiter liquefactæ ita miscuerit, ut unum quid ex utrisque factum videatur: sic communicatione corporis & sanguinis Christi ipse in nobis est, & nos in ipso.*

Ref. Antea de hoc Cyrilli loco paucis respondimus, cuius integra & perspicua explicatio quum tradita sit ab orthodoxis Theologis, eorum sententiam repetere non grauabor.

Corporaliter & spiritualiter vniri Christo non significat Cyrillo corporali & spirituali modo, sed vniri Christo secundum corpus & secundum spiritum, siue vniri cum corpore & cum spiritu Christi: ut corporaliter sit idem, quod corpore tenus, siue quod ad corpus attinet. Obiectum enim cui vnimur, (hoc est naturæ duæ in Christo) aliud corporale, aliud spirituale est. Vnio autem ipsa, siue modus vniōis utrobique spiritualis est. hoc est non membris & sensibus corporis, sed operatione spiritus sancti perficitur. Nam sicut vniri Christo secundum spiritum, est vnum cum ipso spiritum communem habere, & nostrum spiritum ipsius spiritui conformem fieri: sic vniri ei secundum corpus, est cum ipsius corpore coniungi & copulari, eique nostra corpora fieri conformia, in hac vita inchoatione, in altera consummatione. Hæc autem vtrique vniō, & cum spiritu & cum corpore Christi, non aliter fit nisi virtute spiritus Christi, qui nos & sibi, & corpus nostrum corpori Christi copulat & conformat.

Propterea obseruandum est Cyrillum, quicquid in hoc capite 13. dicit de spiritali & corporali vnione cum Christo ad explicationem huius dicti referre, Ego sum vitis vos palmites. Contendit enim Cyrillus Christum non tantum secundum spiritum, sed etiam secundum carnem suam esse vitem nostram, & nos palmites eius. Quis autem vnquam sanus hæc verba Christi de præsentia sub specie panis, aut de orali manducatione carnis eius intellexit, aut intelligere potuit? An nõ hæc vitis & palmitum coniunctio ad solos & omnes electos pertinet, siue potuerint, siue non potuerint ad Cœnam Domini accedere? 2. Dicit credentes affixos esse Christo, sicut viti palmites. Ergo non intelligit corpora nostra intra Christi corpus, vel intra nostra corpora Christi corpus existere. 3. Quod probat hanc coniunctionem ex verbis Pauli 1. Corinth. 6. & 10. ostendit inde præsentiam & manducationem papisticam extrui non posse: ibi enim Paulus de spiritali manducatione & communionem Christi loqui, haud est dubium. Membra (inquit) sumus Christi & omnes vnus corpus sumus in Christo. 4. Quum dicit, Christum corporaliter in nobis habitare communicatione carnis, proculdubio istam corporalem habitationem in nobis intelligit communicatione carnis: idque tum fieri dicit, cum virtus mystica benedictionis in nobis sit. Hæc virtus fit in solis credentibus. Ergo habitationem corporalem Christi in nobis, communicationem carnis, virtutem mysticæ benedictionis pro eodem sumens, manifestè ostendit se non aliam carnis seu corporis Christi communionem intelligere, nisi quæ est per spiritum & fidem: sicut Ephes. 2. dicitur, vt habitet Christus in cordibus vestris per fidem. In impiis enim neque spiritaliter neque corporaliter habitare, vel Cyrillus, vel quisquam Orthodoxus vnquam dixit. Ideo corporaliter Christum dicit habitare in nobis, hoc est in fidelibus, non autem corporaliter existere in pane, aut ore corporali manducati: multò minùs corporaliter vel esse vel habitare in impiis. 5. Declarans autem hanc vnionem similitudine cere & admixtæ alteri cere, nec confusionem aut mixturam substantiarum corporis Christi & nostrorum corporum, nec ingressum corporis Christi in nostra corpora, nec nostrorum intra Christi: sed arctissimam connexionem & conformationem nostri cum Christo per spiritum ipsius secundum spiritum & secundum corpus significat. Por-

quod hæc coniunctio, nec oralis est, nec pani alligata, nec impiis communis, nec eorum tantum qui ad cœnam accedunt, nec in cœna tantum, sed omnium fidelium, omnibus us temporibus & locis.

Alias considerationes in hunc Cyrilli locum prætermittimus peculiari disputatione futius explicandas, si opus est. Ad alia quædam Cyrilli testimonia aduersus præsentiam papisticam accedamus.

Cap. 38. lib. 10. in Ioannem.

Quomodo igitur (dicer quispiam) Christus pollicitus est cum eis se futurum vsque ad consummationem seculi: nunc autem prædictione futurorum ideo illos munnire ait, quia cum eis futurus non est? Nullus ambigit quum ad cœlos ascenderit, quamuis virtute spiritus sancti per adfuerit, præsentia tamen carnis ipsam abfuisse.

Cap. 21. lib. 11. in Ioannem.

Putabant discipuli absentiam Christi (ut hominis dico, Deus enim ubique est) multarum vis incommodorum causam futuram, quum non adesset qui ab omnibus eos posset malis eruere: sed oportebat non solum in carnem Christi, verum etiam in deitatem ipsius respicere, quæ quamuis oculis non cernatur, adest tamen summa cum potestate, nec quicquam prohibere potest quin omnia repleat. Non enim dimensionibus circumscribibilis est natura diuina. Quare quum Deus & homo verè sit Christus, oportuit eos intellexisse ineffabilem deitatis potestate unam cum eis semper futurum, etiam si carne abesset.

Et hæc quidem ex Cyrillo, qui cum aliis orthodoxis, Theodoro præsertim, Augustino & Vigilio episcopo Tridentino multis locis eodem momento simul esse soli naturæ diuinæ tribuit, & lib. 2. de Trinitate, expressis verbis sequentem præfert regulam.

Si verè sectionem & partitionem diuina natura, ut  
illi di-



*illi dicunt, reciperet, intelligeretur & corpus. Si autem corpus & in loco omnino, & in magnitudine & in quantitate: & si quanta facta esset, non effugeret circumscriptionem.*

4. Ad Vegam reuertamur, qui canonem ex sexta generali synodo profert his verbis.

Quicumque de Calice sacro, quo sanguis Christi recipitur aliud biberit præter Christi sanguinem, deterrendus est exemplo Balthazaris, qui profanans vasa sacra, vitam amisit & regnum.

Verus igitur (subiicit Vega) ex calice hauritur sanguis, & tactu sanguinis veri calix sacer efficitur.

De præsentia carnis sub panis specie hætenus egit Vega nunc verò ad sanguinis præsentiam non sub specie calicis, sed in ipso calice confugit, & velit nolit transsubstantiationem papisticam, concomitantiam, & eiusmodi portenta damnat. 2. Aut totum aut pars sanguinis ex corpore Christi fluentis in calice recipitur. Vtrumvis eligat Iesuita, in centum blasphemias incidet. 3. Sanguis est in calice, nempe vino quod est in calice verus Christi sanguis significatur. Quod ex Augustino confirmamus, ubi (inquit) vos estis in mensa, & in calice nobiscum, vos estis. Item, Christus quotidie immolatur in sacramento. De consecrat. dist. 2. Can. Quia passus, & can. Semel immolatus. Quis ita cæcatur, ut non intelligat harum locutionum veritatem non posse constare, nisi per significationem? Cum autem in vino dicitur recipi sanguis Christi, eo significari intelligitur: sicut enim immolatur, sic etiam est, recipitur, effunditur, hauritur realis sanguis Christi in sacramento. Nec vsquam dicunt Patres corporaliter, substantialiter, inuisibiliter, incircumscriptè, corpus sub specie panis, sanguinem sub specie calicis, aut vini in calice contenti existere, & simul cum his & in his in impiorum & piorum ora & corpora ingredi aut recipi. De manducatione autem, quum sequenti sectione, & de communionem sub vtraque specie etià dicendum sit, alium canonem ex 6. actione septimæ synodi prolatum expendamus.

5. *Nemo unquam Apostolorum aut patrum ait, imaginem corporis Christi esse incruentum sacrificium corporis Christi, quod a sacerdote offertur. sed esse ipsu*

corpus & ipsum sanguinem. Nam is qui audiuit à Patre ait, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis. Item, Accipite, edite, Hoc est corpus meum: non autem dixit, hæc est imago corporis mei. Et paulò infrà. Dementia est asserere corpus & sanguinem Christi in Eucharistia esse imaginem corporis Christi, non corpus. Item, Ante oblationem quidem oblata vocantur antitypa corporis à Basilio, sed post consecrationem non nisi corpus Domini & vocatur, & esse creditur.

Quamvis veteres illos qui septimæ synodi interfuerunt, non de isto negotio, sed de idolis erigendis cogitasse ex historia Ecclesiastica constat, ita vt eorum testimonium exigui aut nullius sit ponderis, tamen etiã post illam synodum sincera de Eucharistiæ sacramento in Ecclesiis doctrina permansit. Et quod de sexta actione Græcorum istorum (scurriliter & impiè pro idololatria stabilienda litigantium) refert Vega, desumptum est ex disputatione priuati cuiusdam Epiphani, qui imaginũ patronus respõdet Gregorio cuidam, panẽ Eucharisticum imaginem Christi admodum idoneam esse cõtendenti. Epiphanius illa arrepta imaginis vucula, respondet neminem Patrum inuentũ nostrum sacrificium in memoriam passionis Christi & totius suæ dispensationis factum imaginem corporis illius dixisse. Fallacia est in voce imaginis: nã si hoc nomine nudã figurã asserat intelligit, de pane Eucharistico aliter sentimus, esse videlicet sigillũ nostrẽ cũ Christo cõmunionis: quo sèu rectè ab Augustino & Tertulliano figura corporis Christi appellatur. Duplex agnoscitur in Eucharistia res, terrena videlicet & cælestis, teste Irenæo: quarum vna ab altera distinguitur, & hæc alio modo quã illa suscipitur. Credunt orthodoxi verum corpus Christi sibi exhiberi, illud esse cibum mentis: panem symbolum cælestis illius gratiæ manu & ore sumunt: nec curiosis aut longè petitis locutionibus vtuntur vt mysterium illud capiant: sed verbis Christi adherentes, credunt panem esse corpus Christi, non autem Christi corpus sub specie panis contineri. Quomodo autem panis sit corpus Christi millies iam dictum est, & figuratum sermonem seu metonymiam sacramentalem nec in subiecto

nec in praedicatione, sed in copula EST constitui. Quem disputationis scopum quum Iesuita semper declinet, cogor ineptum assertorem sepius ad quaestionis stadium reuocare. Ut omnia in pauca conferamus, dicam cum Augustino serm. ad infantes:

*Quod videtur panis est & calix, quod etiam oculi renuntiant: quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix sanguis. Ista ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur & aliud intelligitur: quod videtur specie habet corporale; quod intelligitur, fructum habet spirituale.*

Quo sensu ergo panis imago dici possit, ex Augustino Vega discere potest.

Basilium deinde ait oblata ante consecrationem Antitypa vocare, sed post consecrationem corpus Domini vocantur & creduntur. Immo verò post consecrationem antitypa vocantur. Et quamuis in liturgiis istis Graecae & Latinae Ecclesiae, à Sancteio Borbonico, Pamelio & aliis in lucem prolatis, multa sint quibus missae Pontificiae profanationes refellere facile est: tamen quum ista consideratio iustum volumen requirat, ex anaphora seu liturgia Basilii, latinè à Sancteio edita, testimonium illud ex verbis post consecrationem recitatis profero, quae Basilii mentem aperiunt.

*Tu itaque (inquit) Deus noster qui sanctificas sacramenta ista, purgato nos ab omni inquinamento & carnis & spiritus, docetòque nos perficere quod factum est in timore tui, ut cum testimonio sincero conscientiae nostrae, facti participes sanctificationum tuarum, uniamur corpori & sanguini Christi tui, aptique simus ut ipse habitet in nobis secundum promissionem ipsius, sintque corda nostra pro hospitio illi bono spiritu. Ita, Deus noster, ne facias quenguam nostrum reum corporis & sanguinis Christi filii tui, neque egrum animo aut corpore, propterea quod indigni participemus sacrosancta mysteria: quin potius concede nobis, ut usque ad extremum nostrum spiritum placeamus tibi, habeamusque digni sumere salutaria sacramenta Domini & redem-*

ptoris nostri, &c.

Signa à rebus signatis manifestè distinguit, manducationis spiritualis meminit, de præsentia sub speciebus, de manducatione orali & aliis papisticis commentis (nondum etiam natis) perpetuum apud Basiliam & alios veteres Orthodoxos silentium.

6. Profert deinde & post principia collocat Vega Pontificiæ tyrannidis satellites qui in concilio Lateranensi, Romano, Vercellensi, Turonensi, Constantiensi, Florentino & Tridentino pro idolo abominationis aduersus Dei veritatem dimicarunt.

Quam Iesuitis, illis etiam Antichristi mancipiis opponimus refutationem, vt multas Babylonis macerías vna eadem manu diruamus.

A concilio ad sacros Ecclesiæ prioris post apostolos seculi doctores confugit Vega, vt illorum testimoniis ad pessimæ causæ patrocinium abutatur. In prima autem acie collocat discipulos S. Andree qui in vita eiusdem referunt,

*Christi Apostolum precipiente AÆgea vt idolis sacrificaret, respondisse, se in altari Omnipotenti Deo quotidie sacrificare agnum, qui cum sacrificatus est, & verè manducatus à populo, tamen integer & totus manet.*

De eiusmodi scriptis & sanctorum vitis possum meritò dicere quod extat distinct. 15. Can. 3. sancta.

*Cum hæc ad Catholicorū manus peruenerint, beati Pauli Apostoli sententia præcedat, Omnia probate, quod bonum est tenete.*

Præterea Abdias lib. 3. post. historiæ. colloquium D. Andree & Ægeæ describens, huius responsionis nequaquam meminit. Deinde, nihil in his verbis reperietur quod præsentiam papisticam inuehat. De sacrificio, suo loco, Deo iuuante agemus. Agnus verè manducatur à credentibus, quod si ore corpore ederetur, non integer & totus maneret, quicquid Iesuitæ de præsentia inuisibili visibilis corporis garrunt.

2. Iacobum apostolum ait assertor in liturgia,

*Panem Eucharisticum nominare Agnum Dei. Filium Patris, cuius litatum pro mundi vita: eundemque pa-*

*nem adorandum proponere, distribui sed non diuidi, fidelibus dari sed non consumi dicere.*

Nihil audio de præsentia carnis Christi sub panis specie; Panis Eucharisticus est corpus Christi, sacramentali modo; quo fit vt ad fidei Christianæ confirmationem signis rei significatæ nomen tribuitur. Negamus autem Apostolos panem Eucharisticum adorasse aut adorandum proposuisse: distributio autem & perceptio culus meminit ad spiritualement ipsius carnis Christi manducationem, non ad panis fractionem & esum referri liquidò constat. Porrò liturgiam istam Iacobi excutere non fert animus, cuius certè & stilus & res ipsæ grauitatem postolicam minime sapiunt. Quædam etiam habet quæ à fide historiarum remota sunt: præcationem enim continet pro iis qui in monasteriis degunt: quum nulla tamen essent D. Iacobi ætate extructa atque edificata monasteria. Eiusmodi nugæ omitto, quas otiosi homines populo Christiano, cui verbum Dei abscondebant, venditarunt. De his iam pridem Leo Romanus.

*Apocrypha scripture, (inquit) qua sub nominibus Apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdicienda, sed etiam penitus auferenda, atque ignibus tradenda.*

Cæterum, istius liturgiæ ea ratio est; vt populus diacono vulgari lingua respondeat, vt apparatus in discis & poculis tantus sit quantus toti Ecclesiæ sufficiat: vt ad mysteriorum perceptionem & communionem omnes conuocentur, & simul omnes percipiant. Vnde sequitur missas angulares, priuati sacrificii excommunicationem laicorum, sub altera specie communionem, panis adorationem, assuuationem, circungestationem, liturgiæ istius scriptori, fuisse incognitas.

3. De Martiale Burdegalensi, ante paucos annos in Gallia reperto, iure dubitare possemus. Vera autem & ab Apostolorum discipulo scripta esse fingamus quæ Vega præfert.

*Corpus & sanguinem Christi in vitam æternam offerri, & quod Iudæi per inuidiam immolauerunt, nos causa salutis in ara sanctificata proponere.*

Sacramentales sunt locutiones iste, signis rerum signatarum nomina

homen manifestè tribuentes. Si enim reale corpus Christi à Iudeis immolatum in ara sanctificata, id est ad sacrum illum usum parata mensa proponitur, vana est prorsus cruenti & incruenti sacrificii distinctio. Quid autem necesse est in his explicandis diutius immorari, quum Martialis seipsum capite sequenti (quod corruptit Vega) satis exponat dicens,

*Nolite unum & idem putare escam humanam, & diuinam, que nobis visibilis est, sed tamen in fide perfecta tota celestis. Per unam enim corpus, per alteram anima viuit.*

Quocunque se vertat Vega, vidit præsentiam inuisibilem à suis magistris confectam hic damnari. Quomodo autem esca diuina sit visibilis, nobis aperiat assertor. Vocatur autem panis esca diuina, quoniam corpus Christi (à quo anima saginatur) repræsentat & verè exhibet credentibus, non inclusione locali, sed veritate sacramentali, quam cum Vega ignoret, non mirum est si andatarum more in tenebris dimicet, & quæ Pontificios errores damnant profert in medium, vt se indefesse lectionis virum suis auditoribus probet.

4. Profert deinde Apostolorum (si credere fas est) discipulum Abdiã, qui certamen Matthæi Apostoli describès, ait,

*Post Missam retinuit se, vt iuxta altare, vbi corpus Christi ab eo fuerat confectum, illic Apostolicum Martyrium exultaret.*

Intelligit assertor conficere corpus Christi idem esse ac virtute verborum sacramentalium, vt vocant, panis substantiam in Christi corpus mutare, & corpus illud sub specie panis inclusum retinere. Aliter autem veteres de consecratione senserunt, & confectionis corporis Christi nomine intellexerunt, panem antea communem à fidelibus in cœtu altarium institutione Christi declarata, tunc ad usum sacrum applicari, ita vt sacramentaliter fiat corpus Christi. Conficere igitur corpus est panem prius communem ad eum usum consecrare, vt nobis repræsentet ipsissimum corpus Christi pro nobis crucifixum. Vnde Augustinus, in Ioann. tract. 80.

*Accedit (inquit) verbum ad elementum, & fit sacramentum. Vnde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Atque hoc est verbum fidei, quod nos predicamus.*

Ceterum Abdias iste & eiusmodi scriptores ab Augustino lib. 22. adu. Faustum cap. 69. Sutores fabularum appellantur.

Audiant autem Iespitæ, si aures ad audiendum habent, quid de Abdia libro Coloniae edito ante quadriennium scripserit D. Ioannes Molanus, qui se sacrae Theologiae Louanij professorem, Pontificium & regium librorum censorem appellat. Is enim lib. 1. de fide hæreticis seruanda, cap. 6. refutans Platonem quod scripserit Rempub. administrantibus mentiri licere, Origenem denique & Cassiani collatorem hunc errorem fouentes, addit:

*Sunt & alii quidam, sed obscuro, mendaciorum patroni. Inter quos est pseudo Abdias Babylonius, apud quem in vita Matthæi Euangelistæ legitur, frequenter etiam mendacium, cum per naturam suam malum sit, bonum fieri videtur ex causa. Sed meminisse (inquit,) oportet hos scriptores aut hæreticos, aut apocryphos, in Ecclesia iudicari.*

Hactenus Molanus. Nugas autem & blasphemias apocryphi atque hæretici istius scriptoris non miror Iesuitas (qui iam pridem depuduerunt) lectori obrudere. Hi sunt, Vega, Patres & doctores tui, quorum somnia utinam pia posteritas, perpetuo aboleat silentio.

5. Ignatius (subiicit assertor) Ioannis discipulus, hoc sacramentum modo panem Dei, panem caelestem, panem vite, modo carnem Christi filii Dei, &c. appellat.

Ref. Consequens Iesuiticum est sophisticum: Ergo caro Christi sub specie panis continetur. Fallacia est diuisionis, ignorantia elenchi, & mutatio questionis. Sacramentum constat signo & re significata. Signum sacramentaliter panis Dei & caro Christi dicitur. Oppositum rei significata est panis qui in ventrem descendit & consumitur. Res autem significata est verè panis cælestis & vitæ: panis Dominus & vera Christi caro. Recipimus Ignatii dicta, modò quæ signo & rei signatæ propria sunt tribuantur, & quæ figuratè dicta sunt iuxta fidei analogiam & sacramentorum naturam ac doctrinam explicentur: alioquin & Ignatium & alios Patres non Christi sed Capernaitarum & Cycloperum sensum habuisse nemo (nisi sit stupidus & idololatra) negabit.

6. Dionysius Areopagita postremum apud Vegam inter prioris seculi Theologos tenet locum, cuius hæc verba profert.

*Per veneranda mysteria, sancto altari imposita, Christus signatur ut sumitur. Item, Pontifex sancta & augustissima mysteria conficit, & venerandis operta signis reuerenter ostendit, deinde adorat petendo, ut aperto lucis suæ fulgore Christus spirituales oculos sui populi impleat.*

Dionysium illum esse Pauli discipulū Erasmus & alii Theologi doctissimi negant. Autor hierarchiæ Ecclesiasticæ, (quæ Areopagitum cognominatur) mysteriorum meminit quibus Christus signatur & sumitur. Signa igitur à rebus signatis distinguit, quæ signa nō sunt accidentia sine subiecto: alioquin Dionysii distinctio falsa esset. De mysteriorum consecratione seu sacramentali benedictione antea dictum est. Adoratio autem cuius mentio fit non ad symbola refertur, sed ad Christum ipsum, ut sequentia verba ostendunt. Quorsum enim peteret Ecclesiæ minister ut spirituales oculi luce cælesti illuminarentur, si Christus sub panis specie esset querendus?

Ista autem quæ Vega in medium produxit in exemplari meo, Lugduni apud Rouiliū excuso non reperi.

Sed Areopagitam Areopagitæ (nescio qua fide citato) opponere operæ pretium est, ut assertor Vilnensis habeat quod meditetur: Inter cætera ergo, cap. 3. eccl. hierarch. in quo de



sacramento collectionis seu communionis agitur,

*Pontifex (inquit) sacros psalmos canere incipit, canunt que cum eo omnes Ecclesiastici ordines. Deinceps à ministris sanctorum librorum lectio ordine recitatur. Post, extra templi ambitum collocantur catechumeni, & unà cū eis energumeni, atque ii qui pœnitentiam agunt: manent autem ii qui diuinarum rerum respectu & communionem digni sunt.*

Deinde sequitur,

*Et donis diuinorum operum monstratis ad sacramentorum communionem, & venit ipse & inuitat alios.*

Et paulò post:

*Pane qui opertus erat & integer aperto, atque in multas partes fracto, & unico calice diuiso inter omnes symbolicè unitatem multiplicat. Sumpta autem dataque aliis diuina communionem, una cum Ecclesia ordine in sacram gratiarum actionem desinit.*

Et in meditatione sequenti inter multa scribit,

*Muneribus sacris, id est, signis sacramentalibus, Iesum Christum, dum eum subicit oculis qui est vita nostra, quasi in signis describit & designat sensuum iudicio.*

Paulò post,

*Hæc est generalis & catholica rerum diuinarum descriptio & ordo, ut primum pontifex participet, satieturque iis que diuinitus (i. ex Christi filii Dei mandato & prescripto, ceu gratiæ & vite symbola) daturus est: deinde ita demum ea etiam cum aliis communicet.*

Videat Pseudo catholicus Vega quò hæc Arcopagitz dicta cum missa & præsentia papistica conueniant: ac deinceps in euol-

in euoluendis ac citandis aliorum scriptis meliorem mentem adferat.

Ad Theologos secundi seculi accedamus.

*Anacletus* (inquit) *Sacerdotes sacri Domini corporis tractatores vocat.*

Ref. Ecclesie ministros tractare, frangere, distribuere corpus Domini, id est panem Eucharisticum, qui sacramentali modo est corpus Domini. Concedimus. Nā reale Christi corpus sursum est & cælo cōtinetur, vt tota orthodoxa & erudita vetustas piè docuit. Malè concludit igitur assertor: sacerdotes tractant corpus Domini, Ergo corpus illud sub specie panis continetur. Fallacia est in voce corpus. Priori loco intelligitur panis Domini, qui sacramentaliter est corpus: posteriore, panis Domini, & realis Christi caro.

2. *Alexander Pontifex* (inquit *Vega*) *Oblationem que omnes excellit (quia in sacrificiis nihil maius esse potest quam corpus & sanguis Christi) docet ab omnibus venerandam esse, vt eius, cuius corpus conficitur, passio celebretur.*

Ref. Symbola sacra veneramur, & summa cum reuerentia sumimus, ceu efficaces tesseras & sigilla nostræ cum Christo & eius Ecclesia communionis. Ad cœnam Christi accedunt

Christiani, vt memoriam dominicæ passionis celebrent. Panis conficitur corpus Christi, id est in eum vsus consecratur, vt sit symbolum corporis Christi, analogia sacramentis vilitata. Quid ista autem ad commentum papisticū de carnis Christi sub specie panis locali inclusione?

3. *Pius primus ait* (referente *Vega*) *Si de sanguine Christi aliquid stillauerit in terram, lingua lambatur, & sacerdotem quadraginta dierum poenitentiam agat.*

Ref. Non puto Vegam ita insanire, vt sanguinem ipsissimum Christi in terram stillare posse credat, aut lingua lambi debere. Nec ita delirauit Pius primus vt corpus Christi mortis doloribus & sanguinis effusioni obnoxium esse crederet. Sanguis i. vinum quod sacramentaliter sanguis est in terram effundi potest. Quod de inuisibilis sanguinis sub vini

effusione garrunt matæologi nullo modo consistere potest.

Quid enim lambitur? Sanguis : ergo visibilis & sensibilis. Alioquin Iesuitica ars differendi contraria in eodem subiecto simul & semel, cœlum denique terræ miscebit.

Porro auctoritatem & veritatem epistolarum decretalium quæ Anacleto, Alexandro, Pio primo, Telesphoro, & aliis Romanis episcopis, in præsentia intactam relinquimus: quum tamen in eis non pauca sint quæ huius seculi lucem & eruditionem minimè sapiant. Sed sint sanè ab illis Episcopis conscriptæ: attamen quod ex eis colligit Vega minimè consequitur.

4. Telesphorum omittebam, cuius testimonio præsentiam carnalem probare contendit Iesuita, quod ille,

*Sacerdotes proprio ore Domini corpus conficientes audiendos & timendos esse asserit.*

Res. Iterum dico malè colligi, sacerdotes conficiunt ore corpus Domini. Ergo corpus Domini sub specie panis continetur. Plus est in conclusione quàm in præmissis. Perpetua ignoratione eî chi laborat Vega. Duplici homoonymia ludit, ignorans, nimirum, quid sit conficere, & quod duplex sit corpus, sacramentale nimirum, & reale quod non ore corporeo sed mentis sumitur, ut etiam sursum est.

Quum verò ista nullies repetita sint, ad alia veterum testimonia accedamus.

5. Iustinus martyr, circa finem Apol. 2. pro Christianis.

*Cibum illum (inquit, Vega referente) Eucharistia, qui per preces sermonis, quem à Christo accepimus consecratus est, ipsius Iesu Christi incarnati carnem & sanguinem esse sumus edocti. Quia Apostoli in commentariis suis, quæ Euangelia dicuntur, ita sibi Christum dixisse tradiderunt.*

Res. Iesuiticè agit Vega, mutila quædam proferens ut incautos decipiat. Locum Iustini adscribam, à Gelenio, viro docto, conuersum, ut Lector Christianus de hac controuersia certius iudicare queat.

*Absoluta (inquit) gratiarum actione præsulis, &*

ominatione totius plebis, diaconi quos vocamus, dant singulis presentibus partem panis & calicis diluti, super quos facta est gratiarum acta, atque etiam deferre sinunt absentibus. Hoc autem alimentum apud nos vocatur Eucharistia: ad quod nemo admittitur nisi qui credit veram esse nostram doctrinam, absolutus regenerationis lauacro in remissionem peccatorum, & sic viuens ut Christus docuit. Non enim ut vulgarem panem & vulgare poculum hæc sumimus: sed quemadmodum per verbum Dei caro factus Iesus Christus seruator noster carnem & sanguinem pro salute nostra habuit, sic etiam per verbum precationis, sacramentum ab ipso alimentum quæ mutata nutrit nostras carnes & sanguinem, illius incarnati Iesu carnem & sanguinem esse didicimus. Nam Apostoli in suis scriptis, quæ vocantur Euangelia, sic sibi mandasse Iesum tradiderunt: sumpto pane, actis que gratis dixisse, hoc facite in mei memoriam, hoc est corpus meum, similiter sumpto poculo, actisque gratis, dixisse: Hic est sanguis meus.

Nullam audio carnis Christi sub panis specie presentiam. Audio panem & vinum mutari, & nutrire carnes nostras & sanguinem post benedictionem, cum iam ex verbo Dei gratiarum actio seu consecratio facta sit, seu declaratio institutionis Christi & applicatio symbolorum ad usum sacrum, ut sint videlicet coniunctionis nostre cum Christo tessera & sigilla. Non agit Iustinus quid antea aut ex pane aut ex vino fiat: sed quid fiat ex illis, cum iam facta sint sacramentum. Eucharistia panis vocatur, cum tamen re vera panis non sit gratiarum actio. Verum ab effectu, vel potius à re coniuncta ita appellatur. Est corpus & sanguis Christi: sed suo modo, nempe ut sepius dictum est, sacramentaliter, quum videlicet symbola (ad fidei Christianæ plenissimam confirmationem) notantur nominibus rerum cælestium, quæ non nisi virtute Spiritus & ore mentis, id est viua fide percipiuntur ad vitam æ-

ternam.

6. *Irenaeus lib. 4. cap. 32. (inquit Vega,) Christum ex creatura panis, & ex calice per gratiarum actionem corpus & sanguinem suum fecisse, confiterur: atque ex corporis veritate in hoc sacramento, contra infideles, incarnationem & diuinitatem Christi & resurrectionem carnis luculenter probat.*

Ref. Irenaeus, panem sacramentalem dicit esse corpus Christi & vinum eius sanguinem: de praesentia autem corporis sub panis specie, nullum verbum. Veritatem corporis Christi in eius sacra mensa agnoscimus cum Ireneo. Consequens leuiticum vt planè sophisticum & futile, repudiamus. Ad Irenaeum ipsum prouoco, cuius haec sunt verba.

*Dominus suis discipulis dans consilium, primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt ipsi nec infructuosi nec ingrati sint, eum qui ex creatura panis est accepit, & gratias egit dicens, hoc est corpus meum. Et calicè similiter, qui est ex ea creatura quae est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, &c.*

De oblatione suo loco agetur. In praesentia, iudicet Christianus lector, quae fronte Vega locum Irenaei pro praesentia carnali & locali in medium attulerit.

7. Subicit Vega Tertullianum non aliter hac de re sentire, cum lib. de resurrectione carnis ita scribit:

*Caro abluitur, vt anima emaculetur: caro ungitur vt anima consecretur: caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt anima de Deo saginetur,*

Ref. Carnis nomine corpus Christiani baptizati, & mensae Domini communicantis intelligi Iesu ita concedet ni fallor. Carnem autem seu corpus Christiani visibiliter seu invisibiliter abluere reali effusione & distillatione sanguinis Christi nemo nisi Capernaita aut cyclops asseret. Nec scholastici doctores

doctores docent reali sanguine Christi corpora baptizatorū  
 abluī. Quod si *κατὰ τὴν πίστιν* exponendum illud est, etiam ipse  
 Christus in baptismo erit induendus, & horrenda contingen-  
 tur idola. Abluitur caro sanguine Christi, eodem modo quo  
 corpore & sanguine Christi vescitur, sacramentali videlicet:  
 nam baptismi aqua est lavacrum regenerationis, eo modo quo  
 cœnæ panis & vinum est corpus ac sanguis Domini. Præterea  
 cur animę meminit Tertullianus? nimirum ut communica-  
 tionem oralem signorum, & spiritualem rerum signatarum  
 evidentius exprimeret. Alioquin erat dicendum caro corpo-  
 re Christi vescitur & de Deo saginatur: caro abluitur & ema-  
 culatur. Quemadmodum verò ablutio peccatorum in anima  
 fit, & fide apprehenditur: ita certitudo salutis & vita illa æter-  
 na quæ Christi communicatio magis ac magis in animis nostris  
 instillat sensibus corporeis minimè obicitur, nec medus ter-  
 renis apprehenditur. Nec symbolis viuisibilibus nos adherere  
 conuenit, sed sursum animos erigentes saginari de Christo  
 Deo & homine, qui non est cibus ventris, sed mentis, ut læ-  
 pius dictum est. Fallax est igitur & subdolum quod asserit  
 Vega, Quemadmodum sacramenta quæ primo loco ponit  
 Tertullianus verè corpus ipsam & animam attingunt: ita etiã  
 corpus Christi non animæ tantum, sed ipsius quoque corpo-  
 ris cibus est. Si corporis cibus: ergo impij ad mensam acce-  
 dentes corpus Christi comedunt. Respondeat Augustinus,  
 referente Gratiano, de consec. dist. 2. Qui discordat à Christo  
 non manducat carnem eius nec bibit sanguinem: etsi tantæ  
 rei sacramentum ad iudicium suæ perditionis quotidie acci-  
 pit. Sed de manducatione suo loco. Confundit perpetuò no-  
 stiter assertor res terrenas & cælestes, analogiam signorum &  
 rerum, statum disputationis: & quones corporis sic mentio,  
 locutio: quibus sacramentalibus omnibus, inuisibilem, id est præ-  
 sentiam non presentiam, manducationem item oralem, id est  
 vel capernaiticam prorsus, potius planè chimericam sibi fa-  
 bricat. Eiusdem momenti est quod ait Tertullianum variis  
 locis panem sacramentalem corpus Christi esse & ab idolorū  
 fabris etiam contrectari commendit. Concedo, nec infertiam  
 Iesuiticam in torquendis veterum (& Tertulliani præcipuè)  
 scriptis hoc loco traducere fert animus, sed quod infert Iesui-  
 ta, corpus Christi sub pane contineri, pernego. Idolorum fa-

bri & patroni viuificum Christi corpus pro Ecclesia Dei crucifixum realiter contrectare nemo nisi profanus afferet. Sola fidei manu, solis Dei electis data, apprehenditur. Fide in cordibus eorum habitat. Ephes. 2. Contra Tertullianus. lib. 1. contra Marcionem, ait Christum non abieciſſe creaturam ſuam: illo enim repræſentariſſe corpus ſuum. Et lib. 4. ad eundem, panem Eucharifticum vocat figuram corporis Chriſti. Et lib. de Trinitate. Si homo tantummodo Chriſtus, quomodo adest vbique inuocatus, cum hæc hominis natura non ſit, ſed Dei, vt a deſſe omni loco poſſit? Sed de Tertulliani & aliorum veterum Theologorum orthodoxo conſenſu in cœnæ Domini negotio varia extant ſcripta edita, quibus Vegam reſpondere oportuit, antequã ad theſes parturiendas accederet.

*Terti ſeculi Patres, quos papiftici erroris Vega patronos eſſe iubet, auaiamus.*

1. Origenem priore loco collocat, cuiusque teſtimonia proferat ex Homil. 6. in diuerſ. Homil. 38. in Lucam, lib. 8. contra Celſum. Homil. 7. in Numer. Homil. 2. in Iſaac: Quorum prius ſic à Vega recitatur.

*Quando vite pane & poculo fruereſ, manducas & bibiſ corpus & ſanguinem Domini. Tunc Dominus ſub teclum tuum ingreditur.*

Perpetuam petitionem principij, ignorationem elenchij homonymiam, conſuſionem aliud aſſumentem, aliãque Vegæ ſophiſmata omittimus. Tãtũ dico Ieſuitam neſcire velle cur panis ſacramentalis vitæ panis dicitur: duplicem manducationem ab Origene conſtituit: Teclum nomen eſſe homonymõ & tum reſpectu corporis, tum animæ, ſed ſenſu diuerſo poſſe dici. Porro, vt Vegam perditæ & deploratæ cauſæ aſſertorem eſſe liquidõ conſtat, vt qui nihil niſi prauatum & myſtilum proferat, turpique vulnere laceros & deformes teſtes, nihil tale meritos, adducat in medium: præſtat ipſiſ Origenis verba proferre, non ex homilia 6. (in qua manducationis Chriſti nulla mentio) ſed homil. 5. Genebrardo Sorboſico interpret.

*Sed & hoc (inquit) nullum noſtrum pertranſeat ſi-*

cut pusillum aliquod, quod dixit iste centurio: non sum dignus, ut sub tectum meum intres. Inerat & nunc Dominus sub tectum credentium duplici figura vel more. Nunc enim quando sancti & Deo acceptabiles Ecclesiarum antistes sub tectum tuum intrant, tunc ibidem per eos Dominus ingreditur. Et tu sic existimes tanquam Dominum suscipiens. Et aliud: quando sanctum cibum illudque incorruptum accipis epulum, quando vite pane & poculo fruieris, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humilians, te metipsum imitare hunc centurionem, & dicito, Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum.

Paulò antè autem his verbis Origenes addidit:

*Sed tantum dic verbo, sed tantum veni verbo: verbum aspectus tuus est, opusque est consummatum. Quò-  
obrem dic verbo, ostende absens corpore quod presens  
spiritu consummare potes.*

Si ex his verbis, Nò sum dignus ut intres sub tectum meum, Vega infert Christi corpus in ora nostra realiter intrare, tum etiam illud corpus domos nostras & per antistitum pedes & des ex terrestri materia constitutas inire, defendat necesse est. Sed orthodoxi Theologi Christi corpus in nostra corpora intrare negant. Ambrosius, referente Gratiano, de conf. dist. 2,

*Non iste panis est qui vadit in ventrem, sed panis  
vite eterne, qui anima nostra substantiam fulcit.*

Cyprianus, de cena Domini,

*Christi corpus anime non ventris esse cibum scribit.*

Origenes ipse, homil. i. in diuersos ait,

*Per Euangelistarum predicationem, per sui corporis sa-  
cramen-*



cramentum, per gloriosa crucis signaculum nobiscum  
Deus, & ad nos, & in nobis.

Et homil. 2.

*Fideles credunt aduentum verbi, & libenter reci-  
piunt Dominum suum.*

Eodem sensu Augustinus scribit Serm. 11. in apoc.

*Sancti qui sunt in Ecclesia accipiunt Christum in  
manu & in fronte.*

Tertullianus, de poenitentia:

*Quare ad fratrem genua protendis, Christum correctas.*

Quemadmodum ergo ad nos Christus per pium ministrum,  
per verbum, per baptismi sacramentum, per pauperes acce-  
dit: eodem modo per corporis sanguinisque sui sacramentum  
in nos ingreditur: eodem inquam, non alio quouis.

Alter locus Origenis à Vega citatus, ad marginem, ex ho-  
mil. 38. in Lucam, hæc habet.

*Miratur scriptura reginam Sabæ venisse ab extre-  
mo terra audire sapientiam Salomonis, quæ cum vidisset  
prandium, & suppellectilem, & ministeria domus  
eius, obstupuit, & tota in miraculo fuit. Nos si tantas  
Domini nostri opes, tantam sermonis suppellectilem & a-  
bundantiam doctrinarum non libenter amplectimur,  
si non comedimus panem vite, si non carnibus Christi  
vescimur & cruore potamur, si contemnimus dapes sal-  
uatoris nostri, scire debemus quod habeat Deus seue-  
ritatem & benignitatem.*

Hætenus Origenes,

Mirum sanè Iesuitæ acumen, qui ex his verbis præsentiam  
carnis Christi sub panis specie fabricat, confundens typum &  
veritatem Salomonis cælestis. Carne Christi vescimur, sed o-  
re fidei sumpta. Ostendat assertor carnem illam sub pane in-  
clusam ex verbis Origenis, aut fucum lectori facere desinat.  
Quum verò opum & suppellectilis sermonis Domini memi-  
nit, qui sit ut figuratum sermonem in tota illa periodo Vega  
non agnoscat?

Tertius locus ex lib. 8. contra Celsum, in quo de mēsa Domini fit mentio duobus tantum locis, nisi me oculi fallunt. Priore, dicit,

*Quisquis cogitat pascha nostram immolatum esse Chrystum, celebrandūque hoc festum edendo carnem verbi, nunquam non pascha facit, quod interpretatur ac si dicas Transitus, transitus semper ratione omnique agitatione atque actione ad Deum à negotiis secularibus, & ad ciuitatem eius festinans.*

Post: riore loco dicit Origenes,

*Hoc tantum cauemus, ne ingrati erga Deum habeamur, cuius beneficiis sumus referti, &c. Habemus autem eius gratiarum actionis symbolum, panem qui Eucharistia vocatur.*

Alium locum ex eodem lib. citat Martyr, obiecto 168. pariter his verbis.

*Vbi pro collatis in nos beneficiis gratias diximus, oblati panibus vescimur, qui per precem sanctum corpus sunt & sanctificans eos qui pura mente utuntur:*

Panis fit corpus sacramentali modo, vt toties iam dictum est. Ista autem si fauent dogmati Iesuatico, veritatem mendacii fauorem esse fateor.

Quartus locus, collectus est ex Homil. 7. in Numer. quem Vega mutilum profert. Ait enim ex Origene,

*Manna in enigmate cibus erat: nunc autem in specie caro verbi Dei verus est cibus.*

Addamus præcedentia verba.

*Nunc in specie Petra Christus est. Nunc enim ad os loquitur per legem Deus. Antea in enigmate fuit baptisimus in nube & in mari, nunc autem in specie regeneratio est in aqua & spiritu sancto. Tunc in enigmate erat manna cibus, &c.*

Nova & praeinaudita aenigmata nobis cudit assertor Vileſſis, quæ si vera sunt, Christus erit rupes ipsa, Deus erit visibilis, regeneratio palpabilis: & aquæ baptismi tribuendū erit, quod soli sanguini Christi deberur. Absurda & impossibilia.

Postremus locus ex Homil. 2. in lib. Iosue, ita habet:

*Cum videris introire gentes ad finem Ecclesie, extrui altaria, non cruore pecudum respergi, sed precioso Christi sanguine comparari, i. ornari, &c.*

Ex his concludit corpus Christi sub specie panis contineri. Primum autem meritò possem retere, Iesuicas sanguinem Christi nihili facere, ut qui de vini specie in altari referuanda minimè sint solliciti. Deinde commentum illud papisticum de referuatione panis ac circungestatione post tempora Origenis natum esse Orthodoxi Theologi ex Ecclesie historia abundè docuerunt. Postremo alludit Origenes ad celebrationem cœnæ Dominicæ, in qua fatemur mesam ornari symbolis illis mysticis, quibus rerum significatarum nomina tribuuntur. Res autem ipsas in terra minimè quæsiuit Origenes qui eadem homilia scribit.

*Si usque ad Christum sederem in dextra Dei peneris fide, vitæ puritate, virtute, & illis vestigiis pedum tuorum quæ lauit Iesus, illum locum incesseris, dabit tibi eum Deus, dum non solum hæres efficieris Dei sed & cohæres Christi.*

Alia Origenis testimonia adu. Pontificios errores, de præsentia & manducatione orali extant in doct. ill. illa Martyris defensione, parte prima, Obiect. 162. usque ad 170. quæ lectori expendenda relinquo, ut ad alios Vega testes, non iure vocatos, sed maxima cum iniuria corruptos & mutilatos. Cyprianus, (inquit) plurimus est in asserenda hac veritate (de præsentia carnis Christi sub specie panis) sed breuitatis causa lat fuerit vnum aut alterum locum produxisse.

Audiamus igitur quid Vega ex Cypriano proferat, primum ex sermone de cœna Domini, deinde ex 5. Sermon. seu tractatu de lapsis.

*Dominus usque hodie hoc sanctissimum & veracissimum suum corpus creat, & sanctificat, & benedicit, & pie sumentibus diuidit.*

*Quod non statim Domini corpus inquinatis manibus accipiat & ore polluto sanguinem bibat sacrilegus, sacerdotibus irascitur,*

*Vis infertur corpori Domini, & plus in Dominum manibus atque ore delinquunt, quam si Dominum negauissent.*

Ref. Ad primum testimonium. Proprium Christi corpus nec creatur, nec sanctificatur, nec benedicitur, nec diuiditur. Ergo de pane cui corporis nomen sacramentali modo tribuitur, sermo est apud Cyprianum, qui verbis Christi (accepit panem, benedixit, fregit, dedit discipulis, dicens Hoc est corpus) adhærens, corpus creatum panem appellat, quoniam ex pane communi fit corpus Christi, sacramentaliter videlicet. Hanc porro regulam ex Cypriano ipso desumptam, Serm. de chrismate, lectori proponamus, ut res tota fiat illustrior.

*Dedit (inquit) Dominus noster in mensa, in qua ultimum cum Apostolis participauit conuiuium, panem & vinum: in cruce vero manibus militum corpus tradidit vulnerandum: ut in Apostolis impressa sincera veritas & vera sinceritas exponeret Genibus, quomodo vinum & panis caro esset & sanguis: & quibus rationibus causa effectibus conuenirent, & diuersa nomina vel species ad vnā reducerentur essentiam, & significantia & significata iisdem vocabulis censerentur. His superna gratiæ priuilegiis esu sanctificati panis resecti, loti & uncti, non eam quam amiserunt, sed ampliore & digniore receperunt libertatem.*

Explicationem huius regulæ habet Christianus lector apud Martyrem obiect. 174. defens. part. 1. cuius summa hæc est, panis & vini substantiam à corpore & sanguine distinguit

panem & vinum esse corpus & sanguinem non re ipsa, sed figura & significatione? Diuersa nomina vt panis, vinum, caro, sanguis, ad essentiam sacramenti referri: totum enim sacramentum constat signis & rebus significatis: vt si tota sacramenti essentia consideretur, eam hisce rebus constare non dubitemus. Neque tamen ex eo conficitur, res ipsas idcirco oportere cum signis re ipsa præsentem esse. Sunt enim relatiua quæ dicuntur ad eandem essentiam reuocari, quod alterum sine altero neque definiti neque cognosci queat. Ex quo sequitur illud quod Cyprianus vltimo loco posuit, vt propter tam arctam rerum & signorum connexionem nomina facile permulentur, & symbola ipsa nominibus rerum significatarum nuncupentur: vtque è diuerso proprietates & nomina elementorum ad ipsa significata transferantur.

Ne autem Iesuitæ toties à me repetitam enuntiationem de pane Domini, quem panem Dominum sacramentali modo fieri, sanctificari, benedici & diuidi falsus sum, ceu nouam rideant, Bedæ cognomento venerabilis, ( qui ante 850. annos floruit ) testimonium profero. Is in ocl. Epiphaniæ:

*Panis ( ait ) & vini natura in sacramentum carnis & sanguinis Christi ineffabili spiritus sanctificatione transfertur.*

Anteà autem Augustinus,

*Quid est Baptismus? Lauacrum aque in verbo. Tolle aquam, non est Baptismus: tolle verbum, non est Baptismus. Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedat verbum ad elementum & fit sacramentum, etiam ipsum, tãquam visibile verbum. Vnde autem illa tanta virtus aque, vt corpus tangat, & cor ablumat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens.*

Verba autem illa ad alterum noui Testamenti sacramentũ accommodare licet hoc modo. Quid est cœna? Communio panis &

panis & vini in verbo. Tollo panis & vini substantiam, nō est cœna: tolle verbum, nō est cœna: detrahe verbum, & quid sūt panis & vinum, nisi cibi communes? Accedat verbum ad elementa & fiunt sacramenta seu symbola corporis & sanguinis Christi. Vnde autem illa tanta virtus panis & vini, vt in os intrent, & animam nutriant, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur.

*Soler autem (vt idem Theologus scribit lib 3. in Leuiticum) res quæ significat eius rei nomine quam significat nuncupari.*

*Et tract. 67. in Ioann.*

*Nō dictum est, Petra significabat Christum, sed Petra erat Christus. Ita enim solet scriptura loqui, vt res significantes, tanquam illis quæ significantur, appellet.*

*Item, Epist. 102.*

*Nec moueat, quod aliquando res quæ significat, nomen eius rei quam significat, accipit. Sic enim & Petra Christus, quia significat Christum.*

*Vt paucis concludam.*

*Si sacramenta (inquit August. Epist. 23.) quandam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerūque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quendam modum sacramentum corporis Christi, corpus Christi est: sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est: ita sacramentum fidei fides est.*

*Et Gratianus ex Augustino de Consec. dist. 2.*

*Celestem Eucharistie panem, qui re vera est sacramentum corporis Christi, suo modo corpus Christi vocari dicit: quemadmodum immolatio carnis in sacramē-*

*to, quae sacerdotis sit manibus, Christi passio, crucifixio, mors vocatur, non rei veritate, sed significatē mysterio.*

Ad Cyprianum reuertor, cuius si mens & consilium in illo tractatu de cœna Domini attentè expēdatur, nihil inde profecti posse confido quod Vegeæ assertiones fulciat. Immo verò multa colligere facillè est quæ Iesuiticos errores de carnali præsentia & manducatione euertunt: cuiusmodi sunt quæ sequuntur.

*Ex consueto rerum effectu fidei nostrae adiuta infirmitas, sensibili argumento edocta est visibilibus sacramentis inesse vitæ aeternæ efficaciam, & nō tā corporali quam spiritali trāsitione Christo nos vniri. Ipse enim & panis, & caro, & sanguis, idem cibus, & substantia, & vita factus est Ecclesie suae quam corpus suū appellauit, dās ei participationem spiritus. Itē, Nōstra & Christi coniunctio nec miscet personas, nec vnit substantias: sed affectus consociat & cōfœderat voluntates. Itē, dixerat sanè Christus, huius traditionis magister, quod nisi manducaremus eius carnem, & biberemus eius sanguinem, non haberemus vitam in nobis: spiritali nos instruens documento, & aperiens ad rem adeo abditā intellectum, vt sciremus quod mansio nostra in ipso sit manducatio, & potus quasi quadam incorporatio, subiectis obsequiis, voluntatibus iunctis, affectibus vnitus. Esus igitur carnis huius, quadam auuiditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso, per quod sic imprimimus & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, vt habeat palato nostro & visceribus sapor dilectionis infusus, penetrans & imbuens omnes animæ corporisque recessus. Potus & esus ad eandem pertinent ratione: quibus sicut corpore a nutritur substantia, & viuunt, & incolumis perseuerat, ita vita spiritus hoc proprio alimento nutritur: & quod est esca carni, hoc anima est fides:*

*quod cibus corpori, hoc verbum spiritui, excellentiori virtute pergens aternaliter, quod agunt alimenta carnalia temporaliter & finaliter.*

Et vt locum à Vega citatum propiùs attingam, præcedentia Cypriani verba reperere necesse est, quibus de conscientia Iesuitica facile erit ferre iudicium.

*Verù (inquit Cyprianus) hi qui verbo tenus, corde sicci & mente aridi sacris intersunt, vel etiam participant donis, lambunt quidem Petram, sed inde nec mel sugunt nec oleum: qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec spiritus sancti pinguedine vegetantur, nec se iudicant, nec sacramenta diiudicant: sed sicut cibus cõmunibus irreuerenter sacris vtuntur muneribus, & Dominica mensa in veste lutulenta se ingerunt impudenter, quibus melius erat mola asinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota conscientia de manu Domini buccellam accipere, qui vsque hodie hoc veracissimum & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & piè sumentibus diuidit.*

Distinguit Petram à melle & oleo, vt Augustinus Panem Domini à pane Domino, alludens ad Iudæ proditoris communionem, qui buccellam panis non ipsum Christum percipit.

Ad alterum testimonium ex Cypriano, serm. 5. de lapsis, prolatum, respondeo hęc, sicut & omnibus aliis argumentis & auctoritatibus patrum, assertorem perpetuo petitionis principii sophismate ludere. In omnes serè elenchos sophisticos incidere, nempe in homonymiam, amphiboliã, cõpositionis, diuisionis, figurę, dictionis, accidentis & dicti ex parte fallaciã. Omitto ignorationes elenchi, & consequentia absurda, de quibus, & aliorum Iesuitarum sophismatibus, si quis commentarium edere velit, nã is Aristotelis elenchos illustrabit, & apud Theologiã candidatos magnam inibit gratiam. Vega statum disputationis inuertens de impiorum manducatione agit. Cui responsum velum verbis Augustini contra Faustum



Manich. lib. 19. cap. 12.

*Soli (inquit) Catholici non solum sacramento, sed re ipsa manducauerunt corpus Christi, in ipso scilicet eius corporis constituti: de quo corpore ait Apostolus, unus panis unum corpus multi sumus. Qui ergo est in eius corporis unitate, id est in Christianorum compage membrorum, cuius corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueuerunt, ipse verè dicendus est māducare corpus Christi, & bibere sanguinem Christi. Ac per hoc heretici & schismatici ab unitate huius corporis separati, possunt idem percipere sacramentum, sed sibi non vtile, immo verò etiam noxium, & c.*

Et tract. 26. in Ioannem,

*Qui non manet in Christo, & in quo nō manet Christus, proculdubio nec manducat spiritaliter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi: sed magis tanta rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit.*

Ex his & similibus dictis, colligo Cyprianū nomine corporis & sanguinis panem & calicem, quibus rerum significatarum nomina imponuntur, intelligere: alioquin absurda & impia inde consequentur, videlicet corpus Christi exangue, infirmū impiorū ludibriis & violētis esse expositū. Quin & eodem tractatu. Cyprianum signum à signato distinguere, & eadem quæ Augustinus tradere comperiemus. De apostatis enim loquens, ait,

*A diaboli aris reuertentes, ad sanctum Domini sordidis & infectis nidore manibus accedunt.*

Sanctum Domini & sanctus Dominus distinguuntur. Sanctum enim Domini panis sacramentalis est, quem postea Domini

mini corpus faucibus impiis inuasum appellat. Eodem libro,

*Cum quaedam (inquit) arcam suam, in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tetasset aperire, igne inde surgente deterrita est, ne auderet attingere. Et alius qui & ipse maculatus, sacrificio à sacerdote celebrato, partem cum ceteris ausus est latenter accipere. sanctum (i. sacramentum seu symbolum sacrum) Domini edere & contrectare non potuit: cinerem ferre se apertis manibus inuenit.*

Reale corpus Christi in cinerem versum esse nescio an Vega affirmare ausit. Sed obiiciet, sequentia Cypriani verba errorem papisticum tueri: subdit etenim,

*Documento vnus ostensum est, Dominum recedere quum negatur: nec immerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem, sanctitate fugiente, mutetur.*

Hæc equidem ad præcedentium sensum & analogiam referri debere candidus & Christianus lector facillè perspiciet. Gratia igitur salutaris idem est ac sanctum Domini, i. symbolum sigillum ac efficax tessera vnionis Christianorum cum Iesu Christo: quæ gratia mutata est in cinerem, sanctitate fugiente, id est Domino usu illo priuante panem sacrum, qui tunc apostatæ istius hypocrisis panis communis, & miraculo quodam (vt pii in officio & sincero Dei cultu arctius retinebantur) cinis euasit.

Paulò antè, de puellula quadam agens Cyprianus, dixerat,

*Vbi solennibus adimpletis calicem diaconus offerre presentibus cœpit, & accipientibus ceteris locus eius aduenit, faciem suam paruula instinctu diuina maiestatis auertere, os labiis obturantibus premere, calicem recusare. Persistit tamen diaconus, & reluctanti licet, de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus*

*& vomitus. In corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini sanguine potus de pollutis visceribus erupit.*

Adamas & illud ex sermone de coena Domini, ut nugatoris Vegæ vanitas magis ac magis euincatur,

*(Hac (inquit) quotiens agimus, non dentes ad mordendum acurimus, sed fide sincera panem sanctum frangimus & partimur: dum quod diuinum & quod humanum est, distinguimus & separamus, itemque simul separata iungentes unum Deum & hominem fatemur. Sed & nos ipsi corpus eius effecti, sacramento & re sacramenti capiti nostro connectimur, & unimur singuli alter alterius membra, ministerium dilectionis pro inuicem exhibentes, communicamus charitate, participamus sollicitudine, eundem cibum manducantes, & eundem potum bibentes qui de Petra spirituali profluit & promanat, qui cibus & potus est Dominus noster Iesus Christus.*

Nullum verbum in Cypriani scriptis de præsentia sub panis & vini specie, de masticatione carnis realis ore corporeo. Itaque nullus sunt momenti ea quæ pro papistici erroris patrocinio ex Christi fide martyre assertor Vilenſis corradere conatus est.

Trium post Apostolorum tempora seculorum Theologis nonnullis in medium productis, subiicit Vega, sed & qui quarto seculo floruerunt sancti Patres catholicam hanc veritatem (videlicet Christi corpus sub panis specie contineri) omnes apertissimis verbis confirmant.

Mira narrat, si vera dicit Iesuita, Petitio est principii qua perpetuo egregius assertor fallit & fallitur. Porro, audiamus illos Patres.

1. Hilarius (inquit) ex instituto probat, lib. 8. de Trinitate Christum non solum spiritualiter, sed carnaliter (eo enim

verbo vitur) in nobis manere

*Christus ait, caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus. De veritate carnis & sanguinis non est relictus ambigendi locus. Nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra, verè caro est, & verè sanguis est.*

Et post pauca.

*Quod in eo per sacramentum communicata carnis & sanguinis sumus, ipse testatur, dicens, Ego in Patre, & vos in me, & ego in vobis. Si voluntatis tantum divinitatem intelligi vellet, cur gradum quèdam atque ordinem consuramanda veritatis exposuit: nisi ut cum ille in Patre per naturam divinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem: & ille cursum in nobis per sacramentorum mysteriù inesse crederetur?*

Ref. Mutilum Hilarii testimonium à Vega detortum multiplici paralogismo laborat, ut sequentia dicta ex orthodoxis Theologis repetita abundè docent. Locum integrum Hilarii si quis perlegat, fidei Iesuiticæ luculentum comperiet exemplum.

Eo libro & loco disputat Hilarius aduersus hæreticos, qui voluntatis tantum consensu, non autem divinitatis natura, filium unum esse cum Patre dicebant: argumento ducto à nostra cum Christo unitate, quæ secundum illos tantum in voluntatis consensu consisteret. Ostendit ergo nos etiam cum Christo non tantum voluntatem consentientem, sed naturam quoque communem & eãdem habere: ac proinde idem quoque de unitate Patris & filii statuendum esse.

De tali per spiritum S. cum Christi carne unione ipsum loqui, non autem de orali & impiis communi manducatione (quæ præsentiam carnis sub panis specie sequitur) vel hinc certò constat, quod ad eam conformandam allegat cap. 6. 14. & 17. Ioannis, eãque dicit esse Christi in nobis, & nostri in Christo mansionem. Spiritualem autem & solis verè Christi-

anis competentem sui in nobis mansionem in illis locis à Christo doceri nemo, pius aut sanus dubitat.

Vnde etiam hoc argumentum accedit, quod non tantum in nobis Christum, sed etiam nos in Christo naturaliter, & per corporalem eius natiuitatem esse, & Christum carnaliter in nobis manere, & nos corporaliter in eo vniui docet. Non enim nostra corpora intra Christi corpus vel aliorum intra aliorum corpora existunt; & tamen ipse in nobis, & nos in ipso, & inter nos alii in aliis inuicem, naturaliter, corporaliter, carnaliter, hoc est secundum naturam, corporum, carnis identitatem & conformitatem, atque adeo propter arctissimam coniunctionem per eundem in nobis habitantem Christi spiritum, eumque ex carne Christi in nos transfusum, sumus & manemus. Hoc est quod eodem libro dicit, Per spiritum sanctum Christus in nobis esse intelligitur.

Et ne quid dubii relinquatur seipse apertissime declarat, cum ait causam vitae nostrae per Christum esse, quod in nobis per carnem suam naturaliter manet, hoc est, quod naturam carnis ipsius adipiscimur. Per hanc item Christi mansionem naturalem in nobis, dicit nos unum fieri cum Christo atque ita per Christum cum Patre. Non ergo loquitur de orali manducatione & impiis contriui, multo minus de inclusione carnis Christi sub pane etiam extra sacramenti usum quae alibi (in psalm. 124. & 137. & 10. lib. de Trinitate) evertitur; nec etiam hoc loco de mansionem Christi in pane, sed in electis Dei differit: Et impij neque cum Christo neque cum Patre unum fiunt.

Denique manifestum est loqui Hilarium non de mansionem Christi tantum in iis qui ad cenam Domini accedunt, aut quae in cenae usu demum incipiat; sed de ea quae semper est in sanctis, & omnibus verè Christianis ad salutem aeternam necessario est. Etiam hodie (inquit) Christum in nobis esse per veritatem naturae, & in nobis naturaliter manere. Semper omnes Christiani in Christo manent, & ipsum in se manentem habent; & sine hac mansionem in ipso vitam habere nemo potest, siue accesserit ad sacram cenam, siue non.

» Ait Christum illius tantum in se assumptam habere carnem qui carnem Christi sumpserit. Carnem enim non corruptam & peccatricem, sed sanctificatam in se habet Christus. Omnes  
ergo &

ergo & soli sancti in Christo sunt, & eorum carnem Christus in se habet, seu (vt inquit Theophylactus in Ioannem) eos immutat & transelementat in corpus suum: ac prout illi omnes & soli carnem Christi sumunt, hoc est sanctæ ipsius carni vniuntur & conformantur.

Hanc denique sumptionem & mansionem Christi in nobis, docet nobis per sacramentum, hoc est per organum & testimonium confirmari & augeri, per cœnam Domini. Volent enim veteres Theologi sequentes exemplum scripturæ ad Christianorum cum Christo vniionem probandam, allegare cœnam Domini, vt pote quæ in hunc finem à Christo instituta est, vt ipsi per fidem vniuntur, magis ac magis vniuntur. Hæc ex verbis Hilarii manifesta sunt. Instrumentalis causæ rationem exprimit, cum dicit *nos verè verbum carnem*, hoc est, verbum incarnatum, siue carnem verbi, *cibo Dominico*, id est, per panem Eucharisticum sumere, quia nimirum est sacramentum, hoc est, organum excitandæ fidei, per quam totius Christi efficiuntur participes, tam in cœna, quàm in Baptismo & voce Euangelii. Quod ergo per fidem accipimus, per ministerium verbi & sacramentorum dicimur accipere, fide videlicet inte ueniente. Quia verò sacramenta ideo sunt organa huius communionis Christi, quòd sunt visibilia signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, per quæ spiritus sanctus excitat & confirmat fidem, hanc etiam testimonii vim notauit, inquit, Christum expuluisse ordinem contumandæ vniionis, vt in nobis per sacramentorum inesse mysterium crederetur. Et vtrum que complectitur, cum ait Christum nobis admiscere, hoc est, indere & communicare naturam carnis suæ, ad naturam æternitatis, id est, ad vitam æternam in nobis efficiendam, sub sacramento communicandæ carnis, id est, per sacramentum significans & testificans, se nobis communicare suam carnem. Sic dicit, nos verè sub mysterio carnis Christi sumere, hoc est, simbolo mystico significatam, non autem in simbolo latentem siue existentem substantialiter. Alioqui dici oporteret, Christum naturaliter, corporaliter, carnaliter manere etiam in pane, ac prout panem etiam vniuntur naturaliter cum Christo & cū Deo, id quod Hilarius nusquam dixit, neque à piis aut sanis hominibus dici potest.

Nihil ergo hic dicit Hilarius de praesentia corporis Christi in pane & vino, nihil de esu orali, nihil de manducatione impiorum, nihil de existentia corporis Christi intra piorum vel impiorum corpora: sed de spiritali sanctorum omnium cum Christo unione, & Christi in ipsis, atque ipsorum in Christo mansione, etiam secundum naturam carnis quam à nobis sumpsit, & in se sanctificatam vicissim nobis communicat: quae communio omnibus & solis vere Christianis, Dei electis, in caena & extra eam, contingit per fidem & per spiritum Christi: per cenam Domini autem confirmatur, conservatur, & augetur.

Hæc paulò fufius descripta sunt, ut stultitiæ parentium (sicut ait Hilarius eodem libro) responderem, ad demonstrationem tantum inanis mendacii, ne Vega imperitos falleret vanæ ac ridiculae assertionis errore. Sed ut præclare idem Hilarius antè dixerat, Proficet semper contradictio stultorum ad stultitiæ demonstrationem, quia quæ ingenio insipientis aut peruersæ intelligentiæ aduersus veritatem coaptantur, dum & inconcussa permanet ac immobilis, necesse est ut quæ è emerso sunt, & falsa intelligantur & stulta. Illud vnum tandem ex eodem Theologo Iesuitis affero. Non est (inquit) humano aut seculi sensu in Dei rebus loquendum. neque per violentam atque impudentem prædicationem caelestium dictorum sanitati alienæ, atque impiæ intelligentiæ extorquenda peruersitas est. Quæ scripta sunt legamur, & quæ legerimus, intelligamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur.

2. Ad Athanasium nunc accedo, qui oratione de fide apud Theodoretum, dialogo 2. (non 3. ut vult assertor) ita scribit referente Vega,

*Per quod corpus Pontifex & Apostolus fuit, per id nobis tradidit mysterium, dicens, Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur, & sanguis novi Testamenti, non veteris, qui pro vobis effunditur.*

Ref. Disputat Theodoretus aduersus Papistarum patriarchas, qui post unionem naturas Christi confundebant. Primum autem firmissimis argumentis è scriptura sacra desumptis, deinde testimoniis patrum euincit naturas in Christi persona

persona nõ esse confusas sed distinctas. Respectu autem humanę summum sacerdotem & apostolum appellatum fuisse Christum probat ex Athanasio, dicens, corpus est cui Iehoua dicit, sede a dextris meis. Diuinitas verò nec corpus nec sanguinem habet, sed homo ex Maria assumptus causa horum fuit, &c. Potrò, quid sit dare mysterium per corpus, ita explicat Vega, ac si Athanasius diceret in mysterio (id est sub altera sacramenti specie) corpus contineri. Videt autem æquus Lector Iesuitam absurdam prorsus interpretationem verborum Athanasii fabricare. Necesse est igitur verba illa *ἡ ἰσχυρὸς ἡμῶν μυστήριον*, i. per quod dedit nobis mysterium, ita interpretari vt sensus sit cœnam Domini veræ naturæ humanæ Christi esse testimonium: quod sanè nullo modo esse potest, si incircumscripta, illocalis & (quamuis præsens sub pauc) inuisibilis, insensibilis ac inpalpabilis sit. Tunc enim esset Deitas quæ corpus, nec sanguinem, nec ossa habet.

Nequeo autem satis mirari quo ore Theodoretii dialogos nominare audeat assertor, quum in eis tot extent firmissima aduersus papisticos errores circa doctrinam de præsentia carnali argumenta. Sed, quid miror homines ex meta impudentia confatos seipsos refutare? Vnum tantummodo & alterum ex eruditissimo illo Theologo proferam testimonium, quo veritas magis magisque appareat.

Dialog. I. *ORTHOD.* In mysteriorum institutione Christus panem appellauit corpus, & quod mixtum est sanguinem. *ERAN.* sic nominauit. *ORTH.* etiam secundum naturam, ipsum corpus, rectè appellatur corpus & sanguis. *ER.* Ita se res habet. *ORTH.* Ipse igitur Saluator noster permutauit nomina, & corpori quidem symboli nomen imposuit, symbolo verò corporis nomen. Sic vitæ seipsum nominans sanguinis nomen symbolo tribuit. *ER.* Hoc quidem vere dixisti. Volo autem discere causam permutationis nominum. *ORTH.* Manifestus est scopus iis qui inuitati sunt. Voluit enim sacramentis vrentes non intentos esse in naturam eo-



eorum quae cernuntur, sed per nominum permutationem credere ei quae ex gratia facta est permutationi. Qui enim naturale corpus triticum & panem appellauit, & rursus seipsum uinem nominauit, is uisibilia symbola corporis & sanguinis appellatione honorauit, non naturam mutans sed gratiam naturae adiciens.

Paulò post quaerit. O R T H. cuius putas symbolum & typum esse sanctissimum cibum? Diuinitatis- ne Domini Christi? an corporis & sanguinis? E R. Non dubium est quin illorum symbola & typi sint quorum & nomina acceperunt.

Dialog. 2. O R T H. Si veri corporis exemplaria sunt diuina mysteria, corpus Domini nunc quoque corpus est, non in diuinitatis naturam mutatum sed diuinae gloriae plenum. E R. Opportunè de diuinis mysteriis intulisti sermonem. Inde enim tibi demonstrabo Dominici corporis in aliam naturam mutationem. Quid uocas oblatum donum ante sacerdotis pronuntiationem? O R T H. Cibum ex talibus seminibus. E R. Quomodo alterum symbolum nominamus? O R T H. Commune & hoc nomen est, poculi speciem significans. E R. Post sanctificationem uerò quomodo haec appellas? O R T H. corpus Christi & sanguinem Christi. E R. Credis ne te percipere corpus Christi & sanguinem? O R T H. Sic credo. E R. Quemadmodum igitur symbola Dominici corporis & sanguinis & alia sunt ante sacerdotis pronuntiationem, post pronuntiationem uerò mutantur & alia sunt: ita Dominicum corpus post ascensionem in Diuinam essentiam mutatum est. O R T H. Implicatus es laqueis quos contexuisti. Nequaquam enim post sanctificationem mystica symbola propriam amittunt naturam.

turam. Manent enim in priore, substantia, & figura, & specie, & cerni ac tangi possunt sicut antea. Intelliguntur autem quæ facta sunt, & creduntur & venerantur, ac si essent illa quæ creduntur. Confer igitur imaginem cum archetypo, & videbis similitudinem. Oportet enim typum similem esse veritati. Illud enim corpus (Christi) priorem habet formam, & figuram, & circumscriptionem, & ut summatim dicam, corporis essentiam, etiam si post resurrectionem immortale & immune à corruptione factum est, & ad dexteram Dei collocatum ab omni creatura adoratur, quia corpus appellatur naturæ Domini, seu Deitatis filii.

Et hæc quidem orthodoxè Theodoretus orthodoxus, quæ si à Iesuitis (qui inquisitione non egent cum veritas illis, si credere fas est, exploratè percepta sit & cognita) exhiberentur, ab eis peto, ne humanis cogitationibus veritatis censuram pro more suo subiiciant, sed Apostolorum & Prophetarum, & sanctorum qui hos secuti sunt, vestigia diligenter considerent & sequantur.

Ad Athanasium redeo, cuius testimonium de re Eucharistica adscribam ex tractatu in illud Evangelii. Quicumque dixerit verbum, &c. Ut collatis locis disputatio nostra melius luceat.

In Ioannis Evangelio Christus de esu corporis sui disputans, ac propterea multos scandalizatos conspiciens, ita loquutus est: Hoccine vos scandalizat? quid si igitur filium hominis spectaueritis ascendentem v. bi prius erat? Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam. Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus sunt & vita. Hic enim de utroque, carne & spiritu suo, loquutus est, & spiritum à carne discriminavit, ut non solum in eo quod oculis apparebat, sed naturam quæque invisibilem credentes, disceremus ea quæ loqueretur

non carnalia esse, sed spiritualia: quot enim hominibus corpus eius suffecisset ad cibum, ut vniuersi mundi alimonia fieret? Sed propterea ascensionis suae in caelum mentionem fecit, ut eos à corporali intellectu abstraheret, ac deinde carnem suam de qua loquutus erat, cibum è supernis, caelestem & spiritualement alimoniam, & ab ipso donandam intelligerent. Quae enim loquutus sum vobis, (inquit) spiritus est & vita. Quod perinde est ac si diceret, corpus meum quod ostenditur & datur pro mundo, in cibum dabitur, ut spiritualiter unicuique tribuatur, & fiat singulis tutamen praeseruationisque ad resurrectionem vitae aeternae.

3. Cyrillum deinde Hierosolymitanum in Catechesi 4. mystagogica profert assertor ita scribentem.

*Non panem iubemur gustare, sed quod sub speciebus panis est, corpus Christi.*

Addit Vega, Iubet idem Cyrillus fidelibus, quando communicant, sanctificare oculos, tam sancti corporis contactu, & cauere ne quis decidat.

*Si quid enim, (inquit) amittas, hoc tanquam ex proprio membro amiseris. Item, Cum Christus ipse sic affirmet, Hoc est corpus meum, quis dubitare deinceps audeat? Ac eodem confirmante & dicente, Hic est sanguis meus, quis, unquam dubitet esse illius sanguinem?*

Et paulò post.

*In specie panis dat nobis corpus, & in specie vini dat nobis sanguinem. Sic enim efficiamur Christiferi, hoc est Christum in corporibus nostris ferentes, cum corpus eius & sanguinem in membra nostra recipimus. Sic secundum B. Petrum diuinae naturae consortes reddi-*

*mur, & Christi concorporei & consanguinei.*

Ref. Tamen ex testimoniis veterum antea expensis, Christianus lector quid sequendum sit facile videat, nihilominus placet huius Cyrilli dicta quædam excutere.

Prior Vegæ paralogismus est in voce *panis*. Si enim symbola gustare non iubemur, quorsum Paulus post consecrationem Panis à corpore distincti & edendi toties meminit, 2. Corinth. 11. cap.

Alter paralogismus. Quæ comparatè dicuntur propriè explicat Vega. Panem non iubemur gustare, si corpus ipsum Christi respicias. Inde solenne illud in sacris mysteriis, sursum corda. Propterea verò veteres non intellexerunt sacra symbola in individuum vagum evanuisse.

Tertius paralogismus in vocula (*Species*) latet. Nam hæc intelligit Vega accidens sine subiecto, aut formam sine materia, id est albedinem, rotunditatem, nihilque aliud præterea. Cõtrà Cyrillus & Orthodoxi veteres Theologi sæpius specie nomine non externam duntaxat & accidentariam quandam imaginem, sed veram ipsius symboli sacramentalis substantiam intelligunt. Sic Ambrosius, de iis qui initiantur. cap. 9. inquit. Sermo Dei mutat species elementorum. Et, Antebenedictionem alia species nominatur.

Præterea Christus non dixit, sub pane aut sub panis materia vel forma corpus meum continetur: sed, Hæc est corpus meum. Quod ita interpretatur Augustinus, Panis, qui corpus Christi est, suo modo vocatur corpus Christi, cū reuera sit sacramentum corporis Christi, &c. De consecrat. dist. 2. can. Hoc est quod dicimus. Corpus Christi igitur est sub specie panis, i. Corpus Christi tam certò Christianis offertur edendum, quàm verè ab eis substantia illa panis videretur, palpatur, editur: quum etiã non in se continere corpus Christi panis dicatur, sed etiam corpus ipsum, sacramentaliter nimirum, appelleretur & sit.

Quartus paralogismus latet in voce, *corporis*. Tangunt omnes sacramentale corpus, quod quidam veterum, corpus in mysterio appellant: realè corpus quod cæli continent à solis Christianis ore fidei comeditur. Distinguat igitur Vega cum Cyrillo, qui seipsum catechesi 14. exponens, dicit de Christo

» Venturus est non de terra. Certus sis homo, propter multos  
 » seductores qui vēturi sunt. Sursum sedet, & sic nobis adest,  
 » vniuscuiusque videt ordinem & robur fidei. Non enim quia  
 » nūc nō adest in carne, ex eo putes q̄ spiritus (i. deitatis suę)  
 » medio hīc non ad sit. De inuisibili autem ista præsētia sub  
 pane seu chimera papistica, nulla mentio apud Cyrillum.  
 Quum igitur de sensuali & sensibili perceptione corporis lo-  
 quitur, cum respicere ad panem Eucharisticum assero: alio-  
 qui reale corpus palpabile & quod in terram decidere possit,  
 aut amitti, nobis ostendant noui præsitiatores, qui vno co-  
 dēmq̄ momento res ex diametro pugnantes vana illa inuisi-  
 bilis & visibilis corporis distinctione somniant: vnde absur-  
 da & blasphemæ consequentiæ necessario oriuntur, quæ sa-  
 lutis nostræ mysteria profanis deridenda propinant.

Postremus paralogsismus est mutilatio & deprauiatio totius  
 sententiæ Cyrilli, cuius consilium (vt & aliorum veterum)  
 eō tendit, vt Christianos suę vniōnis cum Christo reddat cer-  
 tissimos. Ideo nuda symbola non proponit, sed sacra sigilla  
 & efficaces tesseras nostræ cum Christo per fidem inscrip-  
 tionis. Ideo addit, eadē illa 4. catechesi mystagogica ab assertore,  
 » Iesuitica fide citata, Ne ergo confideres tanquam panem  
 » nudū & vinum nudum: corpus enim est & sanguis Christi,  
 » secundum ipsius Domini verba. Quamuis enim sensus hoc  
 » tibi suggerit, tamen fides te confirmet, ne ex gustu rē iudi-  
 » ces, quin potiūs habeas ex fide pro certissimo, ita vt nulla  
 » subeat dubitatio esse tibi donata corpus & sanguinem.

Nunc iudicent orthodoxi lectores. An Cyrilli verba Vegę  
 præsentiā sub carnis specie & manducationem oralem as-  
 serenti, faueant, necne.

4. Sequitur Ephrām Syrus, qui referente Vega, cap. 5. de  
 natura Dei non perscrutanda, adhortans Christianum homi-  
 nem, quomodo accedere debeat ad Eucharistiam, ait:

*Esto fidelis atque innocens. Participa immaculato  
 corpori Domini tui, fide plenissima certus, quod agnū  
 ipsum integrum comedis. Hoc sane excedit omnē ad-  
 mirationem & omnē mētem quod fecit nobis Christus.*

Vide, Lector, Iesuiticam fallaciam. Vult assertor miraculū  
 in papistica

In papistica seu chimerica transubstantiatione & præsentia collocare: quum tamen Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 10 symbola sacra respiciens scripserit,

*Sacramentâ tanquam religiosa honorem possunt habere: stuporem tanquam mira non possunt.*

Eadem fuit Ephræmi mens & sententia, etenim ad mysterium illud vnionis nostræ cum Christo, ex cuius carne viuifica vitam haurimus ineffabili modo, respexit: sicuti eius verba perspicuè demonstrant.

*Ignem enim ( inquit ) & spiritum manducandum ac bibendum præstitit nobis carne vestitis, corpus scilicet ac sanguinem suum.*

Verba igitur & mentè Ephræmi amplector, quibus adicio ex 4. capite eiusdem libri, quæ assertor astutè dissimulauit, aut ab imperito quodam nomenclatore deceptus non vidit.

*Inspice ( inquit Ephræm ) diligèter quomodo Christus sumens in manibus panem benedicit ac frangit in figuram immaculati corporis sui, calicemque in figuram preciosi sanguinis sui benedicit & tribuit discipulis suis: & esto tu quoque particeps sacramentorû eius. Subiicit paulo infra, fidei oculus cum in corde cuiuspiam patenter ac liquide, lucis instar, effulserit, Dei quoque agnum sincerè intuetur, qui pro nobis occisus est, & donauit nobis corpus suum sanctum & immaculatum, ut eo perpetuò vescamur, sitque nobis ipsius participatio in remissionem peccatorum. Si quis hunc fidei oculum possidet patienter & lucidè, conspicit Dominum, atque certa & plenissima fide agni immaculati, vnigeniti filii celestis patris corpus manducat & sanguinem bibit, nequaquam diuinam sanctamque fidem curiosè perferutans.*

Eadem ferè dicit cap. 3 libri de extremo iudicio.

*Anima nostra (inquit) sponsa est immortalis sponsi. Copula autem nuptiarum caelestia sacramenta sunt: quia cum manducamus corpus eius, & sanguinem bibimus, ipse in nobis est & nos in eo. Attende ergo tibi metipsum, frater, festina thalamum cordis tui iugiter virtutibus exornare, ut mansionem cum benedicto patre suo faciat apud te, & tunc coram angelis & archangelis erit tibi laus, & gloria, & gloriatio, & cum magna exultatione & gaudio ingredieris in paradisum.*

Haec tenus Ephrazm, sed fortasse Vega, Patrem caelestem, Angelos, Archangelos & paradisum cum Christo sub panis specie contineri proximis thesibus asseret: & ita veterum sententias sibi fauere gloriabitur. De his autem cupimus Iesuitas serio & cum Dei timore cogitare.

5. Ad Gregorium Nyssenum accedamus, cuius haec sunt verba in vita Moïsis, Vega referente.

*Panis qui de caelo descendit non incorporea quaedam res est. Quo enim pacto res incorporea corpori cibis fiet? Res vero quae incorporea non est, corpus omnino est: Huius corporis panem non aratio, non satio, non agriculturalium opus effecit.*

Quid verò (subdit Vega) hinc evidentiùs sequitur quàm panem hunc non ex terra ortum, esse non fidei cibum, sed ipsam Christi carnem? De qua alio in loco expressè ita concludit:

*Quamobrem rectè nunc Dei verbo sanctificatum panem in Dei verbi corpus credimus immutari.*

Ref. Nyssenus instituit collationem eo loco inter Mannam deserti & Christum quem vocat panem è caelo. Verborum autem latinorum series (græca enim videre mihi non contigit)

contigit) de Christi incarnatione, & de verbo Dei prædicat, potius quàm de Eucharistia hic agi (vt ego quidem arbitror) demonstrat. Sed ages, de Christi corpore egerit Nyssenus, de eius sub specie panis inclusione altum silentium. Fallacissimū verè est quod Vega de suo assuit, panem cælestem ita esse Christi carnem, vt non sit fidei cibus. Nec quæ consequuntur de immutatione panis sanctificati in corpus sophisma Iesuiticum falcitant. Certè Christus, Ioann. 6. apertè significat se panem vitæ fide apprehendi & edi, quemadmodum alibi ostensum est. Immutationem verò illam sacramentalem esse dicimus: & cum Ambrosio hyperbolicè (vt solet multoties) loquente, fateor tantùm distare panem hunc sacramentalem à communi, quantum cælum à terra. At si quaeritur cuius rei fiat tanta mutatio? respondeo nec in substantia, nec in quantitate, nec in qualitatibus naturalibus, sed in relatione distantat, hoc est in vsu & officio. Panis enim & vinum prius quidem non nisi corpori alendo vtilia, iam ita mutata sunt, vt spiritui alendo, corporisque & sanguinis Christi, quibus ad vitam æternam sustentamur, communicationi suo modo subseruiant, & sint arcana nobiscum vnionis pignora & testimonia, tamen si mortua alioqu i elementa.

Vt autem ad Nyssenum reuertar, peto à Iesuitis explanationem horum verborum:

*Panis qui de caelo descendit non incorporea quedam res est.*

Dicent ista per communicationem proprietatum de carne Christi intelligi. Quod etiam si amplius excutere nolim, quid respondebunt Nysseno subiicienti.

*Quo enim pacto res incorporea corpori cibus fiet?*

Volunt enim carnem Christi non tam animarum quàm corporum esse cibum. Alii nodi in sequentibus verbis latent, quos Vega, librorum helluoni & infinita (vt videri vult) lectionis improbiq; laboris monacho dissoluendos relinquimus.

Ceterùm, obscura illa Nysseni verba plancioribus illustrabo. Is enim oratione 1. de resurrect. Domini, vt quo sensu verteret ex præfatis & sapiens hyperbolicis loquutionibus de cœna Domini egerint lectores videant.



*Pro lege (inquit) nobis esto Iosephi Arimathaeensis factum, ut nos quoque similiter nobis consulamus, ut cum donum illud corporis sumpserimus, ne sordida conscientia sindone id excipiamus, neu ex ossibus mortuorum & omni impuritate olenti monumento cordis reponamus.*

Conscientiæ & monumenti cordis meminit, non oris aut ventris, nec enim gratia illa viuifica carnis Christi consumitur morsibus. Aliam sententiam ex Nysseno, si quis Iesuita profert, meliora audire & sequi paratus sum.

6. Sequitur Nazianzenus qui oratione in sanctum Pascha.

*Absque confusione (inquit) comede corpus, & sanguinem bibe, si vitæ desiderio teneris, neque sermonibus qui de carne habentur fidem deneges.*

Ref. Assentior Nazianzeno de spiritali manducatione ac potatione corporis & sanguinis Christi per fidem loquenti: non autem de corporali, cuius, ut & præsentiae sub speciebus, nullum in illius Theologi scriptis verbum extat. Tacitum verò Vegæ consequens ut ἀσυνόριστοι improbo. Quid inde enim colligere potest? quod sub specie panis contineatur caro Christi? Minimè quidem, nisi manifestam vim Nazianzeni verbis & sententiæ inferre velit. Obiiciet nos sermonibus, qui de carne habentur, fidem denegare. Christi & Pauli verba suscipimus, commentis humanis & somniis Iesuiticis de præsentia sub panis specie non adhibemus fidem.

Porro quædam eo loco omisit Vega, quæ repræsentanda duxi, ut Iesuitæ fallacia pateat. Hæc sunt Nazianzeni verba I. Billio archimonocho interprete.

*Submoto omnipudore ac dubitatione corpus ede sanguinem bibe, si modo vitæ desiderio teneris, nec doctrinæ carnis fidem abrogans, nec passionis sermonibus offensus.*

Quæ postrema assertor prætermisit ut consilium Nazianzeni obscurius redderet. Hoc autem illustravit Nicetas in eundem

eundem locum scribens.

*Proinde ( inquit ) nec iis quæ de carne dicuntur si-  
dem abroga, cum audieris filium Dei eam assumpsisse,  
si bique uniuisse, atque in sublime euectam diuinitate  
donasse: nec rursus iis, quæ de passione dicuntur, offen-  
dère, cum dicimus Deum passum esse. Nam eum secun-  
dum carnem passum esse affirmamus, verum, ut in pro-  
prio corpore.*

Quæ igitur Nazianzenus & eius interpres Nicetas de my-  
sterio vnionis hypostaticæ & passionis Christi dixerunt, ab  
assertore Vilnen<sup>si</sup> ad somnium papisticum stabilicndum im-  
peritè detorquentur.

Cæterum, dicta quædam conditissimè illius Theologi  
Iesuitis consideranda propono.

Orat. 2. de filio Dei.

*Oportet Christum regnare, & à cælo recipi vsque  
ad tempora restitutionis, ac sedere ad dextram, vsque  
ad subiectionem hostium.*

Tract. de fide.

*In interiori homine habitat Christus, teste & Apo-  
stolo.*

Apud Theodoret. dial. 1.

*Christus habitat in cordibus nostris, videlicet non  
secundum apparentem naturam, sed inuisibilem.*

*Item, Docemus eundem Christum, circumscriptum  
corpore, incircumscriptum spiritu, qui loco continetur, &  
loco non continetur.*

7. Accedamus ad Hefychium, cuius verba in 22. cap. cõ-  
mentar. in Leuit. ita refert assertor.

*Sancta Sanctorum sunt propriè Christi mysteria,*  
H iij.

qua ipsius sunt corpus, de quo Gabriel ad virginem dicebat. Quod nascetur ex te, sanctum vocabitur. Per ignorantiam mysteria percipit, quia nescit quia corpus hoc & sanguis est Christi, secundum veritatem.

Multa dicuntur ab Hesychio toto hoc capite, quae sanam doctrinam de cena Domini explicant: haec itaque repetere non grauabor, in Christiani lectoris gratiam.

Per morticinum autem, & à bestia captorum prohibitionem non oportere mensa Domini participari & mensa demoniorum praecepit: in his enim verè sunt morticina & à bestis capta. Quia enim simul sanctus simul & nutritor substantiae nostrae intelligibilis praeditus panis est, nec pollutos eum percipere praecepit, nec rursus mundatos prohiberi vult. Vtrumque enim plane & Paulus praecepit: Quicumque enim comedit panem, & bibit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Ecce iste est pollutus & immundus.

Hunc enim intelligis omnimodo indignè comedentem, à sanctorum prohibitum participatione. Quid autem his addidit? Probet autem se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui autem se ipsum probat, si peccati sibi conscius est, & pollutionem animae se habere sentit, poenitet sine dubio. Et post poenitentiam de pane comedere, & bibere rursus de calice sancto & impolluto potest.

Alienigenas dicimus qui quia aliena sunt à dignitate mysterii, de eo intelligunt, & quemadmodum ad cibum communem, ita ad diuinum accedunt, & carnaliter diuina & caelestia conspiciunt.

Christus liberat nos ab ignorantia, remouetque nos  
additus,

additus, carnale quippiam & terrenum de sanctis arbitrari, sed diuine ea & spiritualiter accipi sancit.

Sanctificationem mystici sacrificii, & à sensibilibus ad intelligibilia translationem siue commutationem ei qui verus est sacerdos, videlicet Christo, oportet dari, id est ipsi de eis miraculum cedere & impurare: quia per eius virtutem, & prolatum ab eo verbum, que videntur iam sanctificata sunt, quam qua cunctum carnis excedunt sensum.

Aliis locis extant hæc Hesychie dicta, quæ assertori Vilnēsi excutienda proponimus.

In 6. cap. Leuit. Nisi caro superimposita fuisset cruci, nos corpus Christi nequaquam mystice percepissemus.

In 2. cap. Si Christus non fuisset crucifixus, sacrificium (i. sacramentum) corporis eius nō comederemus. Comedimus autem nunc cibum, sumentes memoriam passionis eius.

In 8. cap. Carnes cum panibus comedi precepit, ut nos intelligeremus illud ab eo mysterium dici, quod simul panis & caro est.

Verba autem ex Hesychio ab assertore prolata, mala fide descripta sunt. Primum enim alienigenas à mysteriorum communionem excludit Hesychius. Deinde addit (quod præcipue obseruandum fuit & prætermisum est) id dignum mysteria percipere quidem, nescire verò mysteriorum virtutem. Distinguit igitur Hesychius signa à rebus significatis, sancta (id est sacra mysteria) à mysteriorum virtute: perceptionem mysticam corporis Christi proponit, quæ minimè mystica esse potest si verè sunt assertoris theses. Denique de spirituali perceptione manifestè agit: nec vsquam meminit præsentis carnis & sanguinis sub symbolorum specie. Falsum est igitur quod asserit Vega.

8. Tandem ad Ambrosium confugit, quem erroris papistici clarissimum patronum esse vociferatur: Audiamus igitur Ambrosii testimonia ex 4. & 6. libro de sacramentis ab assertore proposita.

*Panis iste panis est ante verba sacramentorum: ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Et paulo post. Ergo tibi ut respondeam, non erat corpus Christi ante consecrationem: sed post consecrationem, dico tibi quod iam corpus est Christi. Et iterum. Antequam consecratur panis est: ubi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi.*

Alibi, cum dixisset, *Vera caro (sicut ipse dixit) quam accipimus, & verus est potus, Sibi que ipse obiecit, Forte dicas, quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi, audientes dicentem, Nisi quis manducauerit carnem meam, &c. Quomodo vera? Quis similitudinem video, non video sanguinis veritatem: respondet primo, Iam se dixisse de sermone Christi, qui operatur ut possit mutare & conuertere naturam: Deinde addit, Christum ideo reliquisse similitudinem seu speciem panis ne cruoris species horrorem generaret.*

Sic igitur argumentatur ex Ambrosio Vega,

Virtute verborum Christi, post consecrationem panis (cuius species remanet) est corpus Christi.

Ergo sub panis specie continetur corpus Christi.

Consequens ut falsum & ambiguum negamus. Maiorem si quis addat, fallaciam Iesuiticam facile depræhendet.

Si panis post consecrationem fit & est corpus Christi, sub eiusdem panis specie corpus Christi continetur.

Panis post consecrationem fit & est corpus Christi,

Ergo sub panis specie corpus Christi continetur.

Maior est falsissima, nec ullo modo cohæret. Nam si panis est corpus, contenti & continentis absurdum est cõmentu. Sed ista indigent explicatione, alibi satis superque tradita, & mil-

lies ab orthodoxis Theologis repetita. Quot autē in hoc sophismate extant verba, tot latent fallacia. Panis ante consecrationem est panis communis, nutriendo corpori ordinatus. Post consecrationem, ad hunc usum destinatur, ut sit efficax tessera nostræ cum Christo per fidem apprehenso vnionis: & quam verè manu & ore sumimus sacrum illud pignus, tam verè spiritualiter per fidem Christi corpus & sanguinem sumimus ad vitam æternam. Panis igitur est corpus Christi, sacramentaliter. Virtus autem institutionis Christi ea est, ut panis ille non sit amplius panis communis, non substantiæ sed vsus respectu. imò est panis sacramentalis, nobis verè, re ipsa, certissimè obsignans communionem corporis Christi. Non sequitur autem quod toties inculcat Iesuita, sub panis specie contineri corpus Christi: quum diuersæ admodum sint illæ locutiones, panis est corpus, & sub pane est corpus. Porro species apud Ambrosium pro ipsa panis substantia sumitur, cap. 9. de iis qui initiantur sermo Dei (inquit) mutat species elementorum. Item, Ante benedictionem alia species nominatur. Nec vllum ostendet Iesuita in Ambrosio verbum quod præsentiam sub panis specie, aut transsubstantiationem papisticam stabiliat. Mutationis sæpius meminit, quum sacramentalem esse & sacramentis communem asserimus. Obiiciet fortassis Iesuita, Ambrosium magnificè loqui de Christi sermone operatorio, & collationem hanc de mutatione panis in carnem Christi cum aliis miraculis conuenire minimè posse, si tantummodo panis sit sacramentaliter corpus Christi. Respondeo, Christianos virtutem Dei in hac mutatione sacramentali magna cum animi demissione agnoscere, in eo quod visibilib<sup>9</sup> signis de salute sua per Christum parta, de vnione sua cum Christo, tam certi redduntur quàm certo sciunt se vidisse, sumpsisse, comedisse panem, & bibisse vinum in mensa Domini, per ministrorum Ecclesiæ manus, omnibus sumentibus oblatum.

Quoties igitur Ambrosius & alii veteres dicunt panem post consecrationem esse corpus Christi, ostendunt panem non esse corpus Christi per naturam substantialiter, & prædicatione identica, sed consecratione, hoc est sacri vs<sup>9</sup> atque finis destinatione in virtute & gratia mysterii: qua, ante benedictionem alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi

verè significatur. Aliud est igitur, panem, qui est creatura, iuxta verbum & vocationem Dei, esse corpus Christi, seu Eucharistiam corporis Christi; aliud, per realem existèntiam corpus Christi succedere sub specie, & in locum sublati panis. Vnum idèmq; subiectum est, mysticum videlicet symbolum quod diuersis ex causis & diuersa ratione, ante sanctificationè panis & vinum, post sanctificationem, mutata priori appellatione corpus & sanguis Christi vocatur.

Talis autem Ambrosii dicta, transsubstantiationem, præsentiam corporalem, manducationem oralem à Papistis inuictas minimè iuuant. Quæ vt facilius percipiantur, en tibi, Lector, alia Ambrosii testimonia expendenda propono.

In 1. ad Corinth. cap. 10. *Manna & aquam que fluxit de Petra, hæc dicit spiritualia: quia non mundi lege parata sunt, sed Dei virtute, sine elementorum commixtione ad tempus creata, habentia in se figuram misterii quod nunc sumimus in commemoratione Christi Domini. Ideo & panis Angelorum dictus est, quia virtute qua Angeli subsistunt creatus est, hoc significans, quia de oculis venturus erat qui spiritualiter pasceret.*

Paulò post. *Sicut nos de vno pane & de vno calice percipiètes, participes & consortes sumus corporis Domini: ita & qui edunt hostias participes sunt altaris erroris.*

In cap. 11. 1. ad Corinth. *In mysterio sanguinem Domini potat, qui testis est beneficii Dei.*

Lib. 4. de sacram. cap. 3. *Venisti ad altare: vidisti sacramenta posita super altare, & ipsam quidem miratus es creaturam: tamen creatura solennis & nota.*

Talis certè creatura non est sublata panis substantia, nec in locum ipsius reali existèntia sub specie panis succedens miraculosum, seu potius phàsticum illud, siue veri corporis modo, corpus, quo nihil in tota rerum natura magis esset ad-

mirandum.

Eodem lib. cap. 4. ait, *Sicut similitudinem mortis in baptismo: ita quoque nos similitudinem corporis & sanguinis Domini in mysterio sumere.*

Lib. 5. cap. 7. *In similitudinem quidem accipis sacramentum sed vera natura gratiam & virtutem consequeris. Ego sum, (inquit) panis viuus qui de cælo descendi: & tu qui accipis panem, diuina eius substantia in isto participas alimento.*

Hoc verò quid aliud est, quam mysteria seu sacramenta exterius dari & accipi in similitudinem rerum, quæ interius diuinæ virtutis operatione percipiuntur.

Lib. 10. Epist. 84. *Quamuis ad unum concurrant omnes eiusdem mysterii portiones, aliud est tamē quod visibiliter agitur, aliud quod inuisibiliter celebratur: nec idem est in sacramento forma, quod virtus: cum forma cum humani mysterii adhibeatur obsequio: virtus autem per diuini operis præstetur effectum.*

Lib. 1. de Off. cap. 48. *Hic Christus in imagine offertur, illic verò (i. in cælo) in veritate, ubi apud patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Ascende igitur, ô homo in cælum, & videbis illa, quorum umbra hic vel imago fuit.*

Lib. 10. cap. 24. in Lucam. *Quæ sursum sunt sapite, non quæ sunt super terram. Ergo non super terram, nec in terra, nec secundum carnem querendus est Christus, si volumus eum inuenire.*

De his qui initiatur mysteriis, cap. 3. *Non contēplanda sunt in mysteriis quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur temporalia sunt: quæ non videntur, æterna. Item, Non ergo solis oculis corporeis*



tuis credas. Magis enim videtur quod non videtur: quoniam quod oculis non cōprehenditur, animo atque mente cernitur.

Lib. 2. de Virg. & in Psalm. 30. *Christus quotidie in mentibus fidelium, tanquam in altari immolatur.*

Hoc sensu Hieronymus ait, *Plal. in. 86. 97. & ad Damafum. Quod ex virgine natum est, nobis quotidie nascitur. Christus quotidie nobis crucifigitur. Et Chrysostomus, Christus in mysterio proponitur, ut occisus. Et Augustinus, Christus unicuique occiditur, quando pro se credit occisum. Item, Christus quotidie nobis resurgit.*

Quæ nō alio sensu à Patribus accepta fuerunt, quàm Christum sic in mysterio pati, occidi, crucifigi & immolari, sicut panis & vinum, in quibus istorum omnium sacra memoria peragitur, mysticè sunt corpus & sanguis Christi. Et ideo Christum in semetipso, hoc est, in vero & naturali corpore suo, opponunt ei quod est seu fit in mysterio.

In Psalm. 38. *Et si nunc Christus non videatur offerre, tamen ipse offertur in terris, quando Christi corpus (loquitur de corpore mystico quod consecratur: nec enim id de reali corpore dici potest) offertur. Imò ipse offerre manifestatur in nobis, cuius sermo sanctificat sacrificium quod offertur, & ipse qui de nobis apud Patrem aduocatus assistit, sed nunc eū non videmus: tunc enim videbimus, quando imago transierit, veritas venerit: tunc iam non per speculum, sed facie ad faciem ea quæ perfecta sunt videbuntur.*

Istud corpus Christi hīc in terris offerri, sic intelligit Ambrosius, quatenus panis communis, consecratione corpus est Christi, in imagine videlicet seu figura, & non in substantialis existentiae veritate.

Sic in off. cap. 48. hæc explicans, ait.

*Hic in imagine se offert ipse: illic verò in cælo, ubi apud Patrem pro nobis interuenit, in veritate. Hic ergo in imagine videmus, illic facie ad faciem, ubi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate est.*

Veritas & imago sic inter se conferuntur & opponuntur, sicut hic terra, illic cælum. Hinc iubet ascendendum esse in cælum, ut ibi quærantur quorum hic umbra in lege, & imago est in Euangelio. Hoc est quod Augustinus ait in Psalm. 68. Quorum rerù signa sunt in sacramentis, ipsæ res sunt in perfectione vitæ æternæ.

In Lucam cap. 3. Spiritus S. munus est, gratiam implere mysterii.

Epist. 22. *Eadem est prorsus corporis Christi veritas qua nostri.*

Hæc enus Ambrosius, ex cuius scriptis non pauca eiusmodi colligere facile est. Hæc autem falsæ Iesuitarum Vilenisium assertioni opponere in lectorum gratiam volumus, ut veritas ab hominum commentis sine molestia discernatur.

9. Sequitur postremus quarti post Christum seculi, à Vega in mendacii patrocinium pertractus testis, cuius auctoritatè, admodum insignem, & quàm Ecclesiæ filiis plausibilem, tam ingratam & luctuosam fidei hostibus esse dicit. Locus extat lib. 6. contra Donatistas, referente Vega, hoc modo:

*Quid est tã sacrilegũ quàm altaria Dei, in quibus & vos Donatistæ aliquando obrulistis, frangere, radere, remouere?*

*Quid enim est altare, nisi sedes & corporis & sanguinis Christi. Quid vos offenderat Christus, cuius illic per certa momenta, corpus & sanguis habitabat? Inde dei intulerunt manus Christo in cruce: à vobis percussus est in altari.*

Quoniam Opratus vnam ipsis Catholicis & Donatistis Ecclesiasticam conuersationem, eundemque sacrificii ritum & morem esse fatetur, (Nam & si, ait, hominum litigent mentes non litigant tamen sacramenta, Item apud vos & nos eadem fides, ipsa fidei sacramenta, eadem mysteria) ac proinde ista tam immania in diruendis altaribus & Eucharistia canibus proicienda fieri non oportuisse, manifestè hoc testimonio colligi & cuiuslibet potest, nunquam in tam tetra Eucharistiae profanatione hoc ausuros fuisse Donatistas, si sanctum hoc corpus, cuius (vt Opratus ait) sedes esset altare, & quod illic per certa momenta habitaret, pro ipsomet vero Christo qui sub transubstanti panis specie realiter ibi contineretur ex recepta tunc vtriusque mysteriorum fide & doctrina habitum adoratumque fuisset. Bellum verò istud Donatistarum inde ortum est, quod Catholici ab iis accuserentur proditoris & crudelitatis, ideo nolent cum iis communicare, & ipsorum Eucharistiam canibus proiicerent, tanquam pollutum sacrum & panem luctus, à quo omnis qui mādicaret coinquinaretur.

Quomodo autem per momenta reale corpus Christi in altari habitat, quomodo membra Christi in altari portentur, quomodo vota populi ad Deum deferantur, resurta explicare non potest, *κατὰ τὸ πῶς* quin se blasphemiae multiplici alliget. Hæc mystica seu figurata corporis & sanguinis Christi appellatio, ex Patrum scriptis semper in Ecclesia fuit vsitata, vt cum Augustinus dicit visibilem illam rerum speciem, quæ inter celebrationem sacramentorum offertur & datur, & per acta pietatis celebratione consumitur, his verbis ad oblationem & ritum Eucharistiae, in qua quod offerri solebat, ad consumendum distribuebatur, digitum intendit. Item, cum fructum terræ, mystica prece consecratum, corpus Christi vocat, quia videlicet tam magnæ rei est sacramentum, vt secundum quendam modum (sacramentalem videlicet) sit corpus Christi. lib. 3. cap. 4. & 10. de Trinit. & Epist. 23. Quam tropicam locutionem esse, etiam in Patrum scriptis agnoscunt Magister sententiarum & scholastici. Etenim hæc verba, Panis est corpus Christi: hoc tropo intelligi vult Lombardus, lib. 4. dist. 10. quia sacramentum corporis corpus vocatur. Et Bonaventura, lib. 4. dist. 12. in supradictis Augustini verbis tropum inesse ait, quo signum ponitur pro re signata. Quia & ipse Lanfrancus, Berengarii antagonista, & primus Papistice transub-

stantiationis assertor, faterur esse quandam locutionis figuram, qua mysterium eius rei, cuius mysterium est, nomine ceteri consuevit. Proinde alia est appellatio corporis Christi naturalis, quæ absolutè respicit naturæ veritatem & substantiam: Alia quæ est in mysterio & sacramento, quatenus videlicet panis, qui est sanctificatus, corpus est Christi Domini: non autem quia quod realiter existit in pane, seu sub specie panis, est corpus. In summa, perpetuus is est Ecclesiæ consensus, teste Theodoro, ut rerum nomina cum symbolis commurentur: quod etiam Can. 32. Carthag. synodi confirmatur.

His, Optati mentem abundè explicatam esse, confidimus. Superest igitur ut Theologorum quinti seculi sententias à Vega propositas, Christianus Lectori mecum expendat.

Nec desunt (inquit assertor, thesi 138.) multi sancti & doctissimi Patres, qui quinto Ecclesiæ Christianæ seculo floruerunt, ex quibus tres tantùm in medium proferam, quorum auctoritas tantùm pondus & momentum habet, ad realem Christi in Eucharistia præsentiam stabilendam, ut illis solis comparatæ, omnes aduersariorum genæ, instar fumi evanescant.

Petit principium Iesuita. Somniat nos esse veterum Theologorum aduersarios. Imò ve ò eorum dicta ad analogiam fidei reducta amplectimur. Idolorum patronos equidem & serio animi affectu, Iesuitas videlicet & eiusmodi papisticæ tyrannidis satellites aduersarios habemus. Porro videndum an corpus Christi sub specie panis in cœna contineri Chrysofomus, Hieronymus & Augustinus dixerint: hos enim testes aduocat Vega.

I. *Ecce Christum* (inquit Chrysofomus, homil. 60. ad populum Antioch. & homil. 83. in Matth.) *quem cupis, manducas: seipsum tibi tradit, ut tangas, & intra te habeas. Non sufficit ipsi hominem fieri, & crucifigi: verum etiam nobis seipsum miscuit, neque id fide solum, sed etiam re ipsa. Quod radios*

*solares non deberet excedere manus illa, quæ hæc carnem pertractat: os quod igne spirituali impletur: lingua quæ cruentatur hoc admirabili sanguine? Et lib. 3. de sacerdotio, O miraculum! ò Dei benignitatem! Qui cù Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo hominum manibus pertractatur.*

Audiamus Vegæ argumentum ex Chrysofomi dictis contextum.

Christum, seipsum nobis tradentem, tangimus, intra nos habemus: reipsa ille nobiscum & nos cum eo mixti sumus: huius carnem manibus tractamus, & sanguine lingua nostra cruentatur.

Ergo corpus Christi sub panis specie continetur.

Fallum est consequens: nec vllò pacto cohæret cum præcedentibus, vt antea dictum est. Perpetua autem apparet in assertore ignoratio elenchi. Agitur de sacramentis, in quibus rerum nomina symbolis tribuuntur: & hæc valet Augustini regula. Si præceptum facinus aut flagitium videtur iubere, figurata est locutio. Garrulitas autem Iesuitica de corpore inuisibili quomodo constabit, si Christus ipse à nobis tangitur, si intra nos est, reipsa nobiscum miscetur? Tactus ille, habitatio, mixtio illa non sunt præstigia. Quo ore, qua manu? non corporeis certè, sed fidei & spiritualibus: alioquin miras metamorphoses Vega credat nobis, aut potius horrenda de Christi cum electis suis & cum ipsis impiis coniunctione confingat, prorsus necesse est: quæ animus & calamus exprimere recusant.

Certè Chrysofomus, pro more grandiloquentiæ suæ, sæpe de symbolis sacris, sicut de rebus ipsis loquitur: vt testimonia ab assertore prolata demonstrant, inter quæ illud est, lib. 3. de Sacerdotio vbi ait.

*En qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo quo sacerdos sacrificio incumbit, & preces super hoc fundit, omnium manibus pertractatur, ac volentibus se excipere & complecti, tradit.*

*Hæc figur.*

Hæc figurata & tropica, imo etiam magna ex parte hyperbolica esse, satis manifestè ostendunt & conuincunt, quod addit.

*Nos videre turbam fidelium circumstantem sanguine Christi tingi: idque non prestigiis agi, sed apertis & circumspicientibus omnium oculis.*

Dicit etiam spiritum sanctum à Sacerdote gestari.

Eodem sensu, quo hæc ita agi & videri dicit, etiam alibi negat panem & vinum videri, sed mysteria hæc corporis substantia consumi. Hoc igitur, quod Christum in cælo sedentem, etiam omnium fidelium manibus, contingi & tractari ait, si de corporali in symbolis præsentia accipi & intelligi debeat, aut quia apud nos hinc corporali sua præsentia permanserit, aut quod è cælis denuo redierit, necessariò pro causa ponendum, atque fatendum erit. Atqui Christus memoriale sacrificii à nobis in pane & calice celebrari vult, donec ipse veniat. Non est autem venturus aliter, quàm sicut ascendere visus est, Angelis de hoc ipso testantibus, Act. 1. Ergo sic manibus eum hinc contingi & tractari necesse est, vt concedatur, quatenus se nobis reliquit. At non simul verè & corporaliter ad Patrem ascendit, & nihilominus tamen sic etiam apud nos hinc in terra permansit. Recessit enim à suis, inquit scriptura, Luc. 24. & seiebat in cælum. Item, 1. Petr. 2. Profectus est in cælum. Item, Hebr. 8, si esset super terram, non esset Sacerdos.

Proinde restat, vt hoc modo fidelium manibus contrectari à Chrysostomo dicatur Christus, quò alibi ipsum nobis corpus suum in mysterio reliquisse ait: quatenus videlicet, his verbis, hoc est corpus meum: mysterium corporis corpus est: de quo sic ait, Homil. 83. in Matthæum.

*Sunt qui dicunt, velle formam & speciem ipsius & vestimenta videre. Ipsum vides, Ipsum tangis, Ipsum comedis, & carni ipsius dentes infigis.*

Hæc autem & alia huiusmodi, mysticè & figuratè dicta intelligi oportere ostendis, cum ait, Homil. de S. Philog. & Homil. 7. cap. 2. Matth.

*Si cum fide accesserimus. proculdubio videbimus*

*illum in præsepio iacentem, si quidem hæc mensa vicem explet præsepio. Nam & hic ponitur corpus Domini, non quidem fasciis inuolutum, sicut tunc, sed nudiquaque spiritu sancto conuestitum.*

Hoc verò quò sic de pane Eucharistiæ, qui corporis Christi nomine insignitus est, figuratè loquitur, mysticè intelligi volens, frequenter addere & monere solet.

*Qui mysteriis initiati sunt intelligunt quæ dicuntur. Item, Qui mysteriorum estis participes, scitis quid dicatur.*

Vult itaque & iubet Chrysostomus, spirituali mentis intelligentia ascendendum esse in ipsum cælum, ut ea quæ dicuntur intueri queamus. Nam, Homil. 24. in epist. ad Corinth. expressis verbis ait,

*Dum in hac vita sumus, facit hoc mysterium, ut terra nobis sit cælum. Ascende igitur ad cæli portas, & diligenter attende. Imò non cali, sed cæli calorù, & tunc quod dicimus intueberis. Ut aquila facti in hac vita, ad ipsum cælum, seu potius supra cælum subuolemus, ubi cadauer corpus Domini, propter mortem. Ad alta enim oportet contendere eum qui ad hoc corpus accedit, & nihil ei in terra esse commune: quia aquularum, non graculorum hæc mensa est.*

Hoc modo Chrysostomum intellexit Germanus Constantinopolitanus Episcopus in rerum Ecclesiast. theoria, ubi ait.

*Per manum sacerdotum & linguam mysteria conficit, ac non duntaxat sanctum spiritum misit Dominus noster ut maneat nobiscum, sed & ipse pollicitus est se mansurum nobiscum usque ad consummationem seculi. At paracletus inconspicuus adest, quia ipse corpus non gesta-*

non gestavit. Dominus verò & conspicitur & tangi se patitur per tremenda & sacra mysteria: ut qui nostram accepit naturam, eamque gesserit in secula.

Idem quod Germanus asserit alius scriptor Græcus nomine Cabasilas, in lungeiæ expositione. cap. 28.

Aliud testimonium quod Vega profert ex loco in 1. ad Corinth. cap. 10. & ex Homil. de prodicione Iudæ, ubi de Christi sanguine agitur, eodem recidit. Iudam enim reale Christi sanguinem vel corporali vel spiritali modo bibisse, nemo nisi socius Iudæ dixerit. Panem & vinum Domini sancti sumpsit: sed panem Dominum percepisse, & sanguinem Christi habuisse cum Augustino negamus.

Quod autem Vega ex loco in 10. cap. 1. ad Corinth. exserpsit explicat one ab ipso Chrysostomo mutuata indiget. Calix benedictionis (inquit Apostolus est communicatio sanguinis Christi. Horum verborum, ait Chrysostomus, huiusmodi est sententia, in calice est id quod de latere fluxit, sanguis videlicet, cuius sumus participes. Suo more persequitur Chrysostomus mysticas illas loquendi formulas ut sequentiâ verba ostendunt.

*Calicem ( inquit ) benedictionis appellavit, quoniam cum præmanibus eum habemus, cum admiratione & horrore quodam inenarrabilis domi laudamus; benedicentes quod sanguinem effudit, ne in errore permaneremus: neque tantum effudit, sed nos omnes eius participes efficit. Itaque si sanguinem cupis, (inquit) noli idolorum aram brutiorum animalium cade, sed meum altare meo sanguine aspergere.*

Paulò post addit.

*Non participatione tantum & acceptione, sed unitate Christo communicamus. Quemadmodum enim corpus illud unitum est Christo, ita & nos per hunc panem unitione coniungimur.*

Et paulò infrà.



*Quid est panis? corpus Christi: quid autem sunt qui accipiunt corpus Christi? Non multa, sed unum corpus.*

Eadem ratione panis dicendus est corpus Christi, quia Christiani idem corpus sunt, mystico modo videlicet. In eo differunt quod extra usum cœnæ Domini panis nil aliud est quam panis communis: sacramentaliter autem est corpus Domini. Christiani autem sunt etiam ante & post usum S. cœnæ mysticum Christi corpus. Panis autem sacramentalis & Ecclesia, nullo modo reali, carnali, corporali, sensuali, sensibili, visibili aut invisibili sunt Christi corpus. Sanguine autem reali Domini Iesu altare aspergi nemo nisi Iudas, aut Iudæus Capernaïta, aut horum commilito asserere ausit.

Sed si quis Chrysostrami expositionem in illud 10. caput 1. ad Corinth. & in 11. cap. proximè sequens perlegat, oscitantia Vegè deprehendet, qui brevi periodo pessimè intellecta se facum facere posse lectoribus confidit.

Ne autem se victoriam ex Iesuitica fide collectis verbis reportasse gloriatur: age, alia quædam Chrysostrami testimonia proferamus, quæ papisticos insultus à mente Christiana depellant.

Homilia 83. in Matthæum. *Vide quantum studiū fuerit Christo, ut semper memoria teneamus ipsum pro nobis esse mortuum. Nam quoniam Marcion, Valentinus Manichæus & sequaces negaturi erant hanc œconomiam & dispositionem, semper in memoriam passionis hoc mysterium reducit, ut nemo nisi insanus seduci possit. Hac enim de causa, non ipsa passione solum, sed & ipsis mysteriis verè se mortuum esse declaravit. Quando igitur heretici querunt, unde Christum immolatum fuisse constet, hac mysteria afferentes, ora ipsorum obturamus. Nam si mortuus non est Iesus, cuius symbolum & signum est hoc sacrificium?*

Homil. 24. in 1. ad Corinth. *Quid est panis? corpus Christi. Quid sunt, qui accipiunt? Corpus Christi, non mul-*

non multa, sed unum. Nam quemadmodum panis ex multis granis unitur: sic nos inuicem Christo coniungimur. Item Homil. 60. ad popul. Singulis fidelibus per hoc mysterium se se coniungit & conglutinat Christus, & admiranda mysteria nobis propter hoc data sunt, ut simus unum cum eo corpus, caro de carne, & os de ossibus eius.

Dictum illud Chrysostomi rectè postea explicatum est à Bertramo his verbis, Hoc quod supra mensam Dominicam positum est mysterium, continet illius corporis, in quo cœlos ascendit & ad dexteram Patris sedet Christus, sicut continet mysterium corporis populi in Christum credentis, Apostolo testante, vna panis, vnum corpus multi sumus. Idem asserunt, Strabus, lib. de reb. Ecclesiast. cap. 18. & Haymon in II. cap. I ad Corinth. Sed ad Chrysostomum reuertor.

Ad Cæsarium Monach. Panis dignus est habitus Christi nomine, quamuis substantia panis in ipso permanserit.

Serm. de Eucharist. & Homil. 24. in ad Corinth. & Homil. 60. ad popul. Quid facis, homo, sub horam mystice mensæ? Nonne promisisti sacerdoti, qui dixit sursum corda, & dixisti, habemus ad Dominum? non vereris & erubescis, quod in ipsa hora mendacem inueniris? Quotquot huius corporis participes efficimur & quotquot sanguinem degustamus, cogitare debemus quod illum sursum sedentem, qui ab Angelis adoratur, incorruptibilibus vicinis virtutibus (i. vbi cœlestes sunt spiritus) hunc degustamus. Quæ sursum sunt sapite, (inquit Paulus,) Vbi Christus est ad dexteram Dei sedens. Ascende igitur ad celi portas, imò celi cœlorum, & tunc quæ dicimus intueberis.

Homil. 45. in Ioann. Mysteria non sunt carnali-

ter seu simpliciter ut res dicuntur, quasi non aliud quidpiam in eis sit cogitandum, sed interioribus oculis, hoc est, spiritualiter consideranda & contemplanda. Inde enim mysterium sic dictum est, quoniam id quod credimus non intuemur, sed quod aliud credimus, aliud videmus. Huiusmodi enim est mysteriorum natura. Aliter igitur ego: & aliter incredulus disponitur. Ille cum baptismatis lauacrum audit simpliciter aquam sibi esse persuadet. Ego vero non simpliciter video quod video, sed anima per spiritum purgationem. Non enim aspectu iudico quae videntur, sed mentis oculis. Audio corpus Christi: aliter ego hoc, aliter incredulus accipit seu intelligit. Increduli enim quamuis audiant, tamen non videntur audire. Fideles autem per spiritum experientiam affecuti, in absconditis virtutem inueniunt.

Ex hac mysterii doctrina Chrysostomus carnale esse dicit, dubitare quomodo nobis possit Christus carnem suam dare ad manducandum, quum hoc sit intelligendum mystice & spiritualiter. Hanc de mysterio sententiam secutus est Euthymius, ita scribens in Matth. Oportet verba Christi de manducatione carnis suae, non simpliciter intueri. Hoc est enim carnaliter intelligere: sed aliud quidpiam cogitare & interioribus oculis aspicere, tanquam mysteria: nam hoc est spiritualiter intelligere. Item, Habent haec inter se similitudinem, panis ad corpus, & vinum ad sanguinem. Et sicut panis roborat, ita etiam corpus sustentat, & multo impensius corpus & animam sanctificat. Et quemadmodum vinum exhaurat, ita & sanguis Christi idem efficit. Et quandoquidem nos omnes de viâ corpore & sanguine communicamus: igitur omnes unum sumus per communionem mysteriorum, & omnes in Christo & Christus in omnibus.

Plura possemus ex Chrysostomo aduersus papisticam idolomaniam proferre testimonia: sed huius nostrae collationis anti Iesuiticae scopos intra libelli spatia nos continet. Ad Hieronymum itaque accedimus.

2. Is (inquit Vega) apertè Catholicam hanc veritatem de præsentia corporis Christi sub panis specie, asseruisse videtur. Videamus autem an Vega sincero mentis oculo Hieronymi dicta viderit.

Ad Eluidiam, quæst. 2. *Nos audiamus panem quem fregit Dominus esse corpus Domini: ipso dicente ad Apostolos, hoc est corpus meum: & calicem illum esse, de quo locutus est, Hic est sanguis meus. Et paulò post, Ipse est conuiuia & conuiuium, ipse comedens & qui comeditur, illius bibimus sanguinem, &c.*

Et in II. cap. Osee: *Declinans ad eos, deserens regna cælorum, vt cum eis vescerer, dedi esum corporis mei, ipse cibus & conuiuium.* Et in psalm. 145. *Putet aliquis, quid panem dicat de mysteris, & hoc quidem accipimus, quia vera caro Christi est.*

Hieronymi dicta nihil aliud probant quàm id quod fate-mur. Panem videlicet esse corpus Christi: quod quidem corpus reale spiritualiter à verè Christianis sumitur vt sit cibus mentis, quemadmodum panis, qui sacramentaliter est corpus ore editur & in ventrem traicitur.

Canon Gratiani ex Hieronymo in Leuiticum. De Consecr. Dist. 2. id luculenter probat. De hac quidem (inquit) hostia, quæ in Christi commemoratione mirabiliter (i. corpus in mysterio, seu sacramentaliter) fit, edere licet: de illa verò, quàm Christus in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet. De præsentia autem à papistis inuecta nulla vocula apud Hieronymum.

Porro quod ad prius illud testimonium, ex epist. ad Eluidiam seu Hedibiam, figuratè & sacramentali modo hæc verba esse scripta ipse Hieronymus ostendit, subiiciens, Quot quot in Christo baptizamus, Christum induimus, & panem comedimus Angelorum, & audimus Dominum prædicantem, meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris qui me misit, vt impleam opus eius. Faciamus igitur voluntatem Patris qui misit nos, & impleamus opus eius: & Christum nobiscum bi-

bet in regno Ecclesiae sanguinem suum.

Si enim ad litteram ista sunt interpretanda, induimus Christum, qui etiam nobiscum bibit sanguinem suum. At eo modo Christum comedimus, quo eum induimus, spiritali videlicet & per fidem.

Cornelius Schultingus Matæologus Colonienſis, anno 1585. edidit ingens volumen, cuius inscriptio est, confessio Hieronymiana. Collegit autem tom. 3. cap. 6. centurias quasdam locorum ex Hieronymi scriptis, ut errores pontificios circa Eucharistiae sacramentum stabiliret. Quicquid autem conatus sit, nullum repperi testimonium, quo constet, corpus Christi sub panis specie contineri. Perpetuò illo sophismate laborant, eademque oberrant chorda Schultingus & assertor Vilenſis. Hieronymus affirmat panem esse corpus Christi. Ergo corpus sub specie panis continetur. Consequens falsissimum.

Locus Osee perspicuus est. Christus præbet seipsum edendum. Sed addat Vega, quod Hieronymus in agone dixit, Tu es esca animæ, non corporis, inpinguans in cæcæ, non ventris.

Ex psalm. 145. testimonium Iesuitica fide profert Vega, Locum integrum describam, ut qua conscientia nobiscum agant isti homines Christianus Lector iudicet.

*Qui dicit, panem nostrum quotidianum da nobis hodie: utique esuriens loquitur. Deus dat escam esurientibus. Putat aliquis quod panem caelestem de mysterio dicat. Et hoc quidem accipimus (i. ex verbo Dei didicimus) quia (quod) vera caro Christi est. Caterum dicamus & aliter, Panis Christi & caro eius sermo diuinus est & doctrina caelestis. Si animam nostram iste panis refecerit, hoc est sermo diuinus & doctrina caelestis statim pedes nostri qui colligati fuerant, & soluantur.*

Iesuiticum nocte argumentum, Lector. Doctrina caelestis animam nostram reficit. Ergo doctrina caelestis sub specie foliorum chartaceorum, aut verborum à concionatore prolatorum continetur, ita ut qui ea audierit aut ederit, ipsum corpus Christi realiter & corporaliter, ad animæ refectionem edat,

edat. Mirum equidem argutię, aut putida sophisinata, quę Vilenisibus excutienda relinquo.

Prestat enim alia quędam Hieronymi dicta in medium afferre, quę huius Theologi perpetuam sententiam de re Eucharistica aperiant.

In verba Apostoli, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. *Tandiu memoria opus est donec ipse venire dignetur. Sic enim facit, quasi qui peregre profectus, aliquod pignus ei quem diligit relinquat, ut quotiescunque viderit, possit ipsius amicitias & beneficia commemorare.*

In Malachiam & Oleam. *Heretici & impii, quoad se, sacrilegum & pollutum panem (non autem panem sanctum & hostiam mundam) offerunt.*

In Ecclesiast. cap. 3. & 4. *Caro & sanguis Christi verę est cibus & potus, quo non solum vescimur in mysterio sed & in scripturarum lectione.*

In 26. cap. Matth. *Postquam typicum Pascha impletum fuerat, & carnes agni cum Apostolis comederat, assumit panem, qui confortat cor hominis & ad verum Pasche transgreditur sacramentum: ut quomodo in pręfiguratione eius Melchisedech panem & vinum offerens fecerat, ipse quoque veritatem corporis & sanguinis repręsentaret.*

In Psalm. 86. 97. & ad Damasum. *Quod ex virgine natum est nobis quotidie nascitur. Christus nobis quotidie crucifigitur, semper credentibus immolatur.*

Visitę sunt eiusmodi locutiones apud Partes, quę non alia quám mystica intelligendi ratione, vera esse possunt: quemadmodum Gregorius magnus in Homil. Pasch. 22. ait: *Christus in seipso immortalis, iterum in hoc mysterio moritur, & caro ipsius in salutem populi patitur, quia videlicet hoc sacramentum passionem vni geniti filii imitatur.*

3. Nunc considerandus nobis est Diuus Augustinus, cuius auctoritate abutitur assertor vt errores papisticos de corporali sub specie panis praesentia confirmet. Quaecunque autem ex orthodoxo illo Theologo citat eò recidunt, vt Christianos verum corpus & sanguinem Christi reipsa edere & bibere in Eucharistia nemo negare velit. Id verissimum esse fatemur & credimus. Falissimum verò Vegæ consequens constanter pernegamus. Sophisma verò leuiticum quò magis ac magis appareat, age, ipsius Vegæ verba apponamus.

Quis (inquit) Augustino inter oēs patres, in hoc fidei (non chimerae papisticae) articulo explicando clarior est & frequentior?

Nullus certè, & cuius sententiam secundum Christum & Paulum libens amplector.

Quem tamen (subiicit Vegæ) Caluinus lib. 4. Institut. cap. 17. par. 28 impudenter totum suum esse iactare non veretur. Ponderemus ergo illius verba, vt palam omnibus pei fidi hominis mendacia innotescant.

Agnosco papistici rabulae, veritatis & modestiae loco putida mendacia conuicta que reponētis, ingenium. Sed age, quomodo Augustini verba ponderet assertor, ponderemus.

Lib. 12. contra Faustum, cap. 10. *Fideles in sacramento eundem sanguinem bibunt, quo redempti sunt.* In psalm. 33. *Accesserunt Iudaei ad Christum vt crucifigerent: nos ad eum accedamus, vt corpus & sanguinem eius accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt: nos manducado crucifixi & bibendo illuminamur. Attendite fratres, verè magnus Dominus, &c. qui edidit nobis manducare corpus suum, in quo tanta perpeffus est.* In psalm. 65. *Fusus Domini sanguis, datus est homicidis, ne dicam Deicidis: & ipsum sanguinem quem per infamiam fuderunt, per gratiam biberunt.* De peccat. mer. & reim. lib. 1. cap. 24. *Sanguis pro infantibus fusus, priusquam funderetur, in sacramento datus est, dicente Domino, hic est sanguis meus.* In psalm. 93. *His qui crucifixerunt Christum donatus est sanguis Christi: lauet eos ipso, cuius sanguinē fuderūt. Fuderunt precorū*

*suum & biberunt precium suum. In psalm. 98. Christus in ipsa carne qua de carne Mariæ accepit, hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam. Lib. 2. contra aduers. legis & Proph. cap. 9. Docet nos per hoc sacramentum non tantum unum effici spiritu cum Christo, sed etiam unum carne. Lib. 3. de Trinit. cap. 10. ait. Pueros agnoscere id quod ponitur in altari esse carnem, qua apparuit Christus mortalis, & sanguinem qui fluxit ex latere eius perfosso. Epist. 86. Afferit pecus antiquæ legis non cessisse panem, sed corpori agni immaculati.*

Decem alia testimonia deinde ex variis Augustini libris notat Vega, in quibus (inquit) plurima id genus sunt, quæ realiter & essentiã corporis & sanguinis Christi in Eucharistia expressè docent: quæ tamẽ omnia (addit) breuitatis studio omittenda celsui: si paucis illis, sed apertissimis eius verbis hanc partem cõclusero, quibus illud primi Regum 21. conc. 1. in titulũ psalm. 33. explicat. Ferebatur manibus suis.

*Hoc quomodo fieri posset in homine, quis intelligat? Manibus aliorum portatur homo: manibus suis nemo portatur. Quomodo ergo in David intelligatur secundum literam non inuenimus: in Christo autem inuenimus. Ferebatur enim Christus manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum, ait, Hoc est corpus meum. Ferebat enim illud in manibus suis. Ipsa est humilitas Domini nostri Iesu Christi.*

Vult Iesuita ex verbis Augustini colligere.

Corpus & sanguis Christi est realiter præses in Eucharistia: nam Christus in eena (quæ sæper eadẽ est) referebatur manibus suis. Ergo corpus Christi sub specie panis continetur.

Nescio quo pudore, qua fide, quo veritatis amore Vega Caluino perulãter & impudẽter admodum insultas, tam absurdum cõsequens Augustini verbis assuere audeat. Turpissimè fallitur quum Eucharistiã & panem, esse in Eucharistia & sub specie panis contineri idẽ esse sõniat. Deinde vnice ille locus, in Psalm. 33. ferebatur manibus suis, impudens audacissimi impostoris mēdaciũ & qua perfidia isti socii Iudæ veterum neotericorumq; Theologorum scripta tractet, satis superq; detegit. Nam concione secunda in eundem psalmum, de eadẽ re agens Augustinus ait.



*Quomodo ferebatur in manibus suis? quia cum cōmendaret ipsum corpus suum, & sanguinem suum, accepit in manus suas, quod norunt fideles, & ipse se portabat, QVODAM MODO, cum diceret, Hoc est corpus meum.*

Modum istum necessario esse explicandum vides, Christiane Lector, nimirum per sacramentum. Christus enim manibus suis gestavit non naturale ac reale & proprium suum corpus, (alioqui bicipitem & bicorporem Christum nobis fabricant Iesuitæ) sed panem, id est symbolum sui corporis, quod symbolum quodammodo, sacramentali videlicet rei significatæ nomen gerit, & de eo prædicatur quod sit Christi corpus.

Edidit ante aliquot annos Iesuita quidam Torrensis, farraginem, quam Augustino tribuit, & Confessionem Augustinianam appellat. lib. 5. cap. 6. huius farraginis multa colligit testimonia, ut papisticum errorem tueatur, fallacia verborum fucum Imperitis faciens. Probare enim contendit quod minime est controuersum: videlicet in Eucharistiæ sacramento verum corpus & sanguinem Domini contineri. Quæstionis statum isti homines perpetuo inuertunt: Homonymus & amphibolus ludunt. De præsentia corporis Christi sub specie panis agitur, quam neque Torrensis, aut Vega, neque rota Iesuitarum collupies vnquam ex Augustino vel alio quoquam Orthodoxo Theologo probare poterit.

Torrensi autem in præsentia omisso, nonnulla Augustini testimonia ab assertore Valensi citata lectoribus proponam ex quibus liquidò constabit istum quid scriberet minime expendisse, & dum reprehenderet Calvinum, in obiecta incurrisse crimina.

I. Citat Vega locum lib. 2. de peccat. meritis & remiss. cap. 26. quem Torrensis p̄ofert etiam, & sic habet.

*Non vnus modi est sanctificatio. Nam & Catechumenos secundum quendam modum suum per signum Christi & orationem manus impositionis puro sanctificari, & quod accipiunt, quamuis non sit Christi corpus*

*corpus, sanctum est tamen, & sanctius quam cibi quibus alimur: quoniam sacramentum est.*

Panis ille Catechumenorum (inquiunt Iesuitæ) quem hodie in papatu panem benedictum vocant, non est Christi corpus: etiam si sit sacramentum, id est signum sacrum.

Ergo panis communicantium est corpus Christi.

De illo pane Catechumenorum, qui sacramentum dicitur, etiam si concedam quod Iesuitæ volunt, non euincet Vega quod posuit, videlicet sub specie panis Christi corpus contineri. Imperitè prorsus igitur hunc Augustini locum citauit: nec vilo modo cohæret argumentum.

2. Notat testimonia ex Comment. in psalm. 100. Ibi Augustinus ait.

*Iudei pascebantur de pœna Domini: nos de cruce Domini pascimur, quia corpus ipsius manducamus.*

Alibi seipsum explicat Augustinus, libr. 3. de doctr. Christiana cap. 26. figura est (inquit) præcipuens passioni Domini esse communicandum, suauiter atque utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa ac vulnerata sit, præterea eodem psalm. ait, Christum induri, Christus sumus cum capite nostro. Christus in nobis moritur adhuc, & nos in illo iam resurreximus. Item, Audi epulas piorum, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Quam verò de doctrina Eucharistica hoc psalmo non agat ex professo Augustinus, nec præsentia à pontificibus Romanis postea inuectæ memineris, nescio quid Vegam impulerit ut ista ad erroris sui patrocinium obtruderet.

3. Tractatus 27. & 31. in Ioânem. Deinde Vega exprimit. *Qua mente autem, ex ipsius Augustini ore audiamus.*

*Tract. 27. Christus nos docuit & admonuit mysticis verbis, ut simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes unitatem eius. Sed qui aderant plures non intelligendo scâdalisati sunt. Non cogitabant hac audiendo, nisi carnem*

quod ipsi erant. Paulò post. Illi putabant Christum è-rogaturum corpus suum, ille autem dixit se ascensurum in cœlum, utique integrum. Cum videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius: certè vel tunc videbitis, quia non eo modo quo putatis erogat corpus suum, certè vel tunc intelligeris, quia gratia eius non consumitur morsibus. Et paulò infra. Sic erat filius hominis in cælo quemadmodum filius Dei erat in terra in suscepta carne filius hominis in cælo in unitate persone. Item, *V*erba que locutus sum vobis spiritus & vita sunt. Quid est, spiritus & vita sunt? Spiritualiter intelligenda sunt. Intellexisti spiritualiter? Spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? Etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. Circa finem. Hoc totum quod de carne & de sanguine suo locutus est ad hæc nobis valeat, dilectissimi, ut carnè Christi & sanguinem Christi non edamus tantum in sacramento, quod & multi mali, sed usque ad spiritus participationem manducemus & bibamus, ut in Domini corpore tanquam membra maneamus, ut eius spiritu vegetemur, & non scandalizemur, etiam si multi modo manducant & bibunt temporaliter sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta. Tractatu autem 31. Quod usque biberent sanguinem quem fuderant de sua salute desperaverunt. Paulò post, Homo secundum corpus in loco est, & de loco migrat, & cum ad alium locum venerit, in eo loco unde venit non est: Deus autem implet omnia, & ubique, totus est, non secundum spacia tenetur locis: erat tamen Christus secundum visibilem carnem in terra, secundum invisibilem maiestatem in cælo & in terra. Infra. Iturus erat Dominus ad gentes, non presentia corporis sui, sed tamen pedibus suis. Qui erant pedes eius? quos pedes concalcare

volebat persequendo Saulus, quando ei caput clama-  
bat, Saule, Saule, quid me persequeris? Item, Christus  
quasi ignoratus, mulierem fluxum sanguinis passam, i-  
gnoratam sanavit, sic fecit & Gentibus: non enim didi-  
cimus in carne, & meruimus carnem eius manducare,  
& in carne eius membra esse. Quare? quia misit ad  
nos. Quos? Pracones suos, membra sua, semetipsum:  
misit enim ad nos membra sua, & fecit nos membra sua

Audis ne hic aliquid, Christiane lector, quod euincat Chri-  
sti corpus sub specie panis contineri, simul & semel eodem-  
que momento pluribus in locis inuisibiliter adesse, & percipi  
ore corporeo tum à piis tum ab impiis? Vides quo iudicio  
Vega libros veterum euoluat. Sed alia testimonia excutiamus.

4. Serm. II. de sanctis, & 4. de Innocent. & 2. ac 215. de  
Tempore à Vega citatis, hæc reperio.

Vide Christum pendentem, & tibi de suo sanguine  
medicamentum facientem. Serm. II. de sanctis.

Dicit sancta scriptura, Apoc. 6. Sub ara Dei, vidi  
animas occisorum. Quid reuerentius, quid honorabilius di-  
ci potest, quàm sub illa ara requiescere, in qua Deo sa-  
crificium celebratur, in qua offeruntur hostiæ, in qua Do-  
minus est sacerdos, sicut scriptum est, Tu es sacerdos in  
æternum, secundum ordinem Melchisedech? Recte sub altari a-  
nimæ iustorum requiescunt, quia super altare corpus Domi-  
ni offertur. Nec immerito illic iusti vindictam sanguinis  
postulant, ubi etiã pro peccatoribus Christi sanguis ef-  
funditur. Cõuenienter igitur, & quasi pro quodã consortio  
ibi martyribus sepultura decreta est, ubi mors Domini  
quotidie celebratur, sicut ipse ait, Quotiescũq; hoc fece-  
ritis, mortem meam annuntiabitis donec veniam, scilicet ut  
qui propter mortem eius mortui fuerant, sub sacramenti ei-  
mysterio requiescant. Itẽ, Nemo meli⁹ præter martyres  
meruit ibi requiescere, ubi & hostia Christus est & sa-  
cerdos, scilicet ut propitiationem de oblatione hostiæ cõse-  
quatur, & benedictionem functionemq; sacerdotis accipiant.  
Serm. 4. de Innocentibus.

Mirificum audio sophistam. Christus crucifixus de suo sanguine medicamentum facit Christianis, Ergo sub specie panis corpus Christi continetur.

Animæ martyrum clamant in cœlis sub ara cœlesti, in qua viget oblatio Christi summi sacerdotis. Ergo supra aram à papistis erectam corpus Christi sub specie panis latens immolatur, & martyres sub ea supulsi clamant, & à Deo expectant vindictam.

Hic æquum lectorem appello, & obtestor, ut videat qua conscientia se Theologiæ professorem Emanuel Vega adeo insulsè de rebus sacris differens appellet.

*Inuitati sumus ad mensam, ubi non inuenitur cibus hominum, sed panis ponitur Angelorum. Serm. 2. de tempore.*

Credo: sed ne hîc præsentiam papisticam vel esum corporeum cogitet quispiam, audiat Augustinum illico subiicientem. Ideo videamus ne fortè intus in anima, ubi deberemus bonorum operum margaritis ornari, ibi appareamus vitiorum pannis veteribus obuoluti. Et rectè quidem. Christus enim est cibus mentis non ventris.

*Quotiens aliqua infirmitas supervenerit, corpus & sanguinem Christi, ille qui egrotat accipiat. Item, Videte si iustum est ut ex ore Christianorum, ubi corpus Christi in ore dicitur, Luxuriosum canticum quasi venenum diaboli proferatur. Serm. 215. de tempore.*

Sæpius iam dictum est, eiusmodi enuntiationes intelligendas esse de signis sacramentalibus, quæ rerum significatarum nomina accipiunt: alioqui facinus vel flagitium (ipso Augustino teste) scriptura iubeat videretur.

Epist. 118. ad Ianuarium (116. enim ab assertore citata ad Nebridium inscribitur) nihil aliud continet quàm quod milites repetitum est, Apostolos accepisse corpus & sanguinem Domini. Et sæpius in hac epistola vocis sacramenti meminit Augustinus. Quod autem subiicit circa finem, placuisse spiritui sancto,

tui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret quam exteri cibi: Domini-  
ci corporis nomine panem sacramentalem intelligit: iuxta  
regulam ab ipso somer, Epist. 23. traditam. Si sacramenta quandã  
similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non habe-  
rent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine  
plerumque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo  
secundum quendam modum sacramentum corporis Christi,  
corpus Christi est; sacramentum sanguinis Christi, sanguis  
Christi: ita sacramentum fidei, fides est.

Cogit me assertoris Vilenensis importunitas, nonnulla in  
candidi lectoris gratiam repetere.

5. Notat postremo Vega, Homil. 26. ex lib. 50. Homiliarum  
Augustini. Et si autem multa insunt in Homiliis & sermo-  
nibus Augustini, quæ tanti viri genium ac ingenium stilum-  
que minimè redolent: tamen locum citatum adscribamus.

*Quanta sollicitudine observamus, quando nobis cor-  
pus Christi ministratur, ut nihil ex ipso de nostris ma-  
nibus in terram cadat: tanta sollicitudine observemus,  
ne verbum Dei quod nobis erogatur, de corde nostro  
pereat: quia non minus reus erit, qui verbum Dei ne-  
gligentius audierit, quam ille qui corpus Christi negli-  
gentia sua cadere in terram permiserit.*

Concludit ex hoc & huiusmodi locis Iesuita, realem præse-  
ntiam corporis & sanguinis Christi in Eucharistia ab Augu-  
stino doceri. Antea verò ostendimus, & sequentibus testimo-  
niis Augustini constabit, non Christi reale & substantiale cor-  
pus, sed panem mysticum, qui corpus est sacramentali modo,  
in terram cadere posse. Alioquin infirmum Christum Iesuita  
imaginatur. Deinde invisibile impalpabile & insensibile illud  
corpus, non corpus, quomodo realiter in terram cadere pos-  
sit, Iesuitæ otio & ingenio abundantes, nos aliquoties docebunt.

Quandoquidem verò, admodum ægrè tulit Vega Calvinum  
de Augustino tanquam suo gloriarum esse, & pauca quædam  
apposuit mala fide collecta, pessimè explicata, quibus sanctam  
hanc verissimamque Calvinum fiduciam ac gloriam euertere  
conatus est, merito possem ad Calvinum scripta, præcipuè aduer-  
sus Westphalum, in Vegam ablegare, ut silentium, aut veritatem

colere deinceps disceret. Attamen, ut habeat lector quod Iesuitarum caullis opponere valeat, Augustini alia testimonia proponere & ponderare libet.

1. De consecr. dist. 2. cap. Hoc est. *Celestis Eucharistia panis, qui reuera sacramentum est corporis Christi, suo modo corpus Christi vocatur, quemadmodum immolatio carnis in sacramento, quae sacerdotis fit manibus Christi passio, mors & crucifixio vocatur, non rei veritate, sed in significante mysterio.*

Ut enim mystica & non realis est haec passionis & mortis Christi celebratio, ita quoque ipsae res mysticae sunt & non naturales, quibus hoc passionis & mortis Christi memoriale sacrificium celebratur. Dicuntur vero res mysticae, in quibus non quod videtur, sed quod spiritualiter intelligitur & representatur oculis fidei perspicitur, & interiori mentis cultu honoratur, propter quam causam etiam usitate res istae, quae dicuntur mysticae ipsarum naturalium rerum, quae absolutum existendi modum habent, nomen & appellationem suscipiunt, ut etiam Theodoretus ait symbola mystica corporis & sanguinis nomine honorari.

2. De consecr. dist. 2. c. Non omnis. *Non omnis panis, sed accipiens benedictionem fit corpus Christi.* Et can. Vtrum. *Quia Christum dentibus vorare fas non est, voluit Dominus hunc panem & vinum in mysterio vere carne & sanguine consecratione spiritus sancti potentialiter creari, & creando pro mundi vita mystice immolari.*

Perspicua differentia panis & vinum, quae in mysterio corpus & sanguis Christi, potentialiter spiritus sancti consecratione creantur, & creando mystice immolari dicuntur, ab ipso met Christo, quem non ut panem & vinum vorare dentibus fas sit, discernuntur.

Serm. 14. 2. fer. Paschae. *Qui cum Christo in fide & spe iam resurrexerunt, ad magnam caeli mensam, ad mensam Angelorum, ubi ipse panis est inuitantur.* Et lib. de dono persever. *In sacramentis fidelium dicitur, sursum corda, quod munus est Domini, & non in*

nostra potestate, ut que sursum sunt quis sapiat, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens. In psalm. 39. Leuandum est cor, non hinc habitandum est corde. Hæc mala regio est, sufficiat, quod adhuc carne necesse est hinc esse. At sursum cor habeatur: si surrexistis cum Christo, dicit Apostolus fidelibus, corpus & sanguinem Domini accipientibus hoc dicit: si surrexistis cum Christo, qua sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, In psalm. 85. Certè rectè admonentur membra sua, ut habeant sursum corda. Audiant ergo & faciant. Leuent ad cælum quod malè est in terra. Ibi enim non putrescit cor, si leuetur ad Deum.

Ista Liturgiæ verba ( quæ non admittunt ut quod in verbis canonis oblatio corpus & sanguis Christi fieri petitur, de corporali per transsubstantiationem præsentia, in loco & sub specie panis, intelligatur ) sunt primùm ex Niceno canone desumpta, cuius antea memini, quum de conciliis aduersus Vegam disputatum est. Cæterùm, si sub panis & vini specie corporaliter hic præsens credendus & querendus est Christus, haud est sursum in cælo attollenda mens, sed deorsum ( contra Nicenum canonem ) ad panem & vinum demittenda. Horum verò Augustini ( sursum corda explicantis ) verborum solum & longiorem expositionem si quis cupit, Nicetam, Nazianzeni scholiastem in orationem secundam de Paschate perlegat.

Serino 28. ad fratres in Eremo. Hoc sacramentum ideo nobis datum est, ut corpus Ecclesie Christi, quod est in terris, cum capite quod est in cælis coadunetur. Christus enim caput nostrum sursum in cælis est, & nos deorsum. Est autè ille in nobis hic, & nos ibi in illo sumus.

In Serm. ad infantes & populum, qui allegatus extat apud Bedam, 1. Corinth. 11. Quod trāsacta nocte vidistis, panis est & calix, quod etià oculi renūntiant quod autè fides vestra postulat instrueda, panis est corp



& calix, seu quod habet calix, est sanguis. Breuiter quiddē  
 hoc, quod forte fidei sufficiat: at fidei instructionē deside-  
 rat. Nisi enim credideritis, non intelligetis. Potestis er-  
 go dicere mihi: præcepisti vt credam, expone vt intelli-  
 gamus. Potest enim cuiquā talis cogitatio oboriri. Dom-  
 noster Iesus Christus, nonne carnem ex virgine assū-  
 psit, in cruce maclatus est, sepultus, tertia die resurre-  
 xit, & quo die in cælum ascendere voluit, illuc leuauit  
 corpus suum, ibi modo sedet ad dexteram Patris, inde  
 venturus est ad iudiciū? quomodo igitur panis est cor-  
 pus eius, & calix sanguis eius? Fratres, hæc sacramen-  
 ta seu mysteria sunt, in quibus aliud videtur, aliud in-  
 telligitur: quod videtur speciem habet corporalem: quod  
 intelligitur fructum habet spirituale. Corpus ergo Chri-  
 sti, si vis intelligere, audi Apostolum dicentem fidelibus,  
 vos estis corpus Christi & membra. Sic ergo vos estis cot-  
 pus Christi, mysterium vestrum in mensa positum est:  
 mysterium Dei accipitis, & ad hoc quod estis, Amē re-  
 sponderis. Esto membrum Christum, & verum sit A-  
 men tuum. Item, Commendauit nobis in hoc sacramē-  
 to corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit nos ip-  
 sos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus, & propter  
 misericordiam eius, quod accepimus, nos sumus.

Si nullum in Dominicæ cœnæ verbis mysterium, sed lite-  
 ralis tantum sensus sequendus esset, frustra quæstionem hanc  
 mouisset Augustinus ex aliis articulis fidei, de incarnatione, de  
 ascensione & sessione ad dexteram: quasi diceret, corpus Chri-  
 sti ex virgine sumptum, & non ex pane factum est, & postquā  
 resurrexit, ascendit in cælum: ibi modo sedet ad dexteram Pa-  
 tris, & non est hic. Ergo non sic panis est seu fit corpus, & ca-  
 lix sanguis Christi, vt hinc aliquid hisce articulis fidei con-  
 trarium & repugnans intelligi atque inferri possit. Respon-  
 det itaque

det itaque ex natura mysteriorum, quæ non vulgarem & omnibus notum sensum habeant, sed in quibus fides instructionem desideret: Hæc videlicet esse Sacramenta seu mysteria in quibus aliud videtur, aliud intelligitur, &c. Hæc est autem illa necessaria in hoc mysterio fidei instructio, qua in Sacramentis alia sensuum, alia autem fidei obiecta esse, mouere & docere voluit Augustinus. Cæterum vt in hac responsione ad initiatos, pro instruenda ipsorum fide, corporalis sub specie panis præsentia non est hoc quod in Sacramento videtur, & speciem habet corporalem, id est, visibile Sacramentum: neque quod intelligitur, & fructum habet spirituale, hoc est, ipsa virtus Sacramenti, in communicatione corporis & sanguinis Christi: Ita quoque ex his manifestum est, nihil Augustinum, iuxta analogiam articulorum fidei, in explicando fidei mysterio, de corporali illa præsentia respondere, & initiatis credendum proponere & inculcare. Vult autem in hoc mysterio spirituales hunc fidei intellectum inesse, quo sicut suo modo fideles sunt corpus Christi, quorum mysterium in mensa Dominica positum est: ita quoque panem & vinum, quæ videntur, corpus & sanguinem esse Christi, quæ creduntur & intelliguntur, & quorum illa sunt mysteria.

In libro de Catechizandis rudibus, cap. 26. vult Augustinus de hoc mysterio fidei instruendos esse initiatos, quod & si signacula rerum diuinarum visibilia sint: restamen inuitibiles in iis honorari: ideoque speciem, benedictione sanctificatam, non sic habendam esse, quemadmodum habetur in vsu quolibet. Dicendum etiam iis esse, quid res, seu species illa & sermo quem audierunt, significet: quo in illo reconditum sit, & cuius illa res similitudinem gerat: atque ex hac occasione ipsos mouendos, vt si quid in Scripturis audiant, quod carnaliter sonet (sicut & hæc verba mysterij sonare videntur) etiã si non intelligant, credant tamen spirituale aliquid significari: quod hac velut breui regula comprehensum facile discant & intelligant, vt videlicet, si quid audierint ex Scripturis, quod ad dilectionem Dei, & veritatis, & sanctitatis, & ad proximi dilectionem referri non possit, figuratè dictum vel gestum esse credant.

Hæc Augustinus, rudes & Catechumenos instituere volens, quomodo de fide respondere, & Scripturam, hoc est, sermonem de mysterijs intelligere debeant: ad quem rectè in-

telligendum, omnino doctrina & instructione opus esse cesset. Nam & eodem libro, cap. 9. in eandem sententiam scribit:

*De Sacramento quod accepturi sunt sufficit prudentioribus audire quid illa res significet: cum tardioribus autem aliquanto pluribus verbis & similitudinibus agendum est, ne contemnant quod vident.*

Quid hic audio? sufficit ne in Catholica Christianorum Ecclesia prudentiores ex Catechumenis in Sacramentorum sumptione institui & erudiri, quid visibilis illa res significet & cuius similitudinem gerat, ne contemptui sit quod videtur? Ergo Antichristianam Ecclesiam, teste Augustino, esse oportet, in qua pro ediscendo transubstantiationis & praesentiae corporalis commento, baptizatos tam accuratè, & tamen frustra, edoceri est necesse.

Sic ad Max. lib. 2. cap. 22. Monet Augustinus, *In Sacramentis non quid sint, sed quid ostendant & significant esse attendendum: quia signa sunt rerum, aliud existentia, aliud significantia.* Atque hic modus est, quos res divinas & invisibiles, in visibilibus ipsarum signaculis honorantur. Solent enim, eodem Augustino teste, lib. 10. cap. 48. de civit. Dei, & alibi passim, *omnia significantia earum rerum, quas significant, personas sustinere, sicut dictum est ab Apostolo, Petra erat Christus: quoniam Petra illa, de qua hoc dictum est, significat utique Christum.*

6. Serm. 140. *Dominus discipulis cognitus est, & postquam cognitus est nusquam comparuit eis. Absuit corpore, dum tenebatur fide. Ideo enim Dominus noster absentavit se corpore ab omni Ecclesia, & ascendit in caelum, ut fides edificetur. Si enim non nosti, nisi quod vides, ubi est fides? Sin autem credis & non vides, cum*  
vide

*videris gaudebis. Aedificatur fides, quia redditur species: veniet, quia non videmus: gaudebunt fideles, confundentur infideles. Et serm. 18. de verb. Domini. Antequam videas quod videre potes, crede quod non vides. Ambula per fidem, ut peruenias ad speciem. Species non latificabit in patria, quem fides non consolatur in via. Sic enim dicit Apostolus, Quandiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino: sed quare à Domino peregrinamur, quanuis crediderimus? Per fidem inquit ambulamus, non per speciem. Tota igitur opera vestra, fratres, in hac vita est, sanare oculus cordis, unde videtur Deus. Ad hoc sancta mysteria celebrantur: ad hoc sermo Dei prædicatur in Ecclesia. Item. Nisi corporaliter à nobis abiisset Christus, semper eius corpus carnaliter videremus, & nunquam spiritualiter crederemus.*

Alius itaque est in mysteriis quàm corporalis præsentiae modus, quo etsi per ascensionem in cælum corporaliter absens, fide tamen præsens tenetur Christus. Rerum enim absentium, ut idem Augustinus ait, lib. 3. de Trinitate, præsens est fides, quod sic tract. 50. in Ioannem, adhuc planius explicat, inquit:

*Ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Hoc audiant & teneant. Respondeat aliquis. Tenebo absentem? Quomodo manum in cælum mittam, ut ibi sedentem teneam? Fidem mitte & tenuisti. Parentes tui tenuerunt carne: tu tene fide. Et absens & præsens est Christus. Nisi enim præsens esset à nobis teneri non posset.*

Sentit igitur, ut ex prædictis apparet, Augustinus, eodem nos modo, in verbi & Sacramentorum mysterio, propter

corporalem absentiam, qua in caelum ascendens recessit & mundum reliquit, à Domino peregrinari, quia per fidem in istis ambulamus & non per speciem. Vnde quid sibi velit Augustinus intelligi clarè potest, cum post ascensionem carnem Christi, per Sacramentum memoriae, celebrari dicit, scribens contra Faustum. Non magis itaque corporalis aliqua Christi in mysteriis praesentia fingenda est quàm in praedicatione verbi, sed quae propter nostram hic peregrinationem à Domino, in mysterio & verbo praesentia possidemus in fide, haec ibi in patria videbimus usque fruemur in specie. At verò quemadmodum illic in specie corporali aliqua oris manducatione Christo non fruemur: ita quoque hic nulla est ipsius in verbi & sacramentorum ministerio sancita aliqua corporalis praesentia & manducatio in fide.

7. De consecr. dist. 2. Can. Vtrum. *Quia mysticum est Sacramentum, nec figuram illud negare possumus: sed si figura est, querendum quomodo veritas esse possit. Omnis enim figura alicuius rei figura est, & semper ad hoc refertur, ut sit res vera cuius est figura. Et post. Si veraciter inspicimus, iure simul figura & veritas dicitur. Figura vel character est, quod exterius sentitur: veritas, quicquid de hoc mysterio interius rectè intelligitur aut creditur. Et post. Sed quia Christum secundum carnem oportuit calos penetrare, ut per fidem illuc, in illo renati, confidentius appetere, reliquit nobis hoc Sacramentum, visibilem figuram & characterem carnis & sanguinis, ut per haec mens nostra, ad invisibilia & spiritualia capescenda per fidem uberius nutriatur. Est igitur figura vel character quod exterius sentitur, sed tota veritas, & nulla adumbratio quod intrinsecus percipitur, ac per hoc nihil hinc aliud, quàm veritas & Sacramentum ipsius carnis aperitur.*

8. Serm. ad baptizatos, 2. die Paschatis. Debetis scire quid accepistis, quid accepturi estis, & quid quotidie accipere debeatis. Panis ille quem videtis in altari, sanctificatus per verbum Dei, corpus Christi est. Calix, imò quod habet calix, sanctificatum per verbum Dei, sanguis Christi est. Per ista enim voluit Dominus commendare corpus & sanguinem, quem pro nobis fudit in remissionem peccatorum: si bene accepistis. Apostolus enim dicit, *Vnus panis, unum corpus multi sumus.* Sic exposuit Sacramentum Dominice Coenae, *vnus panis, unum corpus multi sumus.* Commendauit nobis in isto pane quodammodo unitatem amare. Nunquid enim iste panis, de vno grano factus est? Et post. *Tenetis Sacramentum ordine suo.* Primò post orationem, admonemini sursum habere cor: hoc docentur membra Christi. Si enim membra Christi facti estis, caput vestrum ubi est? Membra habent caput. Si caput non processisset, membra non sequerentur. Quo iuit caput vestrum? quid reddidistis in Symbolo? Tertio die resurrexit à mortuis: ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Ergo in caelo caput vestrum est. Ideo cum dicitur, sursum corda, responderis ad Dominum. Deinde sanctificatur sacrificium Dei, quod etiam voluit esse nos ipsos. Et post. *Non tibi videatur vile, quia vides: quod vides, transit: Sed quod significatur, inuisibile, non transit, sed permanet.* Ecce, accipitur, comeditur, consumitur. Nunquid membra Christi consumuntur? abfit. Hic mundantur: ibi coronantur. Manebit ergo quod significatur, aeternaliter, quãquam transire videatur. Sic ergo accipite, ut vos unitatem in corde habeatis: Sursum cor semper fugatis. Spes vestra non est in

terra sed in caelo. Fides vestra firma sit in Domino, acceptabilis Domino: quia quòd modo hic nò videtis sed creditis, visuri estis illic ubi sine fine gaudebitis.

9. In Psalm. 84. Imponimus in ora sacrificium, quando Deum laudamus. At verò Sacerdotē si requiras super caelos est, interpellat pro te qui, in terra mortuus est pro te. Et tract. 10. in Ioannem. Ne quis erraret, & cum adoraret caput in caelo, calcaret pedes in terra ascensurum caput in caelum, commendauit membra, & discessit. Et alibi. Qui Christum in caelo iam sedentem manibus contingere non possumus, fide tamen contingere possumus. Et tract. 13. Peregrè profectus est accipere regnum suum sicut dicit ipse in Euangelio: & tamen praesens est Maestate.

10. Vide, Lector, Augustini testimonia adu. praesentiam corporalem sub specie panis, tract. 50. 102. 106. 107. in Ioann. Psal. 26. & epist. 57. ad Dardanum. quae superiora dicta abundè confirmabunt.

Vt ad Vegam tamen redeamus, ad testimonia omnia Patrum qui quinque proximis post Apostolorum tempora seculis (sequentium enim Theologos reliquit intactos) floruerunt, quibus praesentiam corporalem sub panis specie probari posse putauit, etiam si satisfecerim, addatur haec vna brevisque responsio ex Orthodoxis Theologis, vt & priores, petita: Ascensionem in caelum, & sessionem ad dexteram Patris, siue exaltationem Christi, verissimum est non obstare vere praesentiae & distributioni, hoc est communicationi corporis & sanguinis Christi in sua Coena. Per fidem enim & per Spiritum Christi verè in nobis, immo etiam nobis artèssimè vnitum est, etiam quod loco procul distitum est à nobis. Non ergo impeditur nostra cum Christi corpore vnio, locorum distantis, vt neque iuuatur neque perficitur loci vicinitate vel identitate: ac manet corpus Christi corporaliter & localiter in caelo, nos autem in terra: & tamen spiritualiter nobis est praesens, & nos praesentes sumus ipsi, velut membra corporis nostri, alio quidè loco sunt quàm caput, & tamè caput mèbris & mèbra capiti sunt praesentia & vnita, vt mèbra ex capite, vitam

& motum accipiunt per Spiritum ex capite in ea influentem. Dictū est, ex Cyrillo & Hilario (Augustini sententiā lib. 2. cap. 9. contra aduers. Legis & proph. confirmantibus) non tantum Christum in nobis, sed etiam nos in Christo esse naturaliter & corporaliter: & Augustinus asserit, Sic nos in Christo esse ibi, sicut ipse est in nobis hic: & tamen corpora nostra nō existunt in cælo. Sic igitur Cœna facit nobis ex terra cælum: quia in ea communicatur Christi corpus in cælo manens, nobis in terra existentibus, non minus verè ac si iā essemus in cælo, & nostrā cum eo similitudinē & vnitatem, in vita cœlesti perficiendam, oculis eorum intueremur: sicut Apostolus inquit, *τοκτινομα* nostrum in cælis est. Atque hanc esse veram, apertā & perpetuam orthodoxæ antiquitatis sententiā, certissimum est ex infinitis eius testimoniis, quibus docet carnem Christi nunc nō in terris, sed in cælo existere, circumscriptam, visibilem & localem: nobis autem per Spiritum & fidem vñiri ac cōmunicari: atque huius cōmunionis & præsentiæ spiritualis symbola, resferas, pignora, signa & organa esse panē & vinum Eucharistię.

Super sunt, paucis excutiēda alia duo Vegæ argumenta quibus corporalem præsentiā confirmare nititur. Prius à miraculis: alterum à ritibus & consuetudinibus Ecclesię primitiua, desumptum.

Quo ad primum, Vega ex Patribus & historicis Ecclesiasticis miracula non ficta fictaque colligit apparitionum variarū in administratione, gestatione, reseruatiōe panis Eucharistici. Vnde infert Christi corpus ibi localiter contineri. Respondeat Orthodoxus Theologus in defens. De Eucharistia, aduersus Gardinerum, lib. 3.

*Dicimus, inquit, hæc miracula posse fieri trifariam: vel ad arcendos indignos à tanto Sacramēto: & talia quidem miracula recipimus. Nā Paulus eadē de causa ait multos infirmos fuisse, & multos dormiuisse. In hunc ordinem redigenda sunt ea quæ Cyprianus cōmemorat. Vel ad illustrandū atque ornandū Sacramentiū, quò eius dignitas & magnitudo melius explicetur. Nec ista quidem miracula nos respuimus. Nam eadem de causa etiam Baptismi Sacramentiū saepe ornatum est miraculis. Tertium autē vel ab impostoribus, vel à Diabolo in-*



ductū est, ad errores de Transsubstantiatione (& de corporali praesentia) confirmādos. Illud autē in uniuersum reuocimus. Lex enim iubet ut Propheta qui populum ad superstitionem & idololatriam prouocat, lapidetur. Et Antichristus uenturus est cū signis & prodigiis. Tempore Moysis, Magi Pharaonis ediderunt miracula cōtra uerbum Dei. Fuitque Marcus quidam, hereticus & impostor, Irenaeo teste, qui illudebat simplicibus, quod mutaret colorem uini. Et Ethnici cultum idolorum solebant talibus prodigiis confirmare. Neque nobis ignota sunt impostura nebulonum, quibus illi usi sunt ad edenda miracula.

Magnum sanè nobis est miraculum (ut etiam illud ueteres Theologi agnouerunt) quod Christiani interim dum communicant, unā cum pane & uino quae ore corporis recipiuntur, ore fidei, i. animo & mente, corpus & sanguinem Domini comedant & bibant, & ut fidei subuecti in caelum, ibi manducant, panem in mensa Dei, ad consequendam uitam aeternam. Magnum certè miraculum, quod nos in terris cōstituti unum siamus cum Christo in caelis recepto, ita ut simus caro de carne & ossa de ossibus eius. Magnum etiam est, & longè supra omnem vim naturae, quod Spiritus Sanctus istis elementis externis uti uelit quod nos intus Spiritu & animo confirmemur. Atque ea ratione magnum etiam miraculum est uerbum Dei per quod Deus vim suam & potentiam ad instaurandos & reuocandos homines exerit ac declarat. Augustinus & Chrysostomus in Baptismo narrant facta fuisse miracula: nec tamen inde potest Vega inferre transsubstantiationem aquae, aut sanguinis Christi realem sub aquae specie praesentiam. Nec etiam audeat negare ueteres qui miracula ista recitant semper meminisse symbolli sacri, quae eorum dicta errores Papisticos cōuellunt, & Martyris responsionem confirmant. Quod subiicit Vega, nisi corpus sub specie panis lateat, Deum his miraculis ad idololatriam induxisse homines, aut certè in ea maxime confirmasse, Iesuicè id est impie dicitur. Nam etsi Dominus Sacramenti institutionem & dignitatem miraculis quibusdam honorauit, non sequitur Papistica commenta, ut diuina quaedam miracula, esse recipienda.

Postremum argumentum ex liturgiis & ritibus Ecclesiæ desumptum, sic potest resolui.

Magna cum reuerentia veteres ad mensam Domini accesserunt, Christum tanquam in mensa cum Angelis presentem manibus contactum, ore perceptum inuocarunt, diligenter prouiderunt ne quid ex eorum ore aut manibus decideret, quod regem cælestem suscepisset, magna ueneratione suppellectilem templorum coluerunt: Catechumenos à communione arcebant: Panem corpus Domini esse credebant.

Ergo sub panis specie corpus Christi continetur.

Falissima conclusio, ut antea prolixè euicimus. Antecedentis autem membra & particulas omnes quum supra ex orthodoxo veteris Ecclesiæ consensu explicuerim: non est quod in assertionum Vilenis Emanuelis Vegæ refutatione diutius laborem. Ad alios Iesuitas, 10. & 11. pagina huius collationis nomine expressos accedo.

Gregorius de Valentia, tract. contra fundamenta duarum sectarum, contendit Papistas (quos saltò Ecclesiam Christi appellat) sentire neque in cælis tantum (ut Sacramentarij, Sacramentiperdis oppositi) neque ubique (ut ubiquitarij) sed in cælis & in diuinissimo Sacramèto, Dominum nostrum Iesum adesse humanitate sua presentem. Paucis uerbis multos errores effundit Gregorius. Primùm enim presentiam illam imaginariam carnis Christi sub panis specie cum presentia corporis Christi in cælis eandem constituere uidetur, quod alij Papistæ non sine distinctione cõcedunt. Dicunt enim Christi corpus uisibiliter esse in cælis, inuisibiliter sub pane: de figura, quantitate, & modo acriter etiam pugnant, ut ex Scholasticorum matæologia cõstat. Secundò, ludit in uoce *humanitatis*: Distinguendum enim fuit corpus humile & morti obnoxium à glorificato, & quærèdum quale fuerit corpus illud, cuius nomen pani Eucharistico tributum est: tum, qua de causa Christus non dixit, hoc est humanitas mea: Sed hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus: item, cur non dixerit, Humanitas mea uobiscum est: Sed, Ego sum uobiscum usque ad consummationem seculi. Tertio præstigiatores agit, quum aperte scribere detrectat Christi corpus, distinctè sub specie panis, sanguinem sub specie uini in usu & extra usum contineri localiter, includi, gestari, à canibus & porcis (i. impijs) edri: in ventrem descendere, corrumpi, &c. Hæc enim est Papisticæ Syna-

gogæ sententia. Fallit igitur, & , vt versipellem veritatis hostem decet, tenebras offundit, vt quid verbo *Adesse* intelligendum sit Lector non videat. *Adesse* igitur Gregorio est Christi corpus è cælo elicere, virtute quinqueverbica seu magica, sub indiuiduo vago & forma siue materia corpus non corpus, visibile non visibile, cruentum incruentum, insensibile, non palpabile, exanguine & cum sanguine includere, ita vt os attingat, in fauces ingressum, vel ad cælos eodem momento ascendat, vel in ventrem traiciatur, simul semel infinitis locis adsit & absit. Nihil affingo, Lector, innumera eiusmodi opinionum portenta tum ex scholasticis, tum ex aliorum Papistarum scriptis, inuitabili consequentia proferre possum. Ista Papatus mysteria nobis aperiant Iesuitæ. Quarto, sub nomine *Præsentie* multiplex latet fallacia. Inuisibilem enim eam constituunt, quum tamen ipsis manibus & dentibus corpus illud præsens realiter tractari & atteri fateantur. Distinctionem veterum de corpore reali Sacramentali & mystico Gregorius expendere noluit. Deinde an totus Christus, an totum Christi præsens sit non explicat, & tamen dicit Christum *Adesse* sua humanitate. Aut enim Caro Christi à deitate separata (quod Nestorianum est) aut deitati inseparabiliter coniuncta adest. Si separata, minimè viuificat: Si coniuncta, quid sibi volunt ista, adesse Christum humanitate? Necessè est autem eos multa malè interpretari qui vnum rectè nolunt intelligere. Quintò, Gregorius separans suos Papistas ab vbiuitariis, se deridendum vel potius desendum Christiano Lectori propinat. Vbiuitatis figmentum equidem refutauerunt Peltanus, Busius, Gregorius ipse & Iesuitæ ferè omnes: sed eadem opera papistica commenta circa præsentiam corporalem abundè refutarunt. Vbiuitarij volunt reale corpus Christi esse vbique: & Papistæ contendunt illud corpus esse in infinitis locis. Sophismata vbiuitistica & Papistica non iisdem fucis tegi nouimus. Sed quicquid illi & isti conentur, non modò multipræsentiam aut multiuolipræsentiam (portentosis figmentis nouæ voces conueniunt) verum etiam omnipræsentiam carnis Christi, id est, Eutyehianismum, eos inuohere & in idem erroris præscriptum cadere certum est.

Quod autem Sacramentarios dicit sentire Christum in  
cælis

cælistantùm adesse humanitate sua præsentem (id est, Christum, quatenus homo, post ascensionem alibi non esse quàm in cælis: Angelis & D. Petro testibus, Act. 1. & 3.) explicatione illustrius fiet, quam præstat ex veteribus Theologis haurire, ne fortè Sacramentarium me Sacramentiperda Gregorius appellet.

*Gregorius Nazianzenus, contra Apollinarium.* Christus, quo ad corpus, circumscibitur, quo ad spiritum non circûscibitur.

*Augustinus, de consecr. dist. 2. Can. Primo.* Donec seculum finiat, furum est Dominus: sed tamē etiã hîc nobiscum est veritas Domini. Corpus enim, in quo resurrexit, in vno loco esse oportet.

*Contra Faustum Manichæum lib. 20. cap. 11.* Christus secundâ præsentiam corporalem, simul & in sole, & in luna, & in cruce esse non potuit.

*Epist. 57.* Noli dubitare ibi nunc esse hominem Iesum Christum, unde venturus est, memoriterque recole, & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit à mortuis, ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris, nec aliunde quàm inde venturus est, ad viuos mortuosque iudicandos. Et sic venturus est, illa Angelica voce testante, quemadmodum ire visus est in cælum, id est, in eadem carnis forma atque substantia: cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubique (aut infinitis in locis) diffusus. Cauendum est enim ne ita diuinitatem astruamus hominis, vt veritatem corporis auferamus. Non est autem consequens vt quod in Deo est, ita sit ubique vt Deus.

Eadem epistola. Spatia locorum tolle corporibus (agit etiam de corpore Christi, cui spatia tollit Iesuitica secta) & nusquam erunt: & quia nusquam erunt, nec erunt. Item. Qui dicit Christi corpus in celo pariter & in terra eodem tempore esse, (obser-

nent Augustini Sacramentarij dictum, Iesuitæ) naturam corporis Christi funditus dissoluit ac destruit.

In Ioann. tract. 78. *A quibus homo abscedebat, Deus non recedebat: & idem ipse Christus & homo Deus. Ergo & ibat per id quod homo erat, manebat per id quod Deus erat. Ibat per id quod vno loco erat, manebat per id quod ubique erat.*

De vnitae Ecclesiæ, cap. 10. *His dictis, mox ascendit in calum, pramunire voluit aures nostras aduersus eos, quos procedentibus temporibus exurrecturos esse prædixerat, & dicturos, Ecce hic Christus, ecce illic: quibus ne crederemus admonuit. nec vlla nobis excusatio est, si crediderimus aduersus vocem pastoris nostri tam claram, tam apertam, tam manifestam, vt nemo vel obtusus & tardus corde possit dicere; Non intellexi.*

In ea eandem sententiam apud Augustinum sunt plura. Sed aliorum veterum Sacramentariorum sententias audiamus.

Origenes in Matth. homil. 33. *Christus secundum diuinitatis sue naturam non peregrinatur a nobis, sed peregrinatur (i. absens est) secundum dispensationem corporis quod suscepit. Rursus. Nec est homo, qui est ubicunque duo vel tres in eius nomine fuerint congregati: neque Christus, vt homo, nobiscum semper est vsque ad consummationem seculi.*

Hieronymus in Prouerb. lib. 1. cap. 8. *Christus non est corporaliter in Ecclesia: surgens enim a mortuis ascendit in calum.*

Theodoretus Dialog. 2. *Igitur corpus Domini-*  
tunt

tum surrexit quidem à corruptione & interitū alienum, & impatibile, & immortale, & diuina gloria glorificatum, & à cælestibus adoratur potestatibus. Corpus tamen est, & habet quam prius habuit, circumscriptionem.

Fulgentius ad Thrasim. lib. 2. *Vnus idemque homo localis ex homine, qui est Deus immensus à Patre. Vnus idemque secundum humanam substantiā absens cælo, cum esset in terra, & derelinquens terrā cum ascendisset in cælum. Secundum diuinam verò immensamque substantiam, nec cælum dimittens, cum de cælo descendit, nec terram deserens, cum in cælum ascendit.*

Vigilius episcopus Tridentinus lib. 1. contra Eutychem. *Vide miraculum, vide utriusque proprietatis mysterium. Dei filius secundum humanitatem suā recessit à nobis: secundum diuinitatem suā ait nobis, Ecce vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Si nobiscum est: quomodo ait, venient dies, quando desideretis filium hominis, & non videbitis. Sed & nobiscū est, & non est nobiscū: quia quos reliquit, & à quibus discessit humanitate sua, non reliquit neque deseruit humanitate sua. Per formā enim serui, quam abstulit à nobis in cælu, absens est nobis: per formā Dei, quæ non recedit à nobis in terris, presens est nobis. Tamē presens & absens vnus idēque est nobis.*

Idem lib. 4. *Si verbi & carnis vna natura est, quomodo cū verbum ubique sit, non ubique inueniatur & caro? Nāque quādo in terra fuit, nō erat utique in cælo. Et nūc quia in cælo est, non est utique in terra. Et in tātū nō est, ut secūdu ipsā Christū expectemus venturū*

de caelo, quē secūdū verbū nobiscū credimus esse in terra. Igitur secūdū vos (attēdite Iesuitæ qui præfetiā carnis Christi nō tātū in cælo, sed infinitis in locis in terra ceu dogma orthodoxū cū Tridentina synodo lystrica, aduersus orthodoxū episcopum Tridētīnū & Christi martyre Vigilium asseritis) aut verbum cum carne sua loco cōtinetur, aut caro cum verbo ubique est: quando una natura contrariū quid & diuersum non recipit in seipsa. Diuersum autem est, & longè dissimile, circūscribi loco (i. in cælis) & ubique (vel, vt Iesuitæ tradūt, infinitis in locis) esse. Et quia verbū ubique, caro autē eius ubiq; (infinitis in locis) nō est (sed circūscribitur loco, & tantū in cælis est) apparet unū eūdēq; Christū vtriusq; esse naturæ, & esse quidē ubiq; secūdū naturā diuinitatis suæ, & loco cōtineri secūdū naturā humanitatis suæ, & c. Hac est fides & cōfessio Catholica, quam Apostoli tradiderunt, Martyres roborauerunt, & fideles (quos Gregorius sacramentarios appellat) nunc vsque custodiunt.

Quum verò Fortunatus Crellius vir doctissimus pro sincera Cœnæ Domini doctrina ad Gregorium Valentianum sacramenti perdam Christianam responsonem olim emisserit, eidem refutandos relinquimus libros tres nuper istius Gregorii nomine editos, in quibus Vegæ sophismata recoquit, & miris strophis orthodoxum veteris Ecclesiæ consensum obscurare conatur. Ad alium Iesuitam accedo.

Is est Petrus Michael, Colonienſis, qui controuersias Eucharisticas dialogis quinque, ex partis vtriusque (vt ait) elucubrationibus fideliter concinnatis, se familiariter & peramāter conciliaſſe gloriatur. Ita familiariter autem & amanter egit, vt conuiciorum & mendaciorum plaustra in orthodoxos Theologos effundens, argumenta firmissima, patrum testimonia aut mutila recitat, aut præcipua omittit, & relictis orthodoxorum refutationibus, Clementem quendam Iesuitico Petro ridiculè omnino inducit his verbis responden-

tem. Perspicua profectò sunt ista quæ dicis, nec habeo quod illis solidè opponam. Conuiciorum specimen ex eisdem familiari & amica peroratione proferamus: deinde quid de statu controuersæ modestus & fidelis concinnator garrat, subiungemus.

De Theologis orthodoxis loquens pagina 1. præmonitionis ad Lectorem: Errore, (inquit) barbaro furore & impudètia in nos armanur & inuaduntur, audaces, sibi placentes, quæ factas non metuiunt introducere, fluctus sæui maris, lupi rapaces, nemendabiles per fas nefasque superiores, porci, pertinaces, derisores, furore armati, pudore vacantes, dolorem ex turpiter factis non sentientes, iracundi, insani, Deo insultantes.

At tibi, Michael, pro istis conuiciis, vnico folio expressis; meliorem mentem precamur. Cætera autem si persequi uellem, nax insullus & cerebro uacuis sim. Quid si quis tibi regerit, Ista de Iesuiticis magistris esset, & uera dixeris. Mendacis ueritas minime superatur. In iudiciis autem ad ueritatis reditum, quæ Michael eadem Præmonitione proponit, ineptè petit principium. Ait enim nos ad Papatum teuerri debere, si despiciamus an fides sit in nobis, an ueritatè amemus, si humili & seruido spiritu frequenter Deum oramus, si originem, progressum & finem cõtrouersæ inuestigamus, deinde si ueritatem agnitam apprehendamus & custodiamus.

Nunquam ob oculos uersantur Iesuitarum scripta, quin illico recorder illius hæretici apud Theodoretum dicentis, Nos inquisitione non egemus, cum ueritas nobis exploratè percepta sit & cognita. Hanc persuasionem habent omnes Iesuitæ, se ueræ doctrinæ patrocinium suscipere.

Nos autem ueritatem querere iubent: at illos rogamus ne anteceptis opinionibus, & sententiis mala fide collectis, corruptaque mète apprehentis, seruiant. Porro si Iesuitica cohors seipsum sine hypocrisis exploraret, si ueritatem amaret, si absque superstitione & idololatria Deum Patrem per unicum mediatorem Christum oraret, si originem, progressum & finem controuersiarum de Religione sincera mente, turpis lucri cupiditate, ambitiolaque iracundia prorsus repudiata, inuestigare dignaretur, Papatu abdicato sinceram Euangelij Christi doctrinam uerèque Christianam & Catholicam Religionem profiteretur.



Status autem controuersiae Eucharisticae à nobis ex ipso Michaelae descriptus, pag. 10. ostendit, qua fide & conscientia ille cum orthodoxis Theologis agat: scilicet ac si dicerent in Coena panem & vinum edi, vt fide & spiritualiter beneficia Christi apprehendantur. Multiplicem Michaelis fallaciam, vt qui coenam Domini sine Domino, & beneficia Christi sine Christo Christianos credere somniet, Harmonia confessionum fid ei ab orthodoxis Ecclesiis editarum, anno 1581. euulgata, satis superq; detegit: ex qua Gallicae confessionis articulos excerpere, & Iesuitae fallaciis opponere, refutation. locovisus est.

8. Affirmamus (inquiunt Gallicae Ecclesiae) sanctam coenam Domini esse nobis testimonium nostrae cum Domino nostro Iesu Christo vocationis, quoniam non est duntaxat mortuus semel & excitatus à mortuis pro nobis: sed etiam verè nos pascit & nutrit carne sua, & sanguine suo, vt vnū cū ipso facti vitā cū ipsocōmunē habeamus. Quamuis enim nūc sit in caelis, ibidē etiam mansurus, donec veniat mundum iudicaturus: credimus tamen cum arcana & incomprehensibili spiritus sui virtute nos nutrire & viuificare sui corporis & sanguinis substantia, per fidem apprehensa. Dicimus autem hoc spiritualiter fieri non vt efficaciae & veritatis loco imaginationem aut cogitationem supponamus: sed potius quoniam hoc mysterium nostrae cum Christo coalitionis tam sublime est, vt omnes nostros sensus, totūque adeo ordinem naturae superet: denique quoniam, quum sit diuinum ac celeste, non nisi fide percipi & apprehendi potest.

Credimus, tam in coena quam in Baptismo Deum nobis re ipsa, id est, verè & efficaciter donare quicquid ibi sacramentaliter figurat: ac proinde cum signis coniungimus veram possessionem ac fruitionem eius rei quae ibi nobis offertur. Itaque affirmamus eos qui ad sacram mensam Domini puram fidem veu vas quoddam afferunt, verè recipere quod ibi signa testificantur, nepe corpus & sanguinē Iesu Christi, non minus esse cibum ac potū animae, quā panis & vinū sunt corporis cibus.

Credimus panem illum & vinum illud, quod nobis in coena datur, verè nobis fieri spirituale alimentum, quatenus videlicet velut oculis nostris spectandum praebet carnem Christi nostrum cibum esse, & eiusdem sanguinem nobis esse potū.

Status igitur controuersiae est, An reale Christi corpus, virtute quorundam, verborum, è caelis vbi ascendit & continetur, eliciatur, sub panis specie infinitis in locis

contineatur, à muribus, porcis & canibus sæpissime edatur: nec ne. De hoc statu Michaelis & cohortis Iesuiticæ sententiam audire paratus sum, De fructu autem cõmunionis Christi, quod obscuris verbis admodum agit Michael, quum ad disputationem de præsentia propriè non pertineat, in præsentia omittimus.

Coloniensem Iesuitam sequitur Costerus, qui (vt pag. 10. & 11. retuli) Ecclesiam Catholicam ab Apostolorum temporibus semper credidisse asserit in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento contineri, verum & integrum Christi corpus & sanguinem, idque propter manifesta verba, quæ nulli figuræ locum relinquunt.

Fallacia est in voce *Sacramenti*. Si nomine Sacramenti intelligit Costerus panis speciem, eius assertionem verbo Dei, fidei articulis, naturæ humanæ Christi, naturæ & ordinationi Sacramentorum ex diametro oppositam reiicimus. Sin vero, in actione S. Coena verum Christi corpus verè Christianis virtute Spiritus sancti & fide tam certè præsens & sumendū exhiberi, quam certè manibus & ore corporis signa Sacramentalia percipiuntur, asserit, probamus & credimus. Alia, item fallacia in eadem voce latet. Panis enim & vini species somniat esse Eucharistiæ sacramentum, quum istæ chimæræ Papisticæ, nec symbola, nec significata sint in Sacramento. Confundit deinde Costerus res & signa. Tertio, in verbo *Contineri*, alia continetur fallacia. Inclusionem enim localem rerum sub indiuiduo vago & accidentibus sine subiecto, vice mutationis & coniunctionis Sacramentalis rerum & signorum somniat: Transsubstantiationis Papisticæ turpitudinem vnus vculæ fuco velare conatur. Apertè enim debuit scribere panem in corpus conuerti & contineri, vinum in sanguinem, sed contrario sensu, & vtm institutioni Domini faciens, asserit in hoc Sacramento contineri corpus id est, sub specie panis corpus visibile latet inuisibile. Contra verò, ex Papistica doctrina necessariò consequitur sub corpore. i. intra corpus esse panis substantiam: circa corpus autem circumuolare panis albedinem & rotunditatem. Quod enim dicunt substantiam panis euauisse, vanū est, & in ridiculo isto sophismate asserèdo, miras meratque loquuntur præstigias. Quarto, petit principium, verba Christi proponens. Dominus enim minime dixit.

sub hac specie est corpus meum: aut hic panis, nō est amplius panis sed cōuertitur in corpus meū, Licet rumpatur ilia Iesuitis, nunquā in Euangelistarum, aut Apostolorum, aut Orthodoxorum Theologorum libris enuntiationem istam ac interpretationem Papisticam reperient. Verba Christi equidem clara ac perspicua sunt, Iesuitica autem miris strophis & mendaciis inuoluta. Quinto, Iudit Costerus in uocula *Figura*, quam à verbis Christi prorsus remouet. Respondet Augustinus, Eademum esse miserabilem animæ seruitutem, signa pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculum mentis adhaerendum æternum lumen leuare non posse. Eiusdem regulam ex 3. lib. De doctrina Christiana, cap. 16. semel & iterum proposuit in qua dicit, verba illa, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, figuratè exponenda esse. Excipiet Costerus, facinus vel flagitium non iuberi, quum Christus dicit discipulis, Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Iterum respondeo cum Augustino, Videtur flagitium iubere Christus, ista præcipiens: idem enim (si Iesuitas audimus) est ac si dixisset, ore corporeo accipite. Et comedite corpus meum: manducate carnem realem filij hominis ore corporeo, illa atterite dentibus, & in ventrè trajcite. Augustino satisfaciatur Costerus, deinde sua axiomata proponat. Respondeat testum Augustini in Psalm. 3. sup. Leuit. quæst. 57. contra Adimant. cap. 12. Epist. 23. Tertulliani cont. Marcionem, l. b. 4. Ambrosii in 1. Cor. cap. 11. Orig. homil. 7. in Leuit. Chrysost. in Matth. homil. 83. Hieronym. adu. Iouinian. lib. 2. Theodoret. Dial. 2. & aliis sapius antea citatis, in Christi verbis figuram & Sacramentalem loquendi modum (quando videlicet symbolis rerum nomina tribuuntur) agnoscantibus.

Quæ præterea Costerus addit, à nobis priore huius collationis parte, pag. 630. 631. & sequentibus descripta & breuiter explicata sunt. In hac posteriori autem quum Vegæ respondi, cauillationibus Costeri & Gregorij Valentiani satisfactum esse arbitrōr. Porro, quod pag. 651. receperam me testimonio veterum à Costero & Gregorio citata sequente libro consideraturum in Vegæ refutatione, abundè præstiti. Alij enim ex aliis lacera veterum dicta coaceruant, quibus se Christianæ Ecclesiæ consensum obruere posse opinantur.

Supereſt paucis excutiendus Turriani aduerſ. Volanũ. pag. ii. recitatus paralogiſmus, cuius ſumma hæc eſt:

Qui credunt corpus Chriſti non ſua natura, ſed virtute Deitatis quæ per illud operabatur ſuper aquas ambulante & in cælum aſcendiſſe, debent credere corpus Chriſti eadem virtute infinitis in locis eſſe in Sacramento.

Sacramentarii credunt hoc factum eſſe, vt Euangelica teſtatur hiſtoria.

Ergo & illud credere tenentur, corpus videlicet Domini infinitis in locis eſſe in Sacramento.

Maiorem fulciunt Ieſuitæ argumento à Dei omnipotentia ſumpto: & ita ratiocinantur. Si Deitas Chriſti efficere potuit vt corpus ſuper aquas incederet, & in cælum aſcenderet, poteſt etiam efficere vt corpus ſimul eodẽmque momento ſit infinitis in locis. Conſequens à poſſe ad eſſe non valet. Porrò antequam de Dei omnipotentia reſpõdeam, ſophiſmata quædam Turriani detegere operæpretium arbitror. 1. Deitatem per corpus operatam fuiſſe ambiguè dicitur. Non ſine corpore effecit vt illud ſuper aquas ambularet & in cælum aſcenderet: Sed Diuina vi id effectum eſſe liquidò conſtat. Vult autem Turrianus nescio quod miraculũ in corpore conſtituere, vt viam ſibi ſternat ad Papiſtica portenta ſtabiliẽda. 2. Quando corpus Chriſti ambulans tendebat ad nauiculam diſcipulorum ſuorum, à ripa reſceſſit, nec alius in locis præſens adfuiſſe, Turrianus oſtendere poteſt. Quum corpus in cælum aſcenderet, vtique non deſcendebat, nec cum Apoſtoliſ viſibiliter inuiſibiliterue manebat: prorsus igitur diſſimilia ſunt iſta, virtute diuina ſuper aquas ambulare, & infinitis in locis contra veri corporis naturam & modum ſimul eodẽmque momento (quod ſoli naturæ diuinæ proprium eſt) ad eſſe. 3. Corpus illud ambulans & aſcendens videbatur. Corpus autem illud à Papiſtica ſecta conſictum ſpectrum eſt. 4. Euangelica hiſtoria de iſtis miraculis fert teſtimonium: De multipreſentia & omnipreſentia carnis Chriſti in, cum, ſub pane & vino, aut ſub horum ſpeciebus, nullum profert dictum. Quod reuelatũ eſt per Dei verbũ in ore Prophetarũ & Apoſtolorũ, nõ hæreticorum fabulas Chriſtiani credere tenentur. 5. Totus

Christus infinitis est in locis simpl eodemque momento, modo nobis incōprehensibili. Totum autem Christi minime. Ludit & fallit ergo Turrianus, de Sacramento agens. Debuit enim scribere, ut purum putum papistam decebat, corpus Christi, panis substantia ad nihilum redacta, sub eiusdem specie latere, ita ut in caelis sit circumscriptū & viibile, in terris non modo in usu, sed post usum in illa specie, tum in ore & ventre sumentium, tum in ventre porcorum & canum ad tempus aliquid contineri. Iterum autem superius dicta in pauca conferamus.

Christi corpus super aquas ambulavit, & in cœlū ascendit.  
Ergo infinitis in locis eodem tempore esse potest.

Dicamus etiam

Diuis Petrus super aquas ambulavit, & Eliæ corpus in cœlos subuectus est

Ergo Petri & Eliæ corpora infinitis in locis eodem tempore esse possunt.

De Dei Omnipotentia pag. 601. 602. prioris partis respondi. His ex Theodoretī dialogo tertio verba addere visum, ex quibus facile constructur Syllogismus, qui tractationi de carnis Christi præsentiā finem imponet.

Multa Deo impossibilia sunt (inquit) Theodoretus, & ea quidem quæ ipsius naturæ repugnant. Sic igitur argumentor.

Quicumque etiam naturam, præter Diuinam, incircumscrip-  
tam & infinitam constituunt, duos deos constituunt, & veri Deī naturam abolent.

Naturam Christi humanam incircumscrip-  
tam & infinitam constituunt.

Ergo Dei naturam abolent, duosque deos constituunt.

Vel sic,

Si Deus, quod circumscriptum ac finitum est, incircumscrip-  
tum & infinitum reddere potest, vult quæ ipsius naturæ re-  
pugnant.

At non vult quæ ipsius naturæ repugnant.

Ergo quod circumscriptum ac finitum est, incircumscrip-  
& infinitum reddere non potest.

Maiorem tuetur Theodoretus, dicens, Si multa Deo im-  
possibilia sunt, & ea quidem quæ ipsius naturæ repugnant.  
quid causæ est (hæreticam naturam diuinam Christi patibili-  
lem

lem fuisse asserentem alloquitur) cur omnes naturæ proprietates, cuiusmodi sunt esse bonum, iustum, veracem, inuincibilem, incōprehensibilem, incircūscriptum (attende Iesuita incircūscriptionē soli naturæ diuinæ esse propriam, quā ideo si humanæ tribuis, Deum volentem quæ ipsius naturæ repugnant constituis) æternum, & alias quæ Deo verè tribuuntur, in suo statu reliquentes, solam immortalitatem, & impatibilitatem mirabilem esse dicitis, & possibilitatem alterationis de ipsis concedentes, Deo potentiam assignatis, quæ non differt ab infirmitate?

Minor lucet luce sua. Consequens itaque firmissimum manet. Porro, quum de præsentia carnis Christi orthodoxorum Theologorum extent libri & disputationes ex quibus ceu ex fonte perenni, quæcūque superius dicta sunt haustumus, lectore ad fontes ipsos misso, septimam Antilesuitæ Gratiani sectionem aggredior.



*Sectio VII. De manducatione carnis Christi.*

GRATIANS.

**Q**UIA corpus assumptū ablaturus erat ab oculis nostris, & sideribus illaturus, necessarium erat, ut dies Cænæ sacramentum nobis corporis & sanguinis sui consecraret: ut coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium: ut quia quotidiana, & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redemptionis oblatio, & perennis victima illa viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia, verè vnica & perfecta

hostia, fide æstimanda, non specie, nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Vnde meritò cælestis confirmat auctoritas: quia caro mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quandoquidem qui auctor est muneris, ipse etiam testis est veritatis. *Et infra.* Sicut ergo sine corporali sensu, præterita vtilitate deposita, subitò nouam indutus es dignitatem, & sicut hoc, quod in te Deus læsa curauit, infecta diluit, immaculata deterfit, non sunt oculis, nec sensibus tuis credita, ita cum reuerendum altare cælestibus cibus satiandus ascendis, sacrum Dei tui corpus, & sanguinem fide respice, honora, mirare, mente continge, cordis manu suscipe, & maximè haustu interiore assume. *De consecrat. Distinct. 2, Can 35. Ex Eusebio Emisseno.*

Ex hac Emisseni sententia, quòd mysteria non sint interiore visu seu specie, sed interiore affectu æstimanda, Fulbertus Carnotensis Episcopus in Epistola ad Adeodatum, Mysterium fidei propterea sic dici ait, quia fide æstimandum est, non specie nec visu corporeo, sed specie mentis intuendum: siquidem potentis mysterij secretum tantum tenet fides. Quod enim substantia panis & vini apparet exterius, iam corpus & sanguis Christi fit interius.

Hoc autem corpus & sanguinem Christi in mysterio fidei interius fieri, ne quis per realem ipsorum sub specie panis & vini existentem intelligendum esse putet, his verbis explicat.

Gusta itaque & vide, quàm suavis sit cibus, & prægusta quid sapit. Sapit, ni fallor, cibum Angelicum, habentem intrase mystici saporis delectamentum, non quod ore discernas, sed quod affectu interiore degustes. Exere palatum fidei, dilata fauces spei, viscera charitatis extende, & sume panem vi-

æ interioris hominis alimentum.

Cæterum ex hoc Gratiani canone colligo:

1. Istam hostiam quæ mysticè in Christi commemorationem fit, & in qua per mysteriũ recolitur memoria redemptionis nostræ semel in Christi corpore factæ, non esse substantialiter seu identicè illam ipsam hostiam, Christum, seu corpus ipsius assumptum & syderibus illatum.

2. Hoc per Sacramenti similitudinem in memoria recoli, non reipsa offerri.

3. Non aliam posse esse ipsius corporis quàm redemptionis in corpore factæ oblationem, in mysterio videlicet & Sacramento.

4. Christi reale corpus cordis manu (i. fide) suscipi, & haustu interiore assumi. Idcirco manu corporis sumptionem & oralem manducationem realis corporis orthodoxæ antiquitati fuisse incognitam.

Idem Eusebius, homil. in Epiph. Dominus ipse ait, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Suscipiamus itaque Christũ in domo nostra, suscipiamus eum in mente & in pectore nostro.

Et homil. in Oct. Domin. Ea nocte qua traditus est, cum discipulis agnum comedit, & mox quid significaret ostendit, Dum panem & vinum benedicens ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meum. *Paulo post.* Sic igitur vetus Testamentum compleuit & confirmavit, literæ finem imposuit, & spirituali novæque intelligentiæ principatum Dominus tribuit.

Vociferabuntur Iesuitæ me Iesuitica fide agere, id est, Emissemum in Canone citato mutilare, quia omiserim totam illam partem in qua de miranda illa conversione agit, dicens:

Inuisibilis Sacerdos, visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbo suo secretæ potestate conuertit, ita dicens Accipite & comedite, hoc est corpus meum: & sanctificatione repetita, Accipite & bibite: hæc est sanguis meus. Ergo sicut ad nũtum præcipiẽtis Domini repente ex nihilo subsisterunt ex æsa cælorum, profunda fluctuans, vasta terrarum: ita pari potestate in spiritualibus Sacramentis vbi præcipit virtus serpit effectus. Quanta itaque & quàm celebranda beneficia vis Divinæ benedictionis operetur attende: & vt tibi nouũ & impossibile videri non debeat quod in Christi substantiam



terrena & mortalia conuertuntur, reipsum qui iam in Christo es regeneratus, interroga. &c.

Ista omiseram, quòd ad quæstionem de mutatione Sacramentali pertineant. Miranda certè prorsus est ista conuersio, quum res terrenæ tam sublimi & eximio vsui aptantur vt sint corpus & Sanguis Domini nostri Iesu Christi, sacramentali modo, non ratione illa quæ à Pontificibus Romanis est inuenta, sicuti antea dictum est, quando de transsubstantiatione egimus. Emissenium verò Papisticæ transmutationi non fauisse, sic colligo.

1. Inuisibilem Sacerdotem, id est, Christum ipsum proponit istius mutationis vnicum autorem. Ergo recitatio institutionis Cœnæ & prolatio verborum ex ore Ministri Sacramentum efficit, ita vt panis communis fiat mysticus, i. Christi corpus Sacramentaliter, non propter dignitatem ministri aut virtutem in verbis inclusam, sed propter meritum & dignitatem instituentis, qui quum in cælis sit humanæ naturæ respectu, actio illa nos in cælum etiam euehit.

2. Panis & vinum conuertuntur in Christi substantiam, id est, fiunt re vera Sacramentaliter verum Christi corpus & sanguis, aded vt tam verè cordis manu, id est fide, corpus reale Christi suscipiamus, quàm verè corporis manu symbola Sacra sumimus.

3. Christus ex nihilo omnia fecit: non autem ex nihilo fecit corpus suum. Non valet igitur consequens Iesuiticum. Substantiam panis in nihilum redigi, vt Christi substantia sub specie panis lateat. Nec ista dicit Emissenus: immò quæ ad finem adtexit, eius mætem aperiuunt: quemadmodum etiam homil. in ramis palm. ait, Docet nos Ioseph qualiter Christi corpus suscipere debeamus; docet nos mundo corde, & pura conscientia illud suscipere. Ad Gratianum Antileuitam redeamus.

Quia passus est Dominus pro nobis, commendauit nobis in isto sacramento corpus & sanguinem suum: quod etiam fecit & nos ipsos. Nam & nos ipsius corpus facti sumus, & per misericordiã eius, quod accipimus, nos sumus. Recordamini: &

VOS

vos non fuistis, & creati estis: ad arē Dominicam comportati estis: laboribus bouum, id est, annuntiantium Euangelium, trituri estis: quando Catechumeni differebamini, in horrea seruabamini, nomina vestra dedistis: Cœpistis moli ieiuniis & exorcismis: postea ad aquam venistis, & conspersi estis, & panis Dominicus facti estis. Ecce quod accepistis. Quomodo ergo videtis esse vnū, quod factum est, sic vnum estote vos, diligendo vos, tenendo vnā fidem, vnā spem, indiuiduam charitatem. Hæretici quando hoc accipiunt, testimonium contra se accipiunt: quia illi quærunt diuisionem, cum panis iste indicet vnitatem: sic & vinum in multis racemis fuit, & modò vnum est. vnum est in suauitate calicis post pressuram torcularis. Et vos post illa ieiunia, post labores, post humilitatem & contritionem cordis iam in nomine Christi, tanquam ad calicem Domini venistis: & ibi vos estis in mensa, & ibi vos estis in calice, nobiscum vos estis, Simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul viuimus. *Item.* Ita Dominus Iesus Christus nos significauit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & vnitatis nostræ in sua mensa consecrauit. Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. *De Consecr. Distinct. 2. Can. 36. ex Augustino.*

Ex hoc Canone sequentes theses colligo.

i. Vera corporis Christi communicatio non separanda est ab vnitatem corporis Ecclesiæ Christi: quum apud Paulum sic hæc cum illa, tanquam causa cum suo vero & proprio effe-

Et coniuſta. Sicut enim panis qui frangitur est *καρποία* corporis Christi: ita qui de vno hoc pane participant, vnus panis & vnum corpus sunt.

Vnde idem Augustinus lib. 21. cap. 25. De ciuitate Dei: Qui sunt (inquit) in corporis Christi vnitatem, id est in Christianorum compage membrorum, cuius corporis Sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueuerunt, ipsi verè dicendi sunt manducare corpus Christi, & bibere Sanguinem Christi. *Et post:* Non autem dicendi sunt manducare corpus Christi, qui non sunt in corpore Christi, nec in membris eius computandi.

2. Ecclesie corpus mysticum non corporaliter coheret inter se vel cum capite suo: itaque capitis Ecclesie cum membris vnio spiritualis est: quòd stare nequit. Si oralis manducatio statuitur.

3. Eos grauiter errare qui putant hæreticos & impios, in Christiana Ecclesia corporis & sanguinis Christi symbola percipientes, reuera corpus ipsius manducare. Nam tunc vnus panis, & vnum corpus essent. Non sunt autem vnum corpus, quum diuisionem quærant: igitur nec membra Christi sunt, nec eius verum corpus percipiunt. Illud autem perciperent, si ore corporeo sumeretur.

4. Falsissimum est, vnitatem corporis Ecclesie Christi specie geri. & quasi figura quadam significari, per corporalem ipsius Christi sub specie panis præsentiam & mädicationem. Sic enim statuendum esset, verum corpus Christi esse Sacramentum & figuram mystici. At contra Paulus in vnus panis participatione mysterium esse dicit, quæ vnus inter se panis & vnum corpus sunt fideles.

Et sic Augustinus, mysterium vnitatis fidelium in Christo, in pane & vino, quæ ex multis ad vnum aliquod rediguntur, traditum & institutum esse multis in locis piè & eruditè explicat: vt Serm. ad infantes, ait:

*Ecce, quod accepistis, quomodo videtis vnum esse quod factum est, sic vnum estote, vos diligentes, tenendo vnã fidem, vnã spem & indiuiduam charitatem.*

*Panis*

Panis enim iste (scilicet qui ex multis granis vnus factus est) indicat vnitatem. Item. Recolite, quia panis non fit de vno grano, sed de multis. Estote quod videtis (id est vnus panis, sicut hunc Eucharistiæ panem & vnum esse videtis) & accipite quod estis (nempe corpus Christi.) Sicut enim vt visibilis species (substantia) panis sit, multa grana in vnum consperguntur, tanquam illud fiat, quod de fidelibus ait sancta Scriptura, Erat illis anima vna, & cor vnum in Deum: Ita Dominus noster Iesus Christus nos significauit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & vnitatis nostre in mensa consecrauit. Item, Serm. 28. ad fratres in Eremito: Dominus cor discipulorum ad dilectionem dulciter inuitauit, dicens: Accipite, comedite, hoc est corpus meum: Sacramentum enim illud: Deo hominibus datum est, vt corpus (quod est) in terris cum capite (quod est in cælis) coadunetur.

Et Epist. 59. In corporis Christi compage nos esse mansuros, huius rei Sacramentum est, quod vnus panis, vnum corpus multi sumus. Ergo si vnus panis totum Christi corpus est, membra Christi frustra sunt panis.

Triplex igitur proponitur Christi corpus, reale videlicet, mysticum, & Sacramentale: quod cum sedulo non distinctum fuerit, inde infinitæ in Ecclesia hæreses ortæ sunt. Contra si distinctio hæc expendatur, facile erit nodos omnes in testimoniis Veterum Theologorum à Iesuitis cõtextos soluere.

Ad Gratianum redeamus.

Cum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quàm Domini corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio designatur? De Consecr.

*Distinct. 2. Can. 37. Ex Augustino, in lib. Sententiar. Prosperi.*

1. Panis post consecrationem corporis Christi frangitur. Reale corpus Christi frangi non potest. Ergo panis est corpus Sacramentaliter.

2. Panis Sacramentalis ore corporeo sumitur, dentibus atteritur, in ventrem traicitur & consumitur: non reale corpus Christi. Oralis igitur manducatio corporis realis, papisticum est figmentum.

3. Sanguis non realis, sed Sacramentalis in ora corporea funditur. Sanguis realis in ora spiritualia, id est in mentes fidelium funditur.

4. Corna sacra est Sacrificij Christi in cruce designatio & recordatio.

Sequitur alius Gratiani canonis.

In quibus isti ignorantia tenebris, in quo haestenus desidia torpore iacere? Vt nec auditu deficerent, vel lectione cognoscerent; quod in Ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est: Vt nec ab infatium linguis veritatis corporis & sanguinis Christi inter communis sacramenta fidei taceatur: quia in illa mystica distributione spiritualis alimoniam hoc impertitur, hoc sumitur, ut accipientes virtutem caelestis cibi; in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus? Idem est cibus refectiois, est cibus sanguinis. Sicut enim caro Domini verè est cibus: ita sanguis verè noster est potus. *Idem.* Est etiam corpus de quo dictum est, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, Circa hoc corpus aquilae sunt, quae alis circumuolitant spiritualibus. *Idem.* Vnde & corpus Christi edimus, ut vitae aeternae possimus esse

esse participes. *Idem.* Cuius clarè argumentis utimur, suis utamur exemplis, incarnationis exemplo astruamus mysterij veritatem. & *infra.* Quid hęc quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturā sit ipse Dominus Iesus Christus partus ex Virgine? *De Consecrat. Distinct. 2. Can. 38. Ex Leone.*

Argumentum Leonis sumptum à proprio fine & effectu; propter quem admiranda mysteria nobis tradita sunt (qualis est arcana illa consociatio & incorporatio) in unitatē corporis & membrorum cum capite Christo) omnino requirit; ut in hac veritate carnis Christi, cuius in Dominicæ Cœnæ mysterio *κοινωνοὶ* & participes efficitur; nulla ponatur essentialium proprietatum mutatio. Alioquin Si Iesuita quispiam dicat, corpus Christi in os & in ventrem ingredi, respondebo ex Leone, corpora nostra etiam in os & viscera Christi transire; denique Christianos omnes in Christum transubstantiari, & à Christo corporaliter edi. Par est enim ratio, ex Leonis sententia:

Sequentes igitur theses ex hoc Canone colligō.

1. Christiani in carnem Christi fide tantum transeunt: iuxta Christi dictum: *Qui cum me credit, in me manet.*

2. Christus nullo modo carnali, sensuali, aut orali, in corpora Christianorum transit, sed fide in horum cordibus habitat & manet.

3. Impij quum aliis spiritualibus careant, nec circa reale Christi corpus supra cœlos euectum volitant, nec in eius carnem quæ semper viuifica est, transeunt.

4. Quicumque verum ac reale edit corpus Christi, sit participes vitæ æternæ. Impij non fiunt participes vitæ æternæ. Ergo corpus Christi, id est, carnem illam quæ semper viuifica est, non edunt, sed tantum panem mysticum in iudicium.

His addamus aliud Leonis testimonium, ex Serm. 4. quadrages. de Manichæis loquens:

In Sacramentorum communionē ita se temperant, ut ore indigno corpus Christi accipiant; sanguinem autem redem-

M: j.

ptionis nostræ haurire omnino declinent.

Si ipsum naturale Christi corpus & ore in sacrilega Manicheorum communione perceptum & manducatum fuisse sensisset tunc Leo, sicut hodie peruersè prorsus Papistæ sentiunt, certè causam non habuisset, cur diceret, sanguinè redemptionis à Manichæis omnino declinari: nisi fortè exangue voluit esse corpus, quod ore perciperent. Sensit igitur sanguinè redemptionis, quatenus in mysterio, ut effusus, ore hauritur ex calice, non realiter contineri in corpore, quia sic non est sanguis seu *calicis* redemptionis, & ideo etiam realiter unà cū corpore non sumi.

Ad Gratianum reuertamur. Quandoquidem verò Ambrosij, Augustini aliorumque canones citandi sunt: Ambrosij, primùm, Augustini deinde, aliorum tamen testimonia proferemus: ex quibus postea theses extruemus ad orthodoxæ sententiæ confirmationem, explicatis iis quæ lectori Christiano scrupulum mouere possunt. Audiamus igitur Ambrosium, prout à Gratiano citatur.

*Panis & calix non qualibet, sed certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Proinde quod ita fit nobis, quantum su panis & calix, alimentum est resurrectionis, non Sacramentum religionis: non, quod benedicimus, gratiasque agimus domino in omni eius munere, non tantum spiritali, verum etiam corporali.*  
De Conf. dist. 2. Can. 39. Ex Ambrosio.

*Hunc Canonem Augustini esse cap. 13. lib. 20. contra Faustum ostendunt noni glossatores, & à Gratiano multis locis deprauatum esse constat, Ambrosioque falso tributum. At autem auctor huius Canonis.*

1. Panem & calicem communem fieri Sacramentalem virtute institutionis Christi.

2. Fieri alimentum resurrectionis, id est, refferà certissimā & pignus aptissimum omnibus in Christum credentibus, resurrectionis spiritualis & corporeæ tandem ad vitam

tam æternam. Panis enim mysticus testatur piis omnibus se virtute Christi panis vitæ, cui vnuntur, mortem victuros, & vitam beatam adepturos. Ceterum impiis corpus Christi non est alimentum resurrectionis, etiam si Dei virtute suscitabuntur. Resurrectio enim eorum non inde fiet quod communionem habuerint cum viuifica Christi carne: resurgerent enim ad vitam æternam, Sequitur eos non percipere in Cœna naturale & reale corpus, sed Sacramentale tantum, in iudicium. Porro quod veri corporis Christi est, canonis author panis mystico tribuit. Vtrumque verò, corpus reale videlicet, & corpus in mysterio, distinguit, de spirituali & corporali muntre mentionem faciens. Ergo Canon iste transubstantiationem Papisticam, & manducationem oralem euerit: symbola à rebus distinguit. hæc corporalia; illas spirituales, esse asserens.

Fortè dicas, quomodo vera caro, quomodo verus sanguis, qui similitudinem non video carnis, non video sanguinis veritatem? Primò omnium dixi tibi. De Sermone Christi, qui operatur, vt possit conuertere genera & instituta naturæ. Deinde, vbi non tulerunt Sermonem Christi discipuli eius, sed audientes quòd carnem suam daret manducare, & sanguinem suum bibendum, recedebat: Solus autem Petrus dixit, verba vitæ æternæ habes, & ego à te quo recedam? ne igitur plures hoc dicerent, & veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptoris, ideo in similitudine quidem accipis Sacramentum, sed veræ naturæ gratiam virtutemque consequeris. Ego sum, inquit, panis viuus qui de cælo descendi. *De Consecr. Dist. 2. Can. 43. ex Ambrosio.*

Sed fortè dicis, speciem sanguinis non video: sed habet similitudinem. Sicut enim mortis simi-



litudinem sumpſiſti. ita etiam ſimilitudinem pretioſi ſanguinis bibis, vt nullus horror cruoris ſit, & pretium tamen redemptionis operetur. Didiciſti ergo, quia quod accipis corpus eſt Chriſti, &c. Vis ſcire, quia verbis caeleſtibus conſecratur? Accipe quæ ſunt verba, Dicit Sacerdos. Fac nobis hanc oblationem adſcriptam, rationabilem, acceptabilem, quod eſt figura corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui pridie quam pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem, reſpexit ad cælum ad te ſancte Pater omnipotens æterne Deus, gratias agens benedixit, fregit, fractumque Apoſtolis ſuis tradidit dicens, Accipite & edite ex hoc omnes: hoc enim eſt corpus meum, &c. Antequam conſecretur, panis eſt: Vbi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti, &c. *Et poſt.* Ipſe Dominus Ieſus teſtificatur nobis quod corpus ſuum accipiamus & ſanguinem ſuum. Nunquid debemus de eius fide & teſtificatione dubitare? *De Conſec. diſtinct. 2. Can. 55. ex eodem.*

Non iſte panis eſt qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. *De Conſec. diſt. 2. Can. 56. ex eodem.*

Singuli accipiunt Chriſtum Dominum, & in ſingulis portionibus totus eſt: nec per ſingulos minuitur, ſed integrum ſe præbet in ſingulis. *De Conſec. diſt. 2. Can. 77. Ex eodem.*

Sicut verus eſt Dei Filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodum homines per gratiam, ſed quaſi filius ex ſubſtantia Patris: ita vera caro, ſicut ipſe dixit, quam accipimus, & ve-

rus

rus eius sanguis est potus. Ego sum, inquit, panis viuus qui de cælo descendi. Sed caro non descēdit è cælo: hoc est, carnem in terris assumpsit ex virgine. Quomodo ergo descendit panis è cælo, & panis viuus? quia idem Dominus noster Iesus Christus consors est & Diuinitatis & corporis. Et tu quia accipis panem, diuinæ eius substantiæ in illo participaris alimento. *De cōsecr. distinet. 2. Can. 84. Ex eodem.*

In illo Sacramento Christus est, quia corpus est Christi. Non ergo corporalis esca, sed spiritalis est. Vnde & Apostolus de typo eius ait, quia Patres nostri escam spiritualem manducauerunt, & potum spiritualem biberunt. Corpus enim Dei, corpus est spiritale: corpus Christi, corpus est Diuini Spiritus. *De Consecr. Dist. 2. Can. 85. Ex eodem.*

¶ Quæ ex Ambrosij dictis ad stabiliendam transmutationem præsentiam & manducationem à Papistis inuestam Iesuitæ pertrahunt, paulò ante, pag. 120. 121. 122. paucis sunt explicata. Quibus nonnulla quædam ex ipsius Ambrosij sensu ad superius dictorum intelligentiam proferre libet, vt Gratiano lucem faciamus.

Primum, quod de Sermone operatorio apud Ambrosium & alios quosdam legitur, non ita sumendum est ac si miraculum quale Papistæ somniant inuhere velint. Alioqui possem regerere, Christus de se dicit, Ego sum vitis: Sermo Domini est operatorius: ergo Christus transmutatur in vitem. Excipiet Iesuita nõ semper sermonem Christi esse operatorium. Concedo, & operatorium Papistico sensu in illa enuntiatione, Hoc est corpus meum, esse pernego. Etenim, vt nihil dicam de diffidiis matzologorum, qui de verbis consecrationis nondum inter se conueniunt, sed ad hunc vsque diem digladiantur, & andabatissimum exercēt: cuius rei testis est monachi cuiusdam

Christophori de capite fontium ridicula disputatio, Parisiis nuper edita: Quando sermo Dei earum rerum quæ dicuntur effector est, id Scriptura non retinet. Iam inde ab initio Deus dixit, fiat lux: Subiicit Scriptura, Et facta est lux. Idè videmus de aliis quæ in creando mundo Deus dixit. Aquam etiam in vinum, & virgam Moÿs in colubrum versam, Sacra historia memorat. Iesuitæ ostendant in libris Canonicis eiusmodi e-nuntiationes, Panis esto, vel fiat corpus meum, & panem factum esse corpus: tunc vicerint. Deinde, concedamus Sermonem Christi esse operatorium: cur non dixerim, panem quem ostendebat sacramentum effectum esse corpus Christi, quod sanè antea non erat? Hyperbolicis autem locutionibus sæpissime gaudet veteres Theologi, Ambrosius & Chrysostromus nominatim, vt dignitatem mysterij Eucharistici in Ecclesia conseruarent: quod cõsiliu maxime probat, *ἀπολαύσει* verò, à Papis, Sermones Christi & orthodoxorum consensum peruertentibus, institutam, abominantur omnes Christiani.

His verbis autem, Fac nobis hanc oblationem adscriptam, &c. insinuare voluit Ambrosius rationalis illius cultus oblationem, vt in memoriam pro nobis oblata, ita quoque in figura corporis & sanguinis Christi celebrare. Quoniam enim oblationem, de qua Latini Canonis verba loquuntur, figuram corporis & sanguinis Christi vocat Ambrosius, & hanc adscriptam, rationabilem & acceptabilem in hoc mystico Ecclesie sacrificio fieri & haberi peti, non potest, nec hæc oblatio, nec in ratum & gratum sacrificium diuinitus facta acceptatio, de ipso Filio Dei intelligi. Alia testimonia proferamus, quæ id explicent. *In lib. De offic.* Quotiescunque sacrificium offerimus, mors Domini, ascensio & resurrectio significatur. *In verba Pauli, Mortem Domini annuntiate, &c.* Mysterium Eucharistie est memoria redemptionis nostræ. Quia enim morte Domini liberati sumus, huius rei memores in edèdo & potando, carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt, significamus. *Et post.* Testamentum ergo sanguine constitutum est: quia beneficii diuini testis est sanguis, in cuius typum seu figuram nos calicem sanguinis mysticum, ad tuitionem corporis & animæ nostræ, percipimus.

Esti autem nouas naturas rebus dari, inque corpus & sanguinem

guinem Christi conversionem fieri dicat, nō intelligit tamen substantiam panis & vini mutari & aboleri, aut impios aliquid præter panem Sacramentalem percipere: vt sequentia ex 3. lib. de Sacram. cap. 4. ostendunt. *Veniisti, ait, ad altare, & vidisti Sacramenta posita super altare, & ipsam quidem miratus es creaturam, tamen creatura solennis & nota. Et lib. 4. cap. 4.* Sicut similitudinē mortis in Baptismo: ita quoque nos similitudinem corporis & sanguinis Christi in mysterio sumimus.

Hoc verò quid aliud est quàm mysteria seu Sacramēta exterius dari, & accipi in similitudinem rerum, quæ interius diuinæ virtutis operatione percipiuntur? Vnde sic lib. 5. cap. 7. ait: In similitudinem quidem accipis Sacramentum, sed veræ naturæ gratiam & virtutem consequeris. Ego sum, inquit, panis viuus qui de cælo descendi. Et tu qui accipis panem, diuinæ eius substantiæ in isto participas elemento.

Distinguit Ambrosius inter similitudinem & veræ naturæ gratiam, nomine similitudinis signum, gratiæ rem significatam intelligens. Quemadmodum autem pignus & imago seu similitudo Sacramenti non sunt res inuisibiles, quoniam istæ abunde egerent confirmatione, ac ideo in pignus & similitudinem alterius rei confirmandæ & testificandæ causa dari & accipi non possent: Ita quoque inuisibilis existentia corporis sub specie panis, non potest esse pignus vitæ æternæ, nec imago seu similitudo Sacramenti. Quin potius cū talis existentia nullo diserto Scripturæ testimonio probetur, sed falsum humanæ imaginationis spectrum sit, non minus falsa futura vitæ æternæ spes esset, quæ tali falso pignore confirmata niteretur. Denique quia quod hęc imagine contingimus Sacramenti, in vita æterna manifesta participatione sumemus: consequens est, quod non magis sub imagine & specie Sacramēti corporaliter hęc manducatur Christus in via: quàm olim sic manifesta participatione, hoc est, sine mysterio Sacramenti, sumetur in patria.

Quando igitur hanc iniicit quæstionem, quomodo panis potest esse corpus Christi, vult id ipsum quod panis est, & non aliud (quod sublata panis substantia, in locum & sub speciebus seu accidentibus eius succedere & existere fingitur) esse corpus Christi. Alioqui si de alio quàm ipso pane hoc intelliga-

tur, non constaret quaestio. Non enim quaeritur, quomodo quod est corpus Christi existat & contineatur sub specie panis. Cum autem ad factam à se quaestionem respondet Ambrosius, quod qui panis est, consecratione fit corpus Christi, ostendit panem non esse corpus Christi per naturam, substantialiter, & praedicatione identica, sed consecratione, hoc est Sacri usus atque finis destinatione, in virtute & gratia mysterij; qua, ut statim post explicat, ante benedictionem alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi significatur. Nisi signum à re signata distinguat, impij verum & naturale Christi corpus edunt, quod idem est ac si quis dicat Christum & Satanam in cor ludæ intrasse.

» Lib. de his qui init. myster. cap. 8. & lib. 4. de Sacram. cap. 5.  
 » *videm testatur.* Non otiose (inquit) dicis Amen: iam in spiritu  
 » confitens quod accipias corpus Christi. Dicit tibi Sacerdos,  
 » corpus Christi. Et tu dicis Amen, quod confiteretur lingua, te-  
 » neat affectus. Augustinus Serm. ad infantes, *addit.* Esto mem-  
 » brum corporis Christi, & verum fit Ameco tuum.

Ut itaque in solis Christi membris verum est hoc Amen; sic etiam ab illis tantum in veritate illius Amen, quam tenet cor, & habet fides, corpus Christi verè participatur. Affectu carent impij quo verum corpus Christi percipiant. Igitur manducatio oralis, papisticum est figmentum.

» Lib. de his qui inicianur mysterijs, cap. 3. Non contem-  
 » planda sunt, *ait,* in mysterijs quæ videntur, sed quæ non vi-  
 » dentur: quæ enim videntur temporalia sunt: quæ non vi-  
 » dentur, æterna. *Item.* Non ergo solis oculis corporeis tuis cre-  
 » das. Magis enim videtur quod non videtur, quoniã quod ocu-  
 » lis non cõprehenditur, animo atque meo te cernitur. Mentis  
 » sinceræ oculis atque ore carent impij. Ergo neque cõprehendunt  
 » neque edunt verum corp<sup>9</sup> Christi quod unico fidei visu & ore per-  
 » cipitur. Per consequens dogma de manducatione orali falsif-  
 » simum apparet. Ideo idem Ambrosius, lib. 2. de virg. & in psal.  
 » 30. ad unionem illam Christi cum Christianis respiciens:  
 » Christus, ait, quotidie in fidelium mentibus tanquam in al-  
 » tari immolatur.

Ad illum autem vero Canonem, ubi de vera & spirituali manducatione agens, dicit, Non iste panis est qui vadit in cor-  
 pus

pus, sed ille panis vitæ æternæ qui animæ nostræ substantiam fulcit, subiungere libet sequentia verba Ambrosii, in oratione sua prima, vt vulgo putatur, præparatoria ad celebrationem Eucharistiæ precatio.

» Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, vt sentiam suauitatem amoris tui. Sana me ab omni languore, vt nullam præter te amen pulchritudinem. Panis candidissime, habens in te omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem, qui nos semper reficis. Comedat te cor meum. & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Manducat te Angelus pleno ore. Manducat te peregrinus homo, pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis vitæ, panis munde, qui descendisti de cælo, & das vitam mund, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus: Intra in animam meam. Sana & sanctifica me intus & exterius, vt foris & intus per te munitus recto tramite ad te perueniam ad tuum regnum vbi non mysterii sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem videbimus.

Ingitur panis vitæ corpus, cuius palatum sanat & à quo comeditur: de manducatione orali autem altum silentium apud Ambrosium & alios.

Ad postremum canonem, in quo de corpore spirituali & diuini spiritus agitur, hæc annotanda sunt. Quilibet animaduertit non de vero & naturali ex virgine nato corpore Christi quod de nouo creari atque per spiritum sanctificari & viuificari, hæc Ambrosii dicta intelligi debere, sed quod vt Augustinus ait (lib. 3. de Trinit. cap. 4.) ex fructibus terre per sacerdotis ministerium est consecratum, per spiritum sancti descensum viuificatur & sanctificatur, à quo si spiritus sanctus abcedat & separetur, iam simpliciter communis panis & non sacramentum aliquod seu mysterium erit. Vide Petri Damiani qui paulò ante Berengarium damnatum vixit, lib. de Eccles. institutione, cap. 9.

Duo addimus eiusdem Ambrosii testimonia, quæ eius de Eucharistia sententiam planè exponunt. Prior, lib. 1. de Off. cap. 48. Et in Psalm. 38. Hic Christus in imagine offertur: illic verò (in cælo) in veritate, vbi apud Patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Ascende igitur, ô homo, in cælum

» & videbis illa, quorum umbra hinc vel imago fuit. Altera,  
 » lib. 10. cap. 24. in Lucam. Quae sursum sunt sapite, non quae  
 » sunt super terram. Ergo non super terram, nec in terra, nec  
 » secundum carnem quaerendus est Christus, si volumus eum  
 » inuenire.

Superest ut Ambrosii superiora dicta in breues, quaedam  
 theses contrahamus.

1. Virtute institutionis & Spiritus Christi panis communi-  
 nis in hunc usum & finem consecratur, ut sit corpus Christi.

2. Panis, qui est corpus Christi in mysterio, non est reale  
 Christi corpus.

3. Panis vitae, qui est verum ac substantiale Christi corpus,  
 à solis verè Christianis (quorum animas fulcit) fide per-  
 cipitur.

4. Panis sacramentalis vadit in corpus, & corrumpitur:  
 minimè verò panis ille qui de caelo descendit.

5. Christi verum ac reale corpus spiritualis est esca.

6. Quomodo panis sacramentalis substantiales  
 portiones, & vnum sit Christi corpus: manducatio illa qua in-  
 tegrum praebetis singulis illud corpus percipientibus, fieri so-  
 la virtute Spiritus sancti, impiorum autem manducatio, panis  
 sacramentalis, i. corporis in mysterio est tantummodo: quo  
 sensu dicitur, singulos, i. pios & impios, accipere Christum  
 Dominum &c.

Augustini canones à Gratiano citatos nunc consideremus.

Prima quidem hæresis in discipulis Christi, ve-  
 lut à duritia eius sermonis facta est. Cùm eni m  
 diceret, Nisi quis manducauerit carnem meam, &  
 biberit sanguinem meum, non habebit vitam æ-  
 ternam, illi non intelligentes dixerunt ad inuicem,  
 Durus est hic sermo, quis potest eum audire? di-  
 centes quia durus est hic sermo, separauerunt se ab  
 illo: remansit cum duodecim. Discedenti bus illis  
 instruxit eos, qui remanserunt, Spiritus est, inquit,  
 qui viuificat: caro nihil prodest: verba quae locutus  
 sum

sum ad vos, spiritus & vita sunt. Intellexistis spiritualiter? spiritus & vita sūt. Intellexistis carnaliter? etiam sic illa spiritus & vita sunt: sed tibi non sunt spiritus & vita, qui spiritualiter nō intelligis. Spiritualiter intelligite, quæ locutus sum. Non hoc corpus, quod videtis manducaturi estis, & bibiturum illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendani. Spiritualiter intellectum vivificabit vos. Caro autem non prodest quidquam: sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere venditur, aut in macello dilaniatur. Sciens autem Iesus, ait, Hoc vos scandalizat, quia dixi, Do vobiscarnem meam manducare, & sanguinē meū bibere? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, vbi prius erat? Quid hoc est? hinc soluit quod illos mouerat: hinc aperit, vnde fuerant scandalizati: hinc planē si intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus suum. Ille autem dixit se ascensurum in cœlum, utique integrum. Cū videritis filium hominis ascendentem, vbi erat prius, certè, vel tunc videbitis, quia nō eo modo, quo putatis, erogatur corpus suum. Vel tunc intelligetis, quia gratia eius non consumitur morsibus. *Item.* Donec seculum finiatur, sursum est Dominus: sed tamen hinc etiam nobiscum est veritas Domini. Corpus enim Domini, in quo resurrexit, vno loco esse oportet: veritas autem eius vbique diffusa est. *De consecrat. Distinct. 2, Can. 44. Ex Augustino.*

Non hoc corpus, quod videtis manducaturi e-



stis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt illi, qui me crucifigent: ipsum quidem, & non ipsum: ipsum inuisibiliter, & nō ipsum, visibiliter. Vnde & subditur, Etsi necesse est illud visibiliter celebrari, necesse est tamen illud visibiliter intelligi. *Ibid. Can. 45. ex eodem.*

Quid est Christum manducare? non hoc solum est, in sacramento corpus eius accipere. Multi enim indignè accipiunt, de quibus ait Apostolus: Qui manducat panem, & bibit calicem Domini indignè, iudicium sibi māducat, & bibit. Sed quomodo manducandus est Christus. Quomodo ipse dicit, Qui manducat carnem meam, Et bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Si itaque in me manet, & ego in illo, tunc manducat, tunc bibit. Qui autem non in me manet, nec ego in illo, & si accipit sacramentū, acquirit magnum tormentum. *Ibid. Can. 46. ex eodem.*

Vt quid paras dentes, & ventrem? Crede, & manducaſti. Credere enim in eum, hoc est panem viuum manducare. Qui credit in eum, manducat eum: inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur. *Ibid. Can. 47. ex eod.*

Hoc est quod dicimus, hoc modis omnibus approbare contendimus, Sacrificium scilicet Ecclesiæ duobus contici, duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, Sacramento & re Sacramenti, id est corpore Christi, sicut Christi persona constat & conficitur Deo & homine, cum ipse Christus verus sit Deus & verus homo, quia  
omnis

omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium Ecclesiæ Sacramento, & re Sacramenti, id est corpore Christi. Est igitur Sacramentum, & res sacramenti, id est corpus Christi. *Item.* Caro eius est quam forma panis operam in Sacramento accipimus: & sanguis eius quem sub vini specie & sapore potamus. Caro videlicet carnis, & sanguis Sacramentum est sanguinis: carne & sanguine: utroque inuisibili, intelligibili, spirituali, significatur visibile Domini nostri Iesu Christi corpus, palpabile, plenum gratia omnium virtutum, & diuina Maiestate. *Item.* Sicut ergo cælestis panis, qui verè Christi caro est, suo modo vocatur corpus Christi, cum reuera sit Sacramentum corporis Christi, illius videlicet quod visibile, palpabile, mortale, in cruce est suspensum, vocaturque ipsa immolatio carnis, quæ Sacerdotis manibus fit, Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate, sed significante mysterio: Sic Sacramentum fidei, quod Baptismus intelligitur, fides est. *Ibid. Can. 48. ex eodem.*

Christus panis est, de quo qui manducat, viuit in æternum: de quo ipsemet dicit, Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, &c. Determinat quo modo sit panis, non solum secundum verbum, quo viuunt omnia, sed etiam secundum carnem assumptam pro mundi vita. Humana enim caro, quæ erat peccato obnoxia, & ideo mortua, carni eius mundæ vnita, incorporata, vnū cum illo effecta, viuit de Spiritu eius, sicut viuit corpus de suo spiritu. Qui verò non est de cor-

pore Christi, non vinit de Spiritu Christi. *Ibid.*  
*Can. 57. ex eodem.*

Qui manducant & bibunt Christum, vitam manducant & bibunt: Illum bibere, est viuere. Quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritaliter manducatur & bibitur. Manducetur Christus: Vinit manducatus, quia resurrexit occisus. Nec, quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, & norunt fideles quemadmodum manducet carnem Christi. Vnusquisque accipit partem suam: Vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus; per partes manducatur in Sacramento, & manet integer totus in caelo, manet integer in corde tuo. Totus erat apud Patrem, quando venit in virginem, impleuit illam, nec recessit ab illo. *& infra.* Quod videtur, panis est, & calix, quod etiam loculi renuntiant, Quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix sanguis. *& infra.* Ista ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritalem. *& infra.* Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. *Ibid. Can. 58. Ex eodem.*

Credere in Iesum Christum, hoc est manducare panem viuum. Qui credit in eum, manducatur. Inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur. Et qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Participatio-

patione enim Filij, quod est per vnitatem corporis Christi & sanguinis, homo manducans viuuit, non sumens tantum in sacramento, quod & mali faciunt, sed vsque ad spiritus participationem: vt in corpore Domini tanquam membrum maneat, & eius Spiritu vegetetur: quod est, dum eius mandata seruat. Ad altare Dei inuisibile (quod non accedit iniustus) ille peruenit qui ad hoc presens iustificatus accedit. Inueniet illic vitam suam, qui hic discernit causam suam. *Ibid. Can. 59. ex eod.*

Commendauit nobis Christus in isto sacramento corpus & sanguinem suum: quod etiam fecit & nos ipsos. Nam & nos ipsius corpus facti sumus. *Ibid. Can. 62. ex eodem.*

Hoc Sacramentum pietatis est signum vnitatis, vinculum charitatis. Qui vult viuere, habet vbi viuat: habet vnde viuat. Accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur. *Et infra.* Hunc itaque cibum & potum societatem vult intelligi corporis, & membrorum suorum, quod est Ecclesia in predestinatis. *Ibid. can. 63. ex eod.*

Panem caelestem spiritualiter manducare, est innocentiam ad altare apportare. *Et post.* Si dimittis, dimittetur tibi: potes securus accedere: panis est, non venenum, &c. *Ibid. Can. 64. ex eod.*

Qui discordat à Christo, nec manducat carnem eius, nec sanguinem bibit, etiam si tanta rei Sacramentum ad iudicium suae presumptionis quotidie indifferenter accipiat. *Ibid. Can. 65. ex eod.*

Et Sancta malis possunt obesse, bonis sunt ad salutem, & malis ad iudicium. Vnde Apostolus, Qui manducat & bibit indignè, iudiciū sibi man-

ducat, & bibita, non quia res illa mala est: sed quia malus malè accipit quod bonum est. Non enim mala erat buccella, quæ tradita est Iudæ à Domino. Salutem medicus dedit: sed quia ille, qui indignus erat, accepit, ad perniciem sui accepit. Et mala profunt bonis, sicut Angelus Satanæ profuit Paulo. Per malum enim fit bonum, cum bene accipitur malum. *Ibid. Can. 66. ex eod.*

Sicut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed malè accipiendo, locum in se Diabolo præbuit, sic indignè quisque sumens. Dominicum Sacramentum, non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit: aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & sanguis Domini nihilominus etiam erat illis, quibus dicebat. Apostolus, qui manducat indignè iudicium sibi manducat & bibit. *Ibid. Can. 68. ex eodem*

Inuitat Dominus seruos, & præparauit eis cibum seipsum. Quis audeat manducare Dominum suum? & tamen ait, Qui manducat me, uiuit propter me. Quando Christus manducatur, vita manducatur, nec occiditur ut manducatur, sed mortuos uiuificat. Quando manducatur, reficit, sed non deficit. Non ergo timeamus, fratres, manducare istum panem, ne fortè finiamus illum, & postea quid manducemus, non inueniamus. Manducatur Christus: Viuit manducatus: quia surrexit occisus: nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit: & norunt fideles quemadmodum manducet carnem Christi: Vnusquisque accipit partem suam, unde & ipsa gratia

gratiâ partes vocantur: per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cœlo, manet integer totus in corde tuo. *Ibidem. Can. 70. Ex eodem.*

Inquit Apostolus, Omnes eandem escam manducauerunt: spiritualement utique eandem. Nâ corporalem aliam: quia illi manna, nos aliud. Et adiunxit, Et omnes eundem potum spiritualement biberunt. Aliud illi, aliud nos specie visibili. Quod tamen idem est virtute spirituali. *Ibid. Can. 81. ex eodem.*

Tunc eîs Petrus annuntiauit eum colendum quem crucifixerunt: ut eius sanguinem biberent credentes, quem effuderunt sitientes. *Ibid. Can. 90. ex eodem.*

Accesserunt ad Iesum Iudæi, ut crucifigerent: nos ad eum accedamus, ut corpus eius & sanguinem accipiamus. *Item infra.* Verè magnus Dominus, & magna misericordia eius verè, qui nobis dedit manducare corpus suum, in quo tanta perpeffus est, & sanguinem bibere. *Item in Psa. 45. ad Iudeos.* Iam & securi bibite sanguinem, quem fudistis. *Item in Psa. 65.* Ipsum sanguinem quem per insaniam fuderunt, per gratiam biberunt. *Item in Psalm. 98.* De carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipsa carne hîc ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem manducet, nisi prius adorauerit. &c. *Ibid. Can. 92. ex eodem.*

Nulli est aliquatenus ambigendû tunc vnumquemque fidelium corporis, sanguinisque Do-

minici participem fieri, quando in baptismo membrum Christi efficitur, nec alienari ab illius panis, calicisque consortio, etiamsi, antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abcedat. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc, quod illud sacramentum est, inuenit. *De consecrat. Distinct. 4. Can. 131. Ex eodem.*

Nunc ex superioribus Augustini Canonibus colligēde sunt theses, quæ in pauca conferant præstantissimi huius theologi sententiam. Sunt autem multa in Gratiani textu & glossa, de quibus cupio ut alij per otium cogitare velint.

1. Qui verba Christi S. Cœnam instituentis spiritualiter non intelligit, Capernaita est.
2. Visibile & reale, Christi corpus, sanguisque in cruce fusus, ore corporis nec editur nec hauritur.
3. Sacramentum Ecclesiæ commendatum est, quod spiritualiter intellectum viuificat.
4. Corpus Christi est in cœlis: & Domini gratia (i. caro Christi) non consumitur morsibus.
5. Visibiliter percipitur corpus Sacramentale, inuisibiliter naturale.
6. Indigni percipiunt tantummodo corpus in Sacramento, i. panem Sacramentalem: Digni vero, id est verè Christiani, qui in Christo habitant, & in quibus Christus habitat, verè ac re ipsa Christum manducant.
7. Credere in Christum, est, Christum manducare. Impij in Christum non credunt, nec eum ergo manducant.
8. Eucharistia Sacramento, id est Symbolis sacris, & re Sacramenti, id est carne & sanguine Christi constat.
9. Signa rerum nomina, locutione Sacramentis familiari, obtinent.
10. Qui Christi corpus & sanguinem manducant & bibunt, vitam æternam manducant & bibunt. Impij vita æterna non fruuntur. Ergo Christi corpus & sanguinem nō manducant & bibunt.

11. Aliud est in Sacramento sumere, aliud in ipsa veritate. quod miserè confunditur ab iis qui Christi carnem ore corpore percipi declamant.

12. Christi corpus (i. panis Sacramentalis) per partes manducatur in Sacramento, & manet (reale Christi corpus) totum in cælo, & in corde credentium.

13. Fides panem nouit esse corpus Christi, non vt in pane Christum querat, sed vt quemadmodum manu corporis signum fit, tam certò viuificam Christi carnem intus apprehēdat, & spiritali fructu gaudeat.

14. Fideles non sumunt tantum Christi corpus in Sacramento, sed vsque ad Spiritus participationem, vt in corpore Christi maneant tanquam eius membra, & eius Spiritu viuificentur. Impij Spiritu Christi non viuificantur: nec ergo eius corpus sumunt. Per consequens non latet sub pane.

15. Ecclesia corpus Christi est mystico & spiritali modo: similiter Christus nobis adhæret, caput nostrum est, nos viuificat non carnali modo (seu visibili seu inuisibili) sed spiritali & mystico, quod nomine manducationis ad viuum exprimitur. Manducatio autem illa si sit oralis, necesse est Ecclesiam Christo vniri corporali & carnali modo. Illud autem asserere, est absurda & blasphema portenta obtrudere.

16. Fide Christo incorporamur. Vbi est manducatio oralis (tam porcis & canibus quàm piis hominibus communis) nulla reperitur fidei manducatio. Fidem tollunt igitur qui manducationem oralem inuisibilem & insensibilem carnis Christi inuehunt.

17. Impij innocentiam, seu animum sincerum ad Christi mensam non adferunt: ergo panem cælestem (qui spiritaliter percipitur) non manducant.

18. Qui discordant à Christo, carnem eius minimè manducant, nec sanguinem bibunt. Impij discordant à Christo. Ergo, &c.

19. Impij manducant panem Sacramentalem: Panis est corpus Christi. Ergo manducant corpus Christi. Sacramentale corpus manducant, non naturale ac reale, quod viuia fide



tantum (qua illi carent) percipitur. Tantæ rei Sacramentum accipiunt indifferenter, inquit Augustinus: minimè verò rem ipsam.

20. Symbola sacra malis obsunt, quoniam illa ceu communes cibos considerant: quum sint tessera communionis nostræ cum Christo: & ita iudicium sibi accersunt.

21. Bonis autem Symbola sacra sunt ad salutem, quòd illis exhibeant eximio modo Christum ipsum cum omnibus suis donis manu & ore cordis, i. viua fide sumendum.

22. Symbola sacra S. Patrum sub lege varia quidem à nostris: Sed rem eandem spiritualem, i. Christum, nobiscum habuerunt.

23. Per gratiam Iudæi credentes biberunt sanguinem què effuderant. Cruorem illum realiter & ore corporeo minimè biberunt. Oralis igitur esus carnis & haustus sanguinis Christi humanum est figmentum.

24. In Baptismo membra Christi efficimur, & corpus ac sanguinem eius participamus, etiam si antequam sacramentum accedamus de hac vita nobis excundum sit. Porro Christi carne & sanguine non priuatur, qui Symbolis sacris non sua culpa priuatur.

Alios Canones ex Gratiano superest vt subiiciamus:

Quid sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super vtrunque postem ponitur, quado non solum ore corporis, sed etiã ore cordis hauritur. *Item.* In semetipso iam mortaliter & incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc mysterio moritur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem patitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. *Item.* In illo Iesu Christi mysterio Angelorum chori adsunt, summa & ima sociantur, terrena caelestibus iunguntur, vnique ex inuisibilibus atque visibilibus fit. *Item.* Vno eodemque tempore ac momento in caelo rapitur ministerio  
Ange-

Angelorum corpori Christi consociandum & ante oculos sacerdotis in altari videtur. *Item.* Tanta est Ecclesiæ vnitas in Christo, vt vnus vbi- que sit panis corporis Christi, & vnus sit calix sanguinis eius, &c. *Item.* Quotidie ipse comeditur & bibitur in veritate: sed integer, & viuus atque immaculatus manet: & ideo magnum ac pauendum est mysterium: quia aliud videtur, & aliud intelligitur. Sed cum mysterium sit, vnde corpus & sanguis dicitur? figuram panis & vini habet faciente domino: quia non habemus in vsu carnem crudam comedere, & bibere sanguinem. *De consecr. dist. 2. Can. 73. ex Gregorio.*

De hac quidem hostia quæ in Christi commemorationem mirabiliter fit, edere licet: de illa verò quam Christus in ara crucis obtulit, secundum se, nulli edere licet. *Ibidem. Can. 76. ex Hieronymo.*

Ex Gregorii & Hieronymi canonibus sequentes theses oriuntur.

1. Sanguis Christi vt in verbo Dei, sic in sacramento Ccenæ bibitur. At fide sola Christus in verbo: fide sola etiam in sacramento percipitur.

2. Ore corporis sanguis in mysterio, id est, vinum quod sanguis est, sacramentali modo hauritur: ore cordis autē sanguis pro nobis in cruce fusus.

3. Quemadmodum reale Christi corpus non mactatur in Eucharistiæ sacramēto: semel enim mortuum est, nec moritur amplius: moritur autem in mysterio, quatenus panis frangitur, & vinum funditur: ita corpus reale non comeditur ore corporis, sed ore fidei. Vnum ex altero sequitur, Si editur ore corporis, etiā mactatur, & re vera ore corporis Capernaïtica imaginatione manducatur.

4. Sanguinem realem in os corporicum nullus fidelium

sentit, sed ore fidei gustat quàm suavis est Dominus, & sanguinis illius in cruce fusi efficaciam ad vitam æternam in corde sentit. Verum autem illud est os fidelium quod potentissimam vim sanguinis Christi excipit.

5. In manus infidelium sanguis Christi non funditur.

Attamen vinum (sub cuius specie sanguinem Christi contineri asserunt Iesuitæ) bibunt. Manu igitur & ore symbola sacra tantum, non autem res ipsas accipiunt: quod necessarium accideret, si vera esset de manducatione orali sententia.

6. In Eucharistiæ sacramento Christus & Christi membra vnum sunt. Si autem lateret Christi corpus sub pane, & ore corporis sumeretur, impii fierent vnum cū Christo, & raperentur in cœlis Christi corpori consociandi: quod falsum est.

7. Consociantur fideles corpori reali Christi quod in cœlis est, videtur autem panis sacramentalis qui est corpus in mysterio: id est, sicuti videntur oculis corporeis symbola sacra: ita oculis mentis res significatæ cernuntur.

8. Christi corpus quotidie sumitur in mysterio & veritate: quod falsum est, si dogma de manducatione orali, mysterium & veritatem confundens, admittitur.

9. Christi corpus oraliter non editur, nec sanguis eius potatur: hoc enim in vsu non habet Ecclesia, sed quod in veritate sumitur, spiritualiter fit, oraliter autem, sacramentali modo. Ad fidei vero plenam confirmationem panis vocatur corpus, quod corpus panis, seu efficaci tessera & symbolo, nobis per fidem sumendum exhibetur.

10. Corpus Sacramentale seu in mysterio edere licet: reale corpus secundum se, id est orali manducatione, edere non licet.

Porro, quum Doctrinæ Papisticæ de manducatione orali, quam miris præstigiis Iesuitæ tueri conantur, fundamentum in Berengarij abiuratione lateat: nec Gregorium XIII, nuper ex ignis purgatorij fornacæ chimerica, à Sixto in terris tyrannidem exerceente Pontifice, ridiculis ceremoniis erepto, in noua Gratianici decreti editione puduerit Canonem illum reponere, antequam sophismata Iesuitica aduersus priores Canones excutiamus, Berengarianam palinodiam describere & explicare libet. Sic autem habet, De Conf. Dist. 2. Can. 42.

Ego

Ego Berengarius indignus S. Mauritij Andegauensis Ecclesiæ Diaconus, cognoscens veram, Catholicam & Apostolicam fidem, Anathematizo omnem hæresin, præcipuè eam de qua hætenus infamatus sum: quæ astruere conatur panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo Sacramentum, & non verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, nec posse sensualiter nisi in solo Sacramento manibus Sacerdotum tractari vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem Sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedi: & ore & corde profiteor de Sacramentis Dominicæ mensæ eandem fidem me tenere quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta Synodus auctoritate Evangelica & Apostolica tenendam tradidit, mihi que firmavit: scilicet panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem, non solum Sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, & sensualiter non solum in Sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri: iurans per Sanctam & homouision Trinitatem, & per hæc Sacrosancta Christi Evangelia. Eos verò qui contra hanc fidem, venerint cum dogmatibus & sectatoribus suis æterno anathemate dignos esse pronuntio. &c.

1. Hæc fidei Papisticæ confessio, Romæ coram cxxx. episcopis facta, ad Galliæ, Germaniæ & Italiæ vrbes missa, postea à decretorum glossatore hyperbolica & hæretica vocata est. Scholastici ferè omnes modum loquendi qui in ea continetur non esse tenendum constanter monent: & propterea subiecti & prædicati contradi-

dictionem, etiam per omnem Dei potentiam impossibile esse dicunt, ut panis verè ac propriè sit corpus Christi.

2. Quod Berengarius de panis & vini substantia, hoc Iesuitæ & alij ollæ pōtificæ sectatores de speciebus eorum disertè sentiunt, quòd solum Sacramentum, & non ipsum corpus & sanguis sint Christi.

3. Berengarius cum Romana Ecclesia ( quæ scilicet in causa fidei errare non potest, si Iesuitis credere fas est ) profiteretur ipsum verum Christi corpus & sanguinem, & non solum Sacramentum, sensualiter & in veritate, manibus Sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. Iesuitæ & alij Papatu patrum, Nicolai papæ & Romanæ Synodi confessionem, ut dogma impium & absurdum repudiant, de quæ solo Sacramento, hoc est de ipsis, ut loquuntur, speciebus, fractionem & attritionem intelligendam esse contendunt. Non ignoro quas latebras quærat inter alios Gregorius de Valentia, ut reale corpus Christi fidelium dentibus atteri probet, & tamen à Capernaïno liberatus videatur. Sed multum fallitur: quod ut lector percipiat, apponam ipsius Gregorij verba, pag. 254. & 255. operis, cui titulum fecit, de reali Christi præsentia libri tres. Quum enim Ismael ille, de colloquio Montpellierensi, non delectus iudex, sententiam ferre & D. Beza argumenta quædam refellere vellet, illud ex Beza proponit.

» Terrena signorum terrenorum sumptio pignus est alterius,  
 » nempe spiritualis illius, ac proinde voces comedendi ac bibendi, sicuti propriè de signorum sumptione, sic figuratè de rebus significatis dicuntur Sacramentali metonymia, quia quod signis competit rei significatæ attribuitur. Respondet deinde Gregorius his verbis. Si modus quidem ordinarius comedendi & bibendi cogitetur, quem etiam comedendi & bibendi voces significant, non inuiti fatemur, figuratè has voces usurpari, cum his significatur ipsarum rerum significatarum perceptio. Non enim corpus ipsum & sanguis Christi in hoc Sacramento percipiuntur illo modo ordinario, quo solet aliquid comedi aut bibi, nempe in propria specie, & ad nutritionem corporis. Si autem cogitetur ipsa veritas per se realis sumptionis, quam præcipuè & directò significant voces comedendi & bibendi, negamus omnino figuratè

guratè vsurpari istas voces, cum his significamus perceptionem ipsarum rerum significatarum, nempe corporis & sanguinis Christi. Verissimè enim hæ res ore corporis percipiuntur, non minus quàm species ipsæ panis & vini, aut alius cibus & potus, vt ex sententia & institutione Christi & testimonio antiquitatis conuicimus, libro primo.

Hæc Gregorius, qui vt distinctionem suam tueretur, addit: Vt concedam sumptionem externorum signorum, quatenus confirmat fiduciam nostram de percipienda gratia, esse quoque quasi pignus spiritualis sumptionis corporis & sanguinis Christi per gratiam: neptè tamen & præter controuersie scopum inde Beza colligit hanc sumptionem spiritualem corporis & sanguinis Christi non fieri etiam ore corporis. Nos enim minimè asserimus sumptionem eam metaphoricam corporis Christi quæ sit spiritualiter per gratiã, ore corporis, peragi, sed actu fidei charitate perfectæ, quo tanquam palato suo quodam mens sola (non corpus) gratiæ donum percipit. Ore autem corporis peragi dicimus sumptionem veram, licet inuisibilem, ipsiusmet Christi corporis, tanquam causa, vnde illa gratia promanat, & cuius energia perficitur alia illa sumptio spiritualis per gratiæ donum. Itaque propriè quidem non duas tantum, sed tres in proposito sumptiones distinguimus: vnã visibilem ipsorum signorum: alteram inuisibilem, sed veram tamen & realem rerum significatarum, puta corporis & sanguinis Christi: tertiam metaphoricam & merè spiritualem earundem rerum, non secundum se, sed duntaxat secundum earum effectum, puta secundum donum gratiæ. Primam & secundam affirmamus, vel potius affirmauit Christus, ore corporis peragi; non autem tertiam.

Quæ postea subiicit Gregorius, non refero, nec enim eius sophistnata refellere opus est, quum denuo prodeat in lucem integra responsio Bezae ad Vbiq̄uitarios, qui acta colloquij Monpelgartensis ediderunt. Quam si Gregorius expendit, & aliquid habet quod opponendum arbitretur, Iesuitam audiemus. Illud tantum dico, Iesuitas non posse Gregorii distinctiones de triplici manducatione (quam astutè sumptionem appellat, vt manus & dentes papisticæ con-

fessionis tutius euadere possit) cum Berengariana palinodia conciliare. Contradictiones autem quum sint aperta, nec confessionis vel potius confusionis istius Papistica nullus omnino hactenus inueniri afferrique potuit positive sensus, qui non aut falsus, absurdus & Capernaiticus sit, vel cum ipsa confessione pugnant; peto à tota Iesuitarum secta, ut palam & disertis verbis profiteantur an Berengarianam illam palinodiam probent, vel improbent. Deinde si quid habent quod Theologis orthodoxis opponere velint, integras eorum sententias diligenter expendant & (quum methodi artem se callere profiteantur) perspicue explicent.

Porro, ut collatio illa verborum Berengarii & Gregorij de Valentia fiat dilucidior, Fulberti Carnuteasis Episcopi (quem Berengarii præceptorem & palinodia istius rhapsodum fuisse aiunt) verba repetere liber. Mysterium fidei Eucharistia præterea hic dici ait, (epist. ad Adeodatū) quia fide estimandum est non specie, nec visu corporeo, sed spiritu mentis intuendum, siquidem potentis mysterii secretum tantum tenet fides. Quod enim substantia panis & vini apparet exterius, iam corpus & sanguis Christi sit interius.

Hoc autem corpus & sanguinem Christi in mysterio fidei interius fieri, ne quis per realem ipsorum sub specie panis & vini existentiam intelligendum esse putet, his verbis explicat.

» Gusta itaque & vide quam suavis sit tibus, & prægusta  
 » quid sapit. Sapit, ni fallor, cibum angelicum, habentem intra  
 » se mystici saporis delectamentum, non quod ore discernas,  
 » sed quod affectu interiore degustes. Exere palatum fidei,  
 » dilata fauces spei, viscera charitatis extende, & sume panem  
 » vitæ interioris hominis, præcedit diuini gustus saporis: dum  
 » certè per salutaris Eucharistia infusionem seu perceptionem  
 » influit Christus in viscera animæ sumentis (non ergo corpora-  
 » liter intrat in os, corpus & ventrem) quem pia mens castis  
 » penetralibus, in ea forma suscipit, qua sub ipsa recordatione  
 » mysterii, Spiritu reuelante sibi præsentem intuetur: infant è  
 » videlicet in matris gremio, aut cunis puerilibus iacentem,  
 » aut in ara crucis immolatum, aut sepulchro quiescentem, aut  
 » certe calcata morte resurgentem, siue supra cælos euectum, in  
 » gloria Patris sublimem: iuxta quas species Christus gratum  
 » communicantis intrans habitaculum (hæc non competunt  
 » impiis)

» impiis) corſyt ita dicam, ſuauiſſimorum ſaporibus mentem reficit,  
 » quot formis intimæ reuelationis oculus meditantis eum  
 « meruerit intueri.

Hæc Fulbertus de ſpirituali myſteriorum contemplatione  
 per fidem, qua pia mens Chriſtiani communicantis, Chriſtum  
 ſibi, iuxta omnes perfectæ ſalutis noſtræ formas, præſentem in-  
 ruetur & ſuſcipit. Quæ ſi Ieſuitæ cum Berengariana palinodia  
 & Gregorii Valentiani ſtrophis conciliare poſſunt, dicam, Et  
 » vos quoque vitula digni.

Poſſem Rabani, Laufranci, Paſchaliſi, Amularii, Guie mundi,  
 & aliorum aduerſus papifticam illam confeſſionem ſeu Berē-  
 garianam palinodiam expreſſa teſtimonia proferre, quæ di-  
 fertis verbis ſententiam de orali manducatione euertunt. Ne  
 autem extra inſtitutum vagari videar, Ieſuitas pro orali illa  
 impiis æquè ac piis cōmuni manducatione, id eſt tam Iudæ  
 Iſcarioræ quàm Petri fautores, audiamus.

*Eandem planè Chriſti carnem in templis habemus  
 & ſumimus, quæ olim in Paſtina coràm cernebatur:  
 ſed ea nec ſenſibus hîc patet, nec tranſmutationi & cor-  
 ruptioni eſt obnoxia, utpote inuiſibilis, impaſſibilis, im-  
 mortalis, ſumma & diuina reſplendens gloria, quam  
 ſolis oculis fidei licet hoc tempore intueri.*

Canis. in catechiſmo cap. 205.

Cum Nicolao Papa Caniſius tranſigat, antequam Theolo-  
 gos orthodoxos adoriatur, neceſſe eſt. Nicolaus Papa profite-  
 tur verum corpus & ſanguinem Chriſti ſenſualiter tractari,  
 frangi & fidelium dentibus atteri: aliter ſentientes æterno a-  
 nathemate dignos eſſe pronuntiat. Caniſius aliter ſentit. Vtri  
 credetis Ieſuitæ: Veram & realem Chriſti carnem comedimus,  
 non autem ore corporeo: quod ſi ore corporis, ſenſualiter  
 certè, ut Nicolaus, Papa confitetur. Inuiſibilem autem & in-  
 ſenſibilem manducationem carnis ſub pane præſentis, papifticū  
 eſt commentum. Et quod de oculis fidei garrit Caniſius, cum  
 māducationis oraliſ dogmate pugnat ex diametro. Quæ ſenim  
 oculi & os fidei in impiis reperitur: Fidem igitur & infide-



litate pietate impietate, Christum & Belial, mensam Domini & Dæmoniorum arguti Iesuite tandem conciliabūt. Sed Emanuels Vegæ Viloensium Iesuitatum coryphæi assertiones expendamus, quas superioribus Canonibus & orthodoxæ antiquitatis consensui suo more opposuit. Is enim quæcunque alii Iesuitæ sparsim effuderunt in vnum coacervasse viderit. Sic autem ille, part. 2. cap. 4. assertionum suarum de Eucharistia, thesi 158.

*In confesso est, ita corpus Christi servatoris nostri comedendum à nobis esse, quemadmodum id ipse nos edere præcepit. Nec illud quoque minus est certum, Christum Dominum iussisse id quod corpus suum esse dixit, ore corporis manducari. Quod vel ex eo solo patet, quòd Apostoli huic mandato Domini satisfaciētes verè porrectum sibi à Domino sacramentum ore corporis manducarunt. Sequitur igitur necessario ore corporis manducandam esse Christi carnem ex eiusdem præcepto: nisi Christum per corpus suum pro nobis tradendum (quod se habere in manibus & dare discipulis dixit) mendacio prorsus aperto panem intellexisse fateantur.*

Vide, Lector, Iesuitæ acumen.

Quod Christus accepit, fregit & dedit discipulis ore corporis manducatum, id est dentibus attritum, sensualiter perceptum in ventrem traiectum est.

Christus accepit, fregit dedit discipulis suis reale corpus suum, alioqui mendax esset, (inquit Vegæ)

Ergo Christi corpus ore corporis manducatur, per consequens frangitur, dentibus atteritur, in ventrem traiecitur.

Primum, velim Vegam cum asseclis suis concordiam inire, priusquam cum Theologis orthodoxis manus conserat. Deinde aperte agat in hoc negotio: quid enim intelligit nomine sacramenti quod Apostolis porrectum est à Domino, & ore corporis comederunt: Si reale & naturale corpus, certe  
in

in frustra fractum est, consecratum, detibus atritum, &c. quod cogitare Capernaiticum & impium est. At, inquit Vega, reale corpus pro nobis traditum est: ergo antea ore perceptum, sed reale corpus non eo momento crucifigebatur, & tamen dixit Christus, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur: & Paulus, Quod pro vobis frangitur. Quemadmodum ergo Christus panem sacramentalem corporis sui nomine dignatus est, ad fidei nostrę confirmationem, sequentia verba eodem sensu addidit, quę admodum expressam habent significationem, vt figura rei prorsus respondeat, id est, vt fractio illa panis sacramentalis (quam & ipsam ceremoniam vt sacramentalem & à Domino institutam oportuit in Ecclesia retineri) mortem ipsam Christi menti nostrę repręsenter. Verax igitur vt ipsa veritas, Christus maneat, & à Christianis agnoscat: mendacii autem & blasphemię reus Vega habeatur, ni resipuerit & veniam obtineat à Domini clementia. Ad sequentem assertionem accedamus.

*Accedit, quod instituendorum nouorum sacramentorum aduersarii potestatem nullam habent. Dominum autem illis verbis, Accipite, comedite, hoc est corpus meum, eius rei quam Apostolis porrigebat, corpoream manducationem præcepisse, nec aduersarii ipsi negare audent: ideo enim panem in sacra cœna necessario censent comedendum ore corporis. Atqui alia comestio (præter hanc corpoream) à Christo non est præcepta. Si quam igitur aliam comestionem naturalis corporis Christi à reali diuersam, prædicant, siue supernaturalem illam, siue celestem & mentalem vocant, aut quibuscunque ornent verbis, ab ipsis illam excogitatam, non à Christo institutam esse, inficiari non poterunt.*

Triplicem illam manducationem ex Gregorio de Valentia paulò ante descriptam confundit, & vnicam esse vult, nempe

oralem, inde aliam à Christo institutam. Ludit autem in voce  
 manducationis quæ propriè & κατὰ τὸ ἴδιον sumpta ad panem  
 sacramentalem tantummodo refertur, iuxta Augustini  
 regulam toties à nobis expositam. Manducationem carnis  
 Christi paucis aperit idem Augustinus, *ſc̄e quid paras dentes &  
 ventrem: Crede & manducaſti.* Quomodo autem in verbo, in  
 Baptiſmo, in Euchariftia Chriſtum percipiamus, abudè Theo-  
 logi orthodoxi exponunt. Manducare carnem & bibere  
 ſanguinem Chriſti, *inquit Auguſtinus,* Eſt communicare paſ-  
 ſionibus ipſius, cum ſuauiſſe & vtiliter recolimus in me-  
 moria, quòd pro nobis caro Domini crucifixa & vulnerata  
 ſit. *Item tract. 26. in Ioann. & in Pſal. 77. de veterum Sacramentis  
 ſagens ait:* Sacramenta illa fuerunt, in ſignis diuerſa ſunt: in  
 re autem quæ ſignificatur, paria ſeu eadem ſunt ac noſtra. Il-  
 li pro magno eiufdem Chriſti Sacramento biberunt aquam  
 de petra fluentem. Nos quid bibamus, norunt fideles. Si ſpe-  
 ciem viſibilem attendas, aliud eſt: ſi intelligibilem ſigni-  
 ficationem, eundem potum ſpiritualem biberunt. Aliud qui-  
 dem biberunt illi, ſed ſpecie viſibili, quòd tamen idem eſt  
 virtute ſpirituale. Qui Chriſtum in Manna intellexerunt,  
 eundem quem nos potum ſpiritualem biberunt. Nulla cõ-  
 eſtiõ (inquit Vega) præter oralem à Chriſto eſt præcepta.  
 Ergo corpus reale oraliter comedimus. Nego conſequent:  
 De reali enim corpore Chriſtus non dixit, Ore corporeo cõ-  
 edite. Excipit, niſi hæc de corpore reali intelligantur, ni-  
 hil nos præter panem in Cœnâ Domini ſumere. Iterum re-  
 ſpondeo, nihil ore corporeo præter panem & vinum ſumi à  
 veſcentibus in menſa hæc viſibili in terris. Sed Vega ſciens  
 volens ignorat hîc de Sacramentis agi, quæ reb. terrenis &  
 celeſtibus conſtant: rerum cœleſtium nomina terreſtribus tri-  
 bui: tam certò in anima credentes fieri rerum celeſtium  
 participes, quàm verè percipiunt Symbola: eamque eſſe o-  
 mnium Sacramentorum doctrinam, vt de Symbolis agatur,  
 quum de perceptione Sacramentorum ſit mentio, quorum  
 ſymbolorum conſideratione & perceptione ad rerum ſigni-  
 ficatarum apprehenſionem, quæ ſola fide fit, euehimur. Ba-  
 ptiſate, *inquit Chriſtus,* id eſt aqua tingite. Ergo, ſi Vega  
 interpretationem ſequamur, Sanguine Chriſti minimè ablu-  
 mur.

mur, aut si abluimur, ablutio illa est realis & naturalis sanguinis semel in cruce fusi, & quod amplius hoc modo minime funditur, in corpora ut in animas effusio. Sed aliquid præterea audiamus, quod assertor subiicit.

*Iam verò ( inquit ) si sola spiritualis manducatio præcipitur, quid queso necesse est templum adire, & Eucharistiam sumere? Cùm enim ista manducatio spiritualis nihil sit aliud quàm in celo Christum animo amplecti, atque ita carne eius vesci: profectò cùm eum animum domo asferre debeat, quicumque dignè communicare cupit, iam domi is, qui talem animum habuit, antequam communicet, communicauit. Quid igitur necesse est Cœnam Sacram sumere? Fidem, inquit, signa excitant, quæ si maior fuerit, copiosius Christo perfruetur. Itane verò? Si ergo concione, lectione Euangelii, meditatione pia, magis fides excitatur quàm Cœna Domini, satius profectò erit Euangelii lectionem, aut cõcionem, aut meditationem, quàm sacram Cœnam frequentare. Frustrà igitur Christus sui corporis Sacramentum instituit: frustrà tam magnificas de sua carne (quam pro mundi vita daturus erat) in Cœna promissiones fecit: cùm non plus in eo Sacramento, quàm in pia qualibet actione nobis carnem suam conferat. Illud certè negare non poterunt, si nihil aliud est comedere carnem Christi, quàm fidè & pia mente in ipsum ferri, non magis se in Cœna profana quàm in Eucharistia Christum manducare. Sive enim comedimus, sive bibimus, in gloriam Domini nostri facere omnia præcipit Apostolus. Hoc autem quid queso est aliud quàm Domini piè in cibo aut potu meminisse, si demque in eius cultum excitare? At in hoc ipsorum*

*sententia, verè spiritualis Eucharistia comestio consistit.*

Quum Vega se multæ lectionis Iesuita esse passim ostēdet, miror eum ne vnicum quidem testimonium ex orthodoxorum Theologotū libris protulisse, quo assertionem illam suā confirmaret. Garrit igitur suo more, & modò aliquid in Christianarum Ecclesiarum odium Catechumenis suis instillet, cætera nihil curat. Putavit igitur se cum surdis & cæcis agere, & modo quicquid veniret in buccam audacter effunderet, se Theologiæ professoris partes impleuisse. Vt autem paucis respondeamus, Christiani pueri in Catechismo sophisticos, Vegæ, nodos dissolunt. Ad assertionem illam Iesuiticam igitur illorum responsiones opponamus ex Geneuensis Ecclesiæ Catechismo desumptas.

» M. Ergone in Cœna corpore & sanguine Domini ve-  
 » scimur? P. Ita sentio. Nam quum in Christo sita sit tota no-  
 » stræ salutis fiducia, vt accepta nobis feratur obedientia i-  
 » pfius quam Patri præstitit, perinde ac si nostra foret, ipsum  
 » à nobis possideri necesse est. Neque enim bona sua no-  
 » bis aliter cōmunicat, nisi dum se nostrum facit. M. Atqui  
 » nonne tunc se dedit, quum se exposuit in mortem, vt nos  
 » à mortis iudicio redēptos Patri reconciliaret? P. Id qui-  
 » dem verum est: sed non satis est nobis, nisi eum nunc reci-  
 » piamus, quò mortis eius efficacia fructusque ad nos perue-  
 » niat. M. Recipiendi porò modus annon fide constat? P.  
 » Fateor. Sed & simul addo fieri id dum non solam mortuū  
 » credimus, quò nos à morte liberaret, & suscitatum, quò nobis  
 » vitam acquireret: sed in nobis quoque habitare agnoscimus,  
 » nosque illi coniunctos esse, eo vnionis genere quo mem-  
 » bra cum capite suo coherent: vt huius *κοινωνίας* beneficio o-  
 » mnium eius bonorum participes fiamus. M. Nunquid  
 » hanc communionē per solam Cœnam obtinemus? P. Imò  
 » verò. Nam & per Euangelium Paulo teste (1. Corinth. 1.) no-  
 » bis communicatur Christus, & meritò hoc Paulus docet,  
 » quum illic audiamus nos carnē esse de carne eius, & ossa ex  
 » ossibus: ipsum esse panem viuum, qui è cœlo ad nutriendas  
 ani-

33 animas nostras descēdit nos vnum esse cum ipso, sicuti cum  
 34 Patre vnum est: & similia. M. Quid amplius ex Sacramen-  
 35 to consequimur, aut quid præterea vtilitatis nobis confert?  
 36 P. Hoc scilicet, quod illa de qua dixi communicatio, no-  
 37 bis confirmatur & iuguetur. Tamen enim tum in Baptis-  
 38 mo, tum in Euangelio nobis exhibetur Christus, eum tamē  
 39 non recipimus totum, sed tantum ex parte. M. Quid ergo  
 40 in Symbolo panis habemus? P. Corpus Christi, vt semel pro  
 41 nobis ad nos Deo reconciliandos immolatum fuit: ita nunc  
 42 quoque nobis dari, vt certò sciamus reconciliatiōē ad nos  
 43 pertinere. M. Quid in vini symbolo? P. Christum, vt suū  
 44 sanguinem semel in satisfactionem peccatorum, precium-  
 45 que redemptionis nostræ, effudit: ita nunc eum nobis bi-  
 46 bendum porrigere, vt fructum qui inde peruenire ad nos  
 47 debet, sentiamus.

Iesuiticæ garrulitati hæc opposuisse mihi satis est: quam si  
 amplius refutare velim, nã ineptire cum vega videar. Tu ve-  
 rò. Lector, assertoris dicta leuiter effusa, & celebris Ecclesiæ  
 fidem diligenter expende. Ad vegam reuertamur.

*Quid, (inquit) quid sit ideo solum (vt aduersarii tam  
 constanter affirmant) sumi dicitur in Eucharistia Caro  
 Christi, quia quando sumitur Sacramentum cum fide,  
 Christus in animos nostros se infudit, neque vlla alia ra-  
 tio potest ab eis assignari: cum etiam sumendo eandem,  
 Eucharistiam cum perfidia, Satan, in animum infide-  
 lis (vt in Iudam post buccellam intrauit) ingrediatur,  
 non magis in Eucharistia, nec sumi Christus, quam dia-  
 bolus diceretur? Imò si illud satis est, vt Christus in-  
 re dicat de Eucharistia, Hoc est corpus meum, profe-  
 cto etiam Satana dicere liceret, Hæc est natura mea,  
 aut simile quippiam, Si enim in Cœna corpus Christi  
 non verius est, nec magis porrigitur, quàm ibidem Sa-  
 tan & est, & datur: quo illi iure Cœnam Domini cor-  
 pus Christi esse dicent, eodem Cœnam Satanam esse  
 necessario confiteri cogentur.*

Vides, Lector, spiritus Iesuitici modestiam. Vegę verò bonam mentem, per misericordiam precamur à Domino. Hoc vult autem, ni fallor. Fide sumitur Christi corpus in Cœna. Infidelitate sumitur Satan. Ergo piis Cœna est Christus: impiis Satan. Quomodo Satan sit Iudæ cor ingressus Vegę excutiendum relinquo. Fide autem Christum suscipi, & in nobis habitare, tum Paulus, tum Christus ipse, nos luculenter docuit. Impij hunc panem & vinum Domini (non panem Dominum) ad iudicium sumunt. Piis autem, Augustino teste, corpus Christi est cibus mentis, quæ Vega refutare debuit, priusquam tam impuro ore de sacra Eucharistia differeret. Si quis autem dixerit, Satan re ipsa in cor Iudæ ingressus est: sicut re ipsa corpus Christi à Iuda ad iudicium receptum est. Ergo Iesuiticam Cœnam esse corporis Christi & Satanæ realem perceptionem necessario dicendum est: viderit Assertor quid sit respondendum. Illud certè necessariò sequitur ex Iesuitarum hypothesi. Impij, quorū Iudas est Antesignanus, carnem Christi realiter, ore corporeo comedunt. Iidem Satanam recipiunt eodem momento. Ergo Christi & Satanæ simul eodémque momento realiter fiunt participes. Porro, Iudit Vega homonymia multiplici in vocibus Sacramenti & fidei, quarum vim & significationem minimè tenet, vsæpius antea dictum est. Subiicit deinde.

*Vox quoque est frequens Caluino, omnino istam piis tenendam esse regulam: vt quoties Symbola vident à Domino instituta, illic rei signatæ veritatem adesse certò cogitent: nisi Christum fallacem esse velint. Quare accepto corporis symbolo, non minus corpus etiam ipsum nobis dari, certò confidendum esse. Quæ si vera sunt, verè profectò nobis caro Christi in symbolo porrigitur. Non igitur spiritualiter tantum, sed re ipsa Christum manducamus. Licet enim Calvinus doceat spiritualiter comedi carnem Christi (lib. 4. instit. cap. 17. Sect. 10.) siue hac voce spiritualiter, inuisibiliter, siue aliud quidpiam intelligat, modò nobis carnem Christi cum signis, non*

*vacua*

*vacua signa, dari concedat conuenimus. Modum enim ista præscribunt: carnis tamen substantiam cum signis dari non negant. Extra cælum ergo caro Christi in terris exhibetur, & cū signis, corporeo ore susceptis, realiter suscipitur.*

Si locum quempiam ex Christiana institutione aut ex aliis Caluini scriptis protulisset Vega, in quo regula illa totidem verbis expressa sit, facilius esset responsio. Sed Iesuiticè agit, ne suo iudicio miser pereat. Inclusionem localem Carnis & sanguinis Christi perpetuò reicit Caluinus, Christum, quatenus homo est, non alibi quàm in cælis quærendum esse cum Scriptura & orthodoxa vetustate constanter proficitur. Realem realis carnis & sanguinis Christi, sed spiritali modo, perceptionem oblique inculcat. Nec vculam vllam in eius scriptis, Iesuitæ omnes, quantumuis acuti, reperient qua Affectorius Vlnensis conclusionem de manducatione orali vlllo pacto confirmet. Signa vacua, nusquam constituit, Dei, aut verè Christianorum respectu. Vt autem videas, Lector, Caluini mentem, in Pauca relatam, & Iesuiticæ calumniæ orthodoxo Theologo aspersæ abstergantur, Summa doctrinæ quam Geneuensis Ecclesia ex Dei verbo proficitur, à Th. Beza, Caluini in professione Theologica & ministerio sacro symmisitæ his verbis in fidei Christianæ confessione expressa est. cap. 4. art. 43. 44. 45. 46.

1. Promissiones, quibus adhibentur Sacramenta, quasi authentica sigilla, in vnum Christum respiciunt. Itaque ipse Christus in primis, deinde omnes opes quas in se habet, vnicum illud sunt quod nobis Clementissimus Pater donat ad vitam æternam, sicut per signa visibilia verè & certò nobis significat, & sicut sonat verbum signis adiunctum, vt fides per quam vnus possumus oblatum illum thesaurum recipere, magis ac magis in nobis excitetur ac confirmetur. Et quoniam hæc nostri cum Christo cõiunctio singula Ecclesiæ mēbra respicit, ideo mutua illa cõiunctio, quæ inter eiusdē corporis membra vigere debet, alter est Sacramentorum finis,

2. Non dubium est quin Deus, qui summè fidelis est, præter signa visibilia, rem ipsam quoque, id est, Iesum Christum vnus cum omnibus ipsius opibus, verè & absque vlllo dolo fru-



dum semper offerat, qua ratione dici potest ac debet (Dei videlicet promittentis respectu) res ipsas cum signis semper & verè esse coniunctas. Id autem fit non certa quapiam virtute vocalulorum vel syllabarum, sicut magi & fascinores existimant: neque villo coniunctionis modo naturali vel locali, vt loquuntur, (neque enim Iesu Christi corpus est imaginarium, vel inuisibile, vel incircumscriptum, vel denique villo modo infinitum.) Neque propter aliquam sanctimoniam eius qui hæc sacra peragit, (pendent enim ista à solius Dei, non autem hominum auctoritate) sed sola Spiritus Sæcti potentia & virtute, qui efficit vt ille ipse Iesus Christus, qui nunc, quatenus homo est, non est alibi quàm in cælis, sicut Scriptura testatur, nobis tamen qui in terris sumus non minus verè donetur quàm signa ipsa de quibus diximus: quatenus videlicet fides nostra eum contemplan in sacramētis, sicut expressa promissio testatur, in cælum vsque conscendit, vbi verè eum complectitur magis ac magis, & credentium animis insinuat.

3. Verissima quidem & arctissima est ista coniunctio, sed in qua tamen illud magnopere est obseruandum, non esse abolendam signorum substantiam, siue materiam: neque signa cum rebus esse confundenda, sed distinguenda, vt pote quæ coniunctim quidem, sed distinctè tamen à Deo nobis donentur: ita vt sæpe numero qui signa sumit, nihil minus quàm rem ipsam percipiat.

4. Quoniam, vt modò diximus, ita sunt coniunctæ res ipsæ cum signis, vt tamen vnum ab altero distinguatur, affirmamus signa exteriora naturali modo percipi, tū à fidelibus, tum ab infidelibus, sed contrario prorsus euentu. Quoniam enim fideles propter signa res etiam ipsas percipiunt, inde nimirum consequuntur fidei confirmationem ad salutem & vitam æternam: infideles verò, quoniam sola signa percipiunt, & ita quidem vt res ipsas quas Deus illis non minus verè quàm signa offerebat, suo contemptu polluant quantum in se est, & contumelia afficiant, iudicium & cõdemnationem sibi sumunt. Et hæc quidem de signorum perceptione. Quod autem ad rem ipsam attinet, id est, ad Iesum Christum, cum omnibus ipsius opibus, iam antea, demonstrauiimus fidem esse vnicum illud instrumentum per quod Christus à nobis  
 appre-

apprehenditur. Hinc verò consequitur, rem ipsam Sacramentorum ab eo non posse percipi qui fidem nõ afferat, & è contrario ab eo verè percipi qui veram fidem afferat, idque non dentibus, aut ventre, aut vñlo crasso & corporali modo vel qui veritati & ascensionì corporis Domini repugnet, sed spirituali modo per fidem, eoque non minus certo & effìcati quàm si naturalis esset. Tanta enim est fidei virtus, aut Dei potius, cuius verbo & Sacramentis fides credit, non vt Christi carnem è cælis eliciat (ibi enim mansura est, donec ipse veniat iudicaturus viuos & mortuos, sicut Scriptura testatur, cui fides reluctari nec vult nec potest) sed è contrario sese in cælum vsque subuehat promissionibus Dei freta, ibique verè & effìcaciter illos vniat, & vt ita loquar incorporet, in quorum animis ipsa inest. Quamobrem etiam in veterè liturgia, iam olim recepta fuit vox illa. Sursum corda: quibus verbis iubebantur fideles non obstupescere in externis signis, sed illis potius tãquam scalis vti, vt in cælum vsque ad Christum penetrarent. Hæc Beza.

At si quid nouisti rectius istis, Vegæ, Candidius imperti: Si non, his vtere mecum. Quæ autem thesi 143. subiicit, hæc sunt.

*Iam verò, si vera est Sacramentariorum sententia, quis non videt quàm ineptè Paulus probationem sui & diiudicationem sacram Cœnã præcedere vellet? Quàm falso etiam aliquos indignè corpus Domini sumere affirmet? Nam si vera est ipsorum sententia, probatio & diiudicatio, ad corporis sumptionem præmitti nunquam potest: neque vllus Domini corpus indignè accipere. Et primum quidem vel ex eo patet, quod nemo se ritè probet ad suscipiendam Eucharistiã, nisi fide Christum amplectatur, & animo in ipsum feratur. At hoc nõ esse probationem, quæ præmittatur ad manducationem, sed esse ipsum comedere corpus Christi, affirmat Caluinus. Non ergo præcedere unquã probatio comestionem corporis poterit: vel alia profectò est mãducatio corporis*

Christi, de qua Paulus agit, realis nimirum, ad quam spiritalis ista praeimititur. Posterius verò ita ostenditur. Si comeditur corpus fide, cum diiudicare corpus Domini sit credere, nullus profecto unquam comedit corpus Domini, quia necessario illud diiudicet. Falsum ergo est quod ait Paulus, aliquod comedere corpus Domini & non diiudicare. Quis verò unquam suscepit aut suscipere potest indignè corpus Domini, ut Paulus à mendacio liberetur si tantum fide, non ore comeditur? ubi enim fides est, quae Christum amplectitur & reueretur, & per ipsam corpus (ut docent isti) manducatur: quae culpa aut indignitas efficere poterit, ut ad iudiciū manducetur? Nam si fides defuerit, aut non obierit vices suas: Christi corpus (quod solum fide editur, ipsorum sententia) non comeditur. Non ergo indigna manducatio, sed nulla omnino erit. Mentitus itaque Paulus est, qui aliquos sine probatione seu diiudicatione & indignè Eucharistiam sumere affirmavit. Quòd asserere cum sit blasphemum, etiam illud ex quo id sequitur: nimirum corpus Domini tantum fide percipi, non ore corporis, erit falsum & impium. Atque haec abundè satis esse possent, ad istorum ineptissimorum hominum fraudes & stultitiam declarandam. Verum quoniam non tantum absurda, pugnàtia & blasphema docet, sed etiam Catholica dogmata mala fide populo proponit, eaque in inuidiã trahit: superest ostendere, quae Ecclesiae Catholicae Doctrina sit de spiritali Christi corporis manducatione, & quam cõformis sacris literis, quamque è diuerso, inepta sint omnia, quae cõtra eandem sacramentarij somniant.

At te Deus compescat, ò Vega, qui ut Papisticae figmenta, cõseruares & impiorum patronus videreris, Sactum Christi Apostolũ mandacij arguere, eiusque verba, & sensum deprauare ausus sis. Con-

ss. Coniicia illa autem quæ bonus scilicet Catholicus in orthodoxos Theologos petulanter effundis remittat tibi Dominus. Nec enim his artibus tecum velim contendere. Sed ad te, Lector Christiane, redeo, & obscuram atque prolixam Vega declamationem ad certa capita reuoces velim. Ego verò ita distinxî.

1. In eo Hallucinatur quod non intellexit fidem varios vsus habere. Quoniam Christum fide in cordibus nostris habitatem possidemus eadem fide ad Christum accedimus in verbo & sacramentis, eiusdê fidei oculis & ore videmus, comedimus, eadem fide magis ac magis possidemus: Calvinum putauit perperam egisse, quum ad fidei probationem inuitat eos qui eadem fide antea Christum possederant, & vt comedant accedunt. Antequam accedat, cum accedit ad mensam Domini, cum domum reuertitur Christianus, fide præditum se esse debere intelligit, vt Christum quem possidet, quem magis ac magis possidendum quærit, quem nouo quodam & speciali Dei beneficio in sacramento Spiritus sancti virtute ac fide amplexus est, possideat. Fides igitur fidem præcedere, comitari & subsequi debet, cuius si radicem & incrementa Vega ignorat, propterea Paulus non fuit mendacii accusandus.

2. Apostolus requirit probationem sui, quæ est spiritualis perceptio corporis Christi, (inquit Vega.) Ergo alia est mâduccario, realis nêpe, ad quã spiritualis ista præmittitur. En mirificû Iesuitæ acumê. Quibus testimoniis probare poterit tot falsos terminos & paralogismos? Probatio non est perceptio impiorum: respectu, piorum vero, probatio illa fructus est prioris perceptionis, & fiducia secutura vnionis per fidem magis ac magis cum Christo. Ludit autem Assertor Homonymiis in vocula spiritualis & realis: quas cum antea refutauerim ad sequentia pergo.

3. Errat in fundamento, voculæ (corporis) significationem non distinguit, petit principium, & ambiguè loquitur. Fundamentum Pauli est eos non comedere corpus verum ac reale Christi qui indignè ad sacram mensam accedunt: etiam si panem qui est sacramentaliter seu in mysterio corpus Christi comedant. Vega verò vult aliquod comedere reale corpus Christi qui illud non discernunt, id est, qui non indignè accedunt: vt inuertat hoc argumentum: diiudicare

corpus Domini est vera fide ad Sacram mensam accedere soli credentes diiudicant corpus Domini. Ergo soli credentes corpus Domini comedunt. Fallacia latet in vocula corpus, item in verbo diiudicare. Iudicium (inquit Paulus) sibi edit impius, & bibit panem hunc edens & poculum Domini indignè bibens, non discernens corpus Domini, id est nec panem & poculum Sacrum seu Symbola corporis & Sanguinis Domini, ea qua decet reuerentia & fide considerans: Denique, ipsum Christum Symbolis illis oblatum & fide percipiendum infidelitate sua respiciens. Perit verò principium, in eo quod vult nomine corporis semper Paulum intelligere reale Christi corpus, quod pernegamus: etenim eo loco expressè semel & iterum meminit Apostolus panis & poculi *τὸ κρῖν* & panem Domini à pane Domino distinguendum esse Theologi veteres nos docuerunt. Ambiguè item loquitur, quum de manducatione agit Vega. Ad iudicium non manducatur Christi reale corpus sola fide apprehensum. Nec id ex Pauli verbis vnquam euincere poterit. Probet (inquit Apostolus) quisque seipsum & ita de pane illo edat, & de poculo bibat. Nam qui edit & bibit indignè, damnationem sibi ipsi edit & bibit, non discernens corpus Domini. Vbi oralis illa manducatio realis corporis?

4. Igitur corpus Sacramentale, id est hic panis, in hunc usum consecratus vt verum ac reale Christi corpus fide ac spiritali modo, vt cibus sit mentis, percipiendum, exhibeat, indignè editur ab impiis, qui eximium illud Symbolum non considerantes & Christi mysteria sua malitia deridetes ideòque corpus Domini & Sacramentale & reale non discernentes, damnationem sibi ipsis edunt & bibunt, panem illud edentes & illud poculum bibentes. Contrà, verum ac reale Christi corpus à solis verè Christianis viua præditi fide percipitur, vt Symbola Sacra, efficaces tesserae vnionis cum Christo, sensibus externis ex Dei præscripto obsequant.

Superest vt Vegæ assertiones, quibus spiritualem simul & oralem (quam falsò realem appellat) manducationem explicare tentat, consideremus.

*Triplex (inquit) omnino manducatio in Scriptura reperitur. Prima quidem, qua mansum ore verò cibum*

cibum verum, in verum traicimus stomachum, de quo Paulus (1. Corinth. II.) Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, &c. Secunda, Spiritualis tantum, qua nihil eorum qua commemorauimus, verum habet, cum reuera nihil sit aliud quam mentis eleuatio: per figuram tamen metaphoricè comestio dicitur. Atque de hac manducatione Seruator noster disputauit, cum turbas vero cibo, priori illo modo, saturatas, à desiderio cibi terrèni auocare, & ad spirituales manducationem animos erigere nitetur, dicens: Queritis me, non propter signa, sed quia manducaftis, & saturati estis. Et, qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me non sitiet. Item, Qui sitit, ueniat ad me, & bibat: quod dixisse Christum de Spiritu, quem accepturi erant, credentes in eum, Ioannes explicauit. Tertium, denique genus manducationis, est conflatum ex utroque priori, quando scilicet aliquid comedimus uerè, sed in memoriam alicuius. Tunc enim & corpus presenti cibo, & animus rei absentis memoria & consideratione reficitur & delectatur. Sic Agnus Paschalis, Sic Manna, sic Sacrificia, in memoriam Christi venturi, ab hominibus timentibus Deum, quondam manducabatur. Sic quoque & veri Christi cultores, in memoriam passionis Christi preterite, non iam figuram, ut illi, aut umbram sed ueritatem, & corpus eiusdem Christi Domini comedunt: ut scilicet corporis ore uerò ueram carnem comedant, & mens eiusdem Christi memoria, fide, & dilectione suo modo etiam pascatur. Cuius comestionis meminuit Dominus, cum diceret, Qui manducat me & ipse uiuet propter me. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam.

Cum itaque hoc triplex mādicationis genus in Eucharistie sumptione inueniatur: primo illo modo, soli impij in iudicium & damnationem, carnem Christi comedunt, ut Paulus docet. Duæ autem postrema comedēd rationes, in solos pios & veros Christi amicos cadunt. At prior quidem in eos tantum cadit, qui etsi Sacramentum non percipient, habentes tamen votum se uniuendi Christo, per fidem & charitatem dicuntur eundem manducare, non tamen verè, sed metaphoricè, ne realiter, sed spiritualiter tantum. Posterior vero iis conuenit, qui non solum voto, sed per dignam etiam susceptionem Sacramenti, cum Christi carne se uniuunt, & in vnum corpus cum eo coalescunt, ut fiant os de ossibus eius, & caro de carne eius, ut Paulus testatur, Ephes. 5.

Quam igitur peruersè, fraudulentè & subdolè Sacramenti hostes Catholicos apud rudem plebeculam in inuidiam vocant: clamitantes, eos Christo contradicere, dum asserunt peccatores corpus Christi comedere, cum Christus dicat, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet: & Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ioann. 6. Quasi verò nos, cum asserimus peccatores indignè Christi corpus comedere, aliam quàm realem solam manducationem, quia non vita, sed iudicium & mors æterna manducatur, intelligamus: aut dum Christus manducanti in se mansionem pollicetur, eum non dignam, hoc est realem simul & spiritualem manducationem intelligere, existimemus. Nam (ut rectè Augustinus docet, Serm. xi. de verb. Dom.) Sacramento-  
rum promissiones semper sunt conditionatè intelligenda, si

*de, si nimirum ritè Sacramenta suscipiantur. Neque enim, qui baptizatus fuerit, si indignè ad Sacramentum accedat, saluus erit: quod vel Simonis Magi restatur exemplum.*

Multiplici sophismate fucum facit suis catechumenis, Parmenianus Vega, putidâsque ac millies recoctas refutatâsque nugas nobis reponit, orthodoxorum Theologorum argumentis asturè prætermisissis. Ego verò, lector, paucis tibi indicabo quædam, ex quibus facile tibi erit de Iesuitica illa disputatione ferre iudicium.

1. Triplicem corporis Christi in Cœna esse manducationem apertè dicere debuit: at cautiùs loquutus, postea ad duplicem delabitur.

2. Prior illi est, manducatio oralis tantum, qua mansum ore vero, cibum verum, in verum trajcimus stomachum, de quo Paulus, Qui manducat, &c. Vult autem impios isto genere manducationis, Christi carnem realem manducare. Vnde sequitur impios carnem Christi dentibus atterere, in stomachum trajcere, in secessum emittere, quod nunquam Iesuitæ ex vllò Scripturæ aut orthodoxæ antiquitatis testimonio, euincunt. Nec Paulus dicit indignè, accedentes comedere reale corpus, sed hunc panem. Quod autem addit, reos esse mortis Domini, cuius corpus non discernunt, minimè fauet Iesuitis Iudæ & impiorum fautoribus ac patronis. Qui enim reus est, non propterea vnitus est Christo, & nõ discernere corpus Domini non significat reale corpus Domini comedere. Homonymia & perpetua petitione principij fallit Vega. Corpus enim aliquoties panem Sacramentalem, aliquoties corpus reale, aliquoties mysticum Christi corpus significat: quod miserrè noui isti disputatores perpetuò confundunt, & vt errorè semel susceptum tueantur, in horrendam Capernaitarum insaniam, ruunt præcipites.

3. Spiritualem manducationem | vult nihil aliud esse quam mentis eleuationem & metaphoricam mânducationem, à reali manducatione non modò distinctam sed etiam disiunctam. Vt id probet, lacera ex Ioann. 6. capite testimonia quædam profert, in quibus loqui Christū de Spiritu quem credentes accepturi erant, Euangelista asserit, vnde inferit Vega,



ga, spiritualem hanc manducationem esse mentis eleuationem  
 & nihil aliud præterea. At mendacem oportuit esse memor  
 qui antea, assertionem videlicet 114. 115. & c. de vera & realicarnis  
 suæ manducatione Christum discernisse, se vociferatus est. Dein  
 de, postea faretur credentes & spiritualiter & realiter Christi  
 corpus edere. Quomodo autem spiritus Christi sicut partici  
 pes qui Christi carni minimè vniti sunt per fidem? Sed ipsum  
 Vegam seipsam eadem assertionem oppugnantem & refellen  
 tem præstat audire. Nam hoc posito, spiritualement manducatio  
 nem ex detortis ac discerptis Euangelistæ verbis, nihil aliud  
 esse quam mentis eleuationem, tandem addit eorum qui ore  
 corporis veram Christi carnem comedunt mentem eiusdem  
 Christi memoria, fide & dilectione, suo modo etiam paschi  
 cius comestionis meminerit Dominus, eodem Ioann. cap.  
 dicens, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem  
 habet vitam æternam. Si eleuatione mentis & figurata man  
 ducationem vitam æternam haberi existimat Ieiuita, nouum  
 Christianismum nobis obtrudit, futiliter garrulus, & peccans  
 in theologiæ principia. Eleuatione pasce mentem, sine reali car  
 nis Christi perceptione, cui persuadebunt isti disputatores?  
 Manducare Christum, manducare Christi carnem, viuere pro  
 pter ipsum, habere vitam æternam, est Christi memoria (inquit  
 assertor) fide & dilectione pasce. Vides Lector, se fuitas Christi  
 anorum fidem veram suaditus euertere, vt chimeram papisticam  
 retineant. Præterea, quam petulanter & impie fidem totius  
 Ecclesiæ ante Christi in carne manifestationem tollunt. Vnio  
 enim Abraham & fidelium Israelitarum cum filio Dei incarnan  
 do nihil Vega aliud quam mentis eleuatio, figura & umbra.  
 Aliter autem Paulus, 1. Corinth. 10. aliter Augustinus lib. 19.  
 cap. 16. contra faustum Manichæum, vbi ait, Aduersus calum  
 niosam imperitiam Fausti (Iesuitarum Patriarchæ) demonstra  
 re suffecerit, quanto errore delirent, qui putant signis sacra  
 menti que etiam res ipsas esse diuersas, quas ritus Propheticus  
 prenuntiavit promissas, & quas ritus Evangelicus annuntia  
 uit impletas: aut qui censent, cum res eadem sint, non eas ali  
 is sacramentis annuntiari debuisse completas, quam his qui  
 bus adhuc complendæ prænuntiabantur, &c. At si Vega fides  
 sequenda est, vel Patres, Christi carne reali, fide incarnandum  
 inueniunt

intuente percepta, id est alimonia spiritali destituti, fame spiritali confecti perierunt in sempiternum: vel citra communionem veri corporis & sanguinis Christi (non autem eleuatione mentis, & figura) nutriti & sustentati sunt ad vitam æternam. Atqui utrumque horum est falsissimum. Hæc autem ut attentius expendat subiiciã doctissimi & orthodoxi Theologi D. Grynaei qui integram sententiæ Augustini explicationem luculenta disputatione persequutus est, argumentum,

Si nobis Christianis cum sanctis Patribus & Prophetis cõmunis est circuncisio & agnus Paschalis: illis autem Baptismus & Eucharistia nobiscum communis est: tum equidem sequitur sacramenta Patrum & nostra diuersa quidem esse, tẽ vero & virtutem eandem planẽ esse. Etenim à rebus ipsis internis & à virtute salutari mysteriorum istorum æstimatio petenda est, non à signis externis, quæ cum sint mutata, diuersa iam esse facta nemo sanus non intelligit.

Vera autem sunt ea quæ antecedunt, iuxta dicta, Patres in Moysen baptizati sunt in nube & mari: & Omnes eandem escam spiritualement ederunt, & omnes eundem spiritualement potũ biberunt: bibebant enim ex sequente spiritali Petra. Petra vero erat Christus. 1. Corinth. 10. 2, 3, 4. Particulam eadem non esse restringendũ ad Patres, sic, ut sententia sit, Eandem inter se non eundem quam & nos percipimus, inde colligimus: 1. Quia Paulus patribus etiam Baptismum tribuit 2. Quia de re sacramenti loquens, Christi meminit. 3. Quia alioqui eneruaretur Pauli argumentum. Itaque hæc sententia est, Si Deus Patribus quibus non magis quã nobis Baptismus & esca potũsque spiritalis deerat, peccantibus non pepercit: ne nobis quidem (fiducia sacramentorum inflatis) pareet, siquidem *in Non percipiat* peccauerimus. Iam verò & circuncisionem & Pascha nobis cum Patribus eadem ratione communia esse, hæc dicta testantur: In Christo estis circuncisi circuncisione quæ fit sine manibus, dum corpus carnis peccato obnoxia exuistis percircuncisionem Christi Coloss. 2. 11. Itẽ, etenim Pascha nostrum pro nobis sacrificatum est, nempe Christus. 1. Corinth. 5. 7.

Verũ igitur est & quod ex illis consequitur, videlicet sacramẽta quidẽ Patrũ & nostra diuersa esse, ipsã verò rẽ & virtutẽ & substantiam eandem, id quod per calumpiosam imperitiam à Manichæis negari, iure quæritur Augustinus.

Falsum est ergo quod Vega asserit, spiritualement maducationem nihil aliud esse quam mentis eleuationem & figuratam manducationem Christi.

4. Realem verò manducationē constat ex utraque prioribus & vult corpus reale Christi ore corporeo comedi, per consequens in verum stomachū traici ( quod prorsus est Capernaïticum, & ad Berengarii palinodiam, seu concilij Romani confessionem accommodatum ) deinde mentem suo modo palci non Christi corpore, sed Christi memoria, fide & dilectione. Per consequens impij id est, canes & porci reale Christi corpus comedent. Pii vero aliquid amplius habebunt. pasceatur enim eorum mens, memoria, fide & dilectione. Habes, Lector cœnæ Iesuiticæ præclaram descriptionem Vegæ penicillo expressam, cui novos colores deinde Gregorius Valentianus addidit, vt fucum superstitionis faceret. Quod autem subdit peccatores indignè carnem Christi comedentes mortem æternā manducare, explicatione indiget. Qui carnem Christi edit habet vitam æternam, Ioan. 6. Impij non habent vitam æternam. Ergo Christi carnem non manducant. At (inquit Vega) sola reali manducatione, id est orali, carnem Christi comedunt. Cedo testimonium Parmeniani Iesuitæ. Pauli locum proferunt 1. Corinth. 11. quod indignè accedentes non discernunt corpus Domini, & rei fiunt mortis illius. Ergo corpus reale sumunt. Fallissimū est consequens. Non rei sunt quod receperunt corpus Domini, sed quod non diiudicarunt, idcircoque reiecerunt. Oralē autē manducationē cū realē appellat Vega. carnā Domini impiorū causa institutā esse asserit, naturā itaque vsū & finē vbi Dei tū sacramentorū impiè veris Christianis tollere conatur.

Quoniā vero tanta est Vegæ confidētia vt de Augustino, seu impiorum fautore gloriari ausus est, pauca quædā addere libet ex vetere illo Ecclesiæ Theologo, testimonia quæ Iesuiticā insaniam satis superque improbant, Hæc igitur Augustinu

Libro 21. de ciuitate Dei cap. 25. *Nō dicēdū est eū maducare corpus Christi, qui in corpore nō est Christi.*

De sacramentali pane, qui corpus dicitur, minimè loquutus est Augustinus: quū hūc panē impij edāt. Ergo de corpore reali, q̄ neque oraliter neque spiritualiter comedūt. Impij nō sūt in corpore Christi. Nemo igitur (nisi Iesuita) dicat eos manducare Christi corpus.

*Eod. lib. & cap.* Nec isti ergo (impij) dicēdi sunt māducare corpus Christi, quoniam nec in membris computandi sunt Christi. Vt enim alia taceam non possunt simul esse membra Christi & membra meretricis.

Nouam manducationem commenti sunt Papistæ, qua impij manducant & non manducant reale Christi corpus, quam si potest nobis ex orthodoxa antiquitate confirmare Vega, vicerit sanè. Ostendat igitur quosdam simul esse posse membra Christi & Satanæ. Aut designet nobis modos illos mirificos manducationis impiorum, de qua tantopere bonus Iudæ socius sollicitus apparet.

*Augustinus addit.* Denique Christus dicens, Qui māducet carnem meam & bibit sanguinē meum in me manet & ego in eo, ostendit quid sit non Sacramento tenus sed reuera corpus Christi māducare, & eius sanguinem bibere. Hoc est enim in Christo manere, vt in illo maneat & Christus. Sic enim hoc dixit, tanquam diceret, Qui non in me manet, & in quo ego non maneo, non se dicat aut existimet manducare corpus meum, aut bibere sanguinem meum. Non itaque manēt in Christo, qui non sunt membra eius. Non sunt autem membra Christi, qui se faciunt membra meretricis, nisi malum illud pœnitēdo esse destiterint, & ad hoc bonum reconciliatione redierint.

*Tract. 26. in Ioann.* Sacramentū de mēsa Dominica sumitur, quibusdā ad vitā, quibusdam ad exitium. Res verò ipsa cuius Sacramētum est, omni homini ad vitam, (obserua lector, aduersus Vegæ & Gregorij de Valentia præstigiosas distinctiones) nulli ad exitiū, quicūque eius particeps fuerit.

*Tract. 59. in Ioann.* Illi māducabāt panē Dominū, ille panē Domini contra Dominū: illi vitā, ille pœnam:

qui enim manducat (panem Domini, non panem Dominum) indignè, ait Apostolus, iudicium sibi manducat.

Sentent. Prosp. 339. *Escã vitæ accipit, & poculum vitæ bibit, qui in Christo manet, & cuius Christus habitator est. Nam qui discordat à Christo, nec corpus eius manducat, nec sanguinem bibit: etiam si tanta res Sacramentum ad iudicium sue presumptionis quotidie accipiat.*

Porro, quum de præsentia corporis Christi egimus, tum ex Augustino: tum ex aliis probauimus corpus illud nõ sub specie panis contineri sed in cælo manere, & spiritali modo sola fide percipi. Superfunt autem infinita eiusdem veteris Patris testimonia à Theologis orthodoxis nostro hoc seculo aduersus præsentiam illam carnalem & manducationem oralem prolata, quæ cum Vega expendere debuerit, decebat illum ea refellere aut legere, priusquã ad nouas & impias distinctiones confingendas transiliret.

Quum autem Augustinum sentiret sententiæ Papisticæ esse aduersarium, cum in suas partes variis artibus Vega pertrahere conatur, prolixa quadam garrulitate quæ ad hæc capita retulimus.

1. Quum Augustinus dicit, vt quid paras dentes & ventrem? crede & manducaſti: nõ de Eucharistia, sed de pane profano locutus est.

2. Patres spirituales manducationem extollunt: nec propterea realem, id est oralem tollunt.

3. Augustinus variis locis scripsit nos sanguinem Christi bibere, illum in nos intrare, in os Christiani Dominicum corpus prius quam exteri cibi intrate, Christum in Cœna se ipsum suis manibus portare. Nos fideli ore & corde suscipere, Iudam inter innocentes discipulos accepisse pretiũ nostrum, neminem Christi carnem manducare quin prius eam adorauerit, impiose eam manducare & adorare.

4. Augustinum, & si nomine corporis, Ecclesiam aliquoties intelligat, realem corporis Christi manducationem in Eucharistia nihilominus asserere.

Ad pri-

Ad primum respondeo, Augustini locum, quem Vega profert ex 25. tract. in Ioann. aduersus Vegam testimonium dicere. Ita enim Augustinus, Iesus dixit eis, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. Hoc est ergo manducare cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Vt quid paras dentes & ventrem? Crede & manducasti. Et tract. 26. Credere in Christum, hoc est manducare panem viuum. Qui credit in eum, manducat, inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur. Vides, lector. & deprehendis Vegam in manifesto mendacio: & tamen audet, candidus ille Iudæ socius ac impiorum patronus, orthodoxis Theologis post Gratianum Augustini testimonia proferentibus, impudentiæ crimen impingere.

Ad secundum, dicimus Patres nullam oralem re. alis corporis Christi manducationem Ecclesiæ Dei proposuisse: modo verò Christianum populum diligenter admonuisse vt sursum corda haberent ad Dominum. Spiritualem autè manducationem, ad est realem carnis Christi virtute Spiritus S. & fide perceptionem semper inculcasse. modò figuratis & Sacramentalibus locutionibus, modo hyperbolis quibusdam vtetes, quæ ad analogiam fidei & Sacramentorum naturam relatæ, optimè conueniunt, meo quidem iudicio, & ad fidei nostræ confirmacionem quamplurimum conducunt.

Ad tertium, Augustini dicta omnia ad corpus Sacramentale referenda esse asserimus: alioquin absurda & impia, perpetuæque Augustini de Eucharistia sententiæ contraria essent. Quod cum in sectione de presentia perspicuè sit explicatum, hic reperere haud necessarium esse cuximus.

Ad postremum, nullus reperietur Orthodoxus Theologus inter eos, quos Sacramentoperda Viloensis Sacramentarios appellat, qui sic argumentetur: Augustinus per corpus Christi societatem beatorum & corpus mysticum intellexit. Ergo Christus in Cœna dedit edendum corpus illud mysticum nõ reale. Iesuica seu impudentissima est hæc calumnia, quæ nulla responsione indiget, vt quæ sit à confessionibus & catechismis editis Christianarum Ecclesiarum nomine milles refutata.

Gregorius de Valentia libro 1. de Eucharistia, cap. 5. Nonnulla profert, quæ etiam si antea refutauerim in explicatione as-

ferentium Viconensium, tamen quum iste putet se aliquem esse, & andabata nouus in omnes incurrat, quid in Papisticę opinionis tuendę gratiam proferat videamus. Hęc autem ille.

*Patres non modo simpliciter asserunt personam existentem in Eucharistia esse verum Deum & hominem: sed, quod amplius est, hac etiam assertione tanquã firmissimo & notissimo fundamento sepe vsi sunt ad refellendos varios hereticorum errores.*

Esto. Ludit tamen Gregorius in vocula *existentem*: & fallaciam aliam occultat, quum Eucharistię meminit. Inclusionem enim Christi *hęc dicitur* sub panis specie nusquam in Patrum scriptis reperiet. Quom autem ita arguit, Christus est in Eucharistia: ergo Christi corpus latet sub specie panis Sacramentalis: & Christi caro in Sacra Cœna percipitur: ergo ore corporeo caro Christi *hęc dicitur* sub panis specie existens percipitur: Iesuitam, id est impudentissimum Sophistam agit.

*Nam Irenęus inde probat contra Valentinianos (lib. 4. cap. 34.) Christum esse Filium Dei Patris fabricatoris mundi, quoniam fateri eos necesse sit, Eucharistiam esse carnem Filii Dei. Ibidem etiam contra eosdem probat futuram nostrę carnis resurrectionem: quoniam corpore, inquit, & sanguine Domini alitur. Item ex eodem fundamento probat contra Gnosticos, Christum venisse in vera carne: (lib. 5. cap. 2.) Quoniam alioqui neque calix, inquit, Eucharistia, communicatio sanguinis eius esset, neque panis quem frangimus communicatio corporis eius. Sanguis enim non est nisi à venis & carnibus, & à reliqua, quę est secundum hominem substantia. Et infra, inde etiam probat futuram resurrectionem: Quomodo negant, inquit, carnem capace[m] esse donationis Dei, quę est vita eterna, quę sanguine & corpore Christi nutritur, id est, (subdit Gregorius*

*rius) quæ carnem Christi re ipsa percipit.*

Ex Irenæi locis colligit Gregorius, non fide tantum & spiritualiter, sed etiam ore corporeo carnem Christi & sanguinem sumi. Respondet autem orthodoxi Theologi ab Irenæo priore loco non principaliter, aut ex professo agi de Eucharistiæ negotio, sed propter aliud & per alterius argumenti occasionem. Erat enim ei propositum, argumento à pane & vino Eucharistiæ sumpto, aduersus hæreticos probare, carnem nostram resurrectionis & vitæ æternæ capacem esse. Oportet igitur ex hoc propositæ disputationis fine & scopo, atque prout argumenti huius vis & ratio postulat, ea quæ ab Irenæo dicuntur intelligi. Quod itaque carnem nostram vitæ æternæ capacem esse probat, ex eo, quia carne & sanguine Christi nutritur: si de nutritione illa naturali intelligatur, quia substantiali quadam conuersione alimenti in carnis nostræ naturam alitur, augetur, constat, & sustentatur ipsa caro, ut quidem sensisse videtur Irenæus, quis non animaduertit hæc de vero & proprio Christi corpore & sanguine, nulla profus argumenti probabilitate, potuisse ab Irenæo proferrî? Non enim iste cibus carnis Christi, ut dicit Augustinus, in manducantem transmutatur, sed ipse eum qui manducat in se transmutat. Neque hoc planè nouum & inauditum in Ecclesia paradoxon concessuri erant hæretici, contra quos tamen ex magis notis & confessis disputare soliti sunt Patres. Quapropter de pane & vino Eucharistiæ, quæ suo quodam modo corpus & Sanguis Christi sunt, sensisse Irenæum, nemo est qui facile non intelligat. Id enim sequentia eius verba clarè ostendunt. Dispositio

» (inquit) quæ est secundum hominem, quæ ex carne, neruis &

» ossibus constat (id est corpus) de calice qui est (Sacramentali-

» ter) sanguis nutritur, & de pane qui est (Sacramentaliter) corpus, augetur. Satis autem ex eo probatur carnem nostram resurrectionis & vitæ non esse incapacem, quod in Dominica Cœna & instituto Christi vescitur pane & vino Eucharistiæ, quæ corporis & sanguinis sui appellatione honorauit. Cum enim hæc in carnis nostræ alimentum transeant, non sunt tãquam vulgare quoddam communis cibi & potus, sed velut cœleste immortalitatis alimentum, consideranda & æstimanda: ut pote, quod mystica & sacramentali analogia & signifi-

P. ii.



catione sua pignus & testimonium, seu arrha sit, fructum redemptionis per corpus & sanguinem Christi ad carnem nostram pertinere, ut sicut anima veri corporis & sanguinis Christi communicatione ad vitam æternam pascitur: caro autem mystico & Sacramentali: sic inde totus homo ad immortalitatem & vitam æternam redemptus intelligatur. Hinc apud Patres panis sacramentalis, cælestis panis, sanctissimum alimentum, immortalitatis semen & alimonia: & à Nicæna Synodo nostræ resurrectionis symbolum vocatur. Est itaque huius argumenti, quo in confirmanda carnis nostræ ad vitam resurrectione ab Eucharistia usus fuit Irenæus, hæc sententia: In oblatione Eucharistiæ prædicatur communicatio & vnitas carnis & Spiritus cum Christo: quia non communis panis, sed vocatione & verbum Dei percipiens Eucharistia est. Quemadmodum ergo hæc Eucharistia duabus rebus constat, terrena videlicet & cælesti: ita quoque non tantum Spiritus noster, ut Valentinus & Martion voluerunt, sed & corpora nostra Eucharistiam percipientia, qua aluntur & nutriuntur, iam perpetuo non erunt futura corruptibilia, sed vna cum Spiritu & anima spem resurrectionis habent. Eoque modo in vera ratione elenchi, consonans Irenæi sententia Eucharistiæ est, & Eucharistia vicissim ipsius sententiam confirmat. Alioqui si in applicando & obsignando in credentibus hoc nostræ redemptionis beneficio & opere (cuius ob causam Cæna Dominica est instituta) nullus sit carnis, quasi huius doni incapax, nullus habendus respectus, frustra videri posset Christus corporalem symbolorum panis & vini, quæ in mysterio corpus & sanguis ipsius in mortem pro nobis & redemptionis nostræ pretium tradita sunt, sumptione instituere, eaque corpus & sanguinem suum vocare voluisse. Quin potius sicut à fructu, ita quoque à mysterio redemptionis, quod in Cæna agitur, carnem fuisset exclusurus. Quoniam verò carnem redemptionis mysterio, ut cibo & potu, quo nutriatur, dignatus est Christus: rectè hinc contra hæreticos infert Irenæus, etiam fructus redemptionis, adeoque vitæ æternæ, carnem non esse incapax, sed spem resurrectionis, cuius symbolum pignus & arrham accepit, habere.

Ad alterum Irenæi locum ex lib. 5. cap. 2. respondent orthodoxi Theologi voluisse Irenæum veritatem ceremoniarum  
& af

& assumptæ carnis in Christo à redemptionis & Eucharistiæ mysterio probare: ac si diceret, Si veram carnem, qualis est nostra non habuit, nec assumpsit Christus: ergo nec in nostræ carnis redemptæ Sacramentum instituta esset vera carnis ipsius in Eucharistia communicatio. Quod si alia & diuersa est ratio veritatis carnis Christi in communionem Eucharistiæ, quam qualis per incarnationis œconomiam est assumpta, non valeret istud Irenæi argumentum, à communicatione carnis Christi in Eucharistia, ad veritatem ipsius in incarnationis œconomia. Proinde ex hac argumēti, ratione istam carnis Christi veritatem talem intelligi, suæque notione animo concipi oportet, qualem per assumptionis œconomiam, seu dispositionem, nobiscum, ut membris suis communem habet Christus. Eadem est ergo, quod ad substantiam eiusque naturales proprietates attinet, carnis & sanguinis veritas, in capite & membris, quæ ab incarnationis & Eucharistiæ mysterio, & ab ea quæ in utroque isto mysterio nobiscum est carnis Christi communicatione probatur. Alioquin enim si ad communicationem corporis Christi in Eucharistia necessaria est corporalis præsentia sub specie panis, & propter illam præsentiam naturalium ipsius proprietatum mutatio, quomodo ab eiusmodi corporis communicatione constare & valere argumentum posset, ad probandam corporis Christi veritatem, in assumptis nostræ naturæ proprietatibus, aduersus Martionis & Valentini phantasiam? Refutatur itaque hac perspicua Irenæi sententia ( quæ nullam de orali manducatione voculam significationemve continet ) papisticus error de reali existentia invisibilis corporis in pane, eiusque orali manducatione. Cuius enim corporis veritas in assumptis nostræ naturæ proprietatibus, contra Martionem & Valentinum, ab incarnationis & Eucharistiæ mysterio non probatur: tale etiam corpus non est panis Eucharistiæ, nec vlla ipsius in hoc pane fieri communicatio potest.

Re ipsa igitur carnem Christi percipimus in Eucharistia, realem quidem fide spiritualiter, Sacramentalem ore corporeo. Et hæc quidem, quo ad Irenæi testimonia dicta sunt. Pergamus ad alia Gregorij allegata. Sic igitur ille.

*Præterea D. Hilarius, lib. 8. De Trinitate, probat*

veritatem corporis & sanguinis Christi, ex eo quod vera caro & verus eius sanguis sit in hoc Sacramento. Item probat ibi Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, non tantum unitate voluntatis, sed etiam unitate reali & naturali unum esse, sicut nos cum Filio efficitur unum, reali & naturali coniunctione corporum in hoc Sacramento.

Pag. 103. 104. 105. 106. huius operis Hilarij locus à Vegæ cavillationibus vindicatus est, & prolixè explicatus. Ad Gregorium itaque reuertor.

Diuus etiam Cyrillus (inquit) lib. 10. in Ioann. cap. 13. ex eadem veritate confirmat contra Arianos, Christum non modo secundum diuinitatem, sed etiam secundum humanitatem, influere in nos, tanquam vitem in palmites, vitam gratiæ, quia nimirum eius corpus & sanguis ad vitam spiritualem in Eucharistia sumitur.

Cyrilli consilium antea ostendimus, pag. 38. 39. 40. 41, quibus addo, statum causæ vnde Cyrilli verba intelligenda sunt à Gregorio nō expendi. Præterea, inhabitatio illa Christi, qua communicatione carnis suæ in nobis secundum corpus esse dicitur, per eum modum intelligenda est, qui congruit ad rationem vitis & palmitem, capitis & membrorum: & quæ mystica benedictione fiat, non potest nisi piorum & fidelium esse propria. Neque enim ex Cyrilli sententia, Christus communicatione carnis suæ per mysticæ benedictionis virtutem corporaliter in aliis habitare dicitur, quàm quorum spiritualiter & corporaliter est vitis, & ipsi palmites, qui vitam inde acquirunt, & dicente Paulo, Vnum in Christo corpus sunt. Est itaque quo ad ipsum inhabitationis modum spiritualis. Ut enim per vnum spiritum omnes in vnum corpus baptizati, atque per hoc corpus & membra Christi sumus: eodem modo communicatione carnis ipsius, quæ fit spiritu, naturalis vitæ corpori eius coniungimur. Sic de nostri in Christo reformatione alibi idem Cyrillus scribit his verbis: Reformamur quodammodo

modo ad imaginē diuinam, nō quidem corporalem sustinentes reformationem: hoc enim stultum esset putare: sed per hoc quod participes sumus sancti Spiritus, etiam Christum in nobis recipimus. quotquot enim in Christum baptizati estis, Christum induistis.

Quum autē Gregorius alio scripto explicuerit, qualis sit hæc communicatio carnis, per quam Christus in nobis corporaliter habitare dicitur: deinde, quid sit, mysticæ benedictionis virtute in nobis fieri, in percipienda hæc carnis Christi communicatione: denique, quomodo hinc Christus humanitate carnis suæ vitis nostra sit & nos palmites, ad efficiendam vnitatem corporis & membrorum cum ipso, & hauendum ex eo spiritualis vitæ motum & sensum: prolixius responsum accipiet. Interim hoc habeat, mysticæ benedictionis virtutem non in pane fieri, sed totam hæc mysterij virtutem (vt idem Cyrillus ait) vera cognitione Christi parturiri, nec per carnis suæ communicationem Christum esse in pane, sed in nobis, hoc est fidelibus, quò secundum carnem hoc modo vitis nostra sit, & nos palmites. Porro ad manducationem oralem Gregorius locum Cyrilli applicans, impios esse vitis cælestis palmites non sine horrenda blasphemia asserit. Addit autem ille.

*Patres sæpe notant, propter hanc coniunctionē realem & naturalem corporis nostri & corporis Christi, effici nos quasi vnum corpus cum Christo, ad modum quo dicuntur coniuges propter corporalem coniunctionem esse vna caro. Atque hanc vniōem & quasi admixtionem realem & corporalem cum Christo diligenter ideo distinguunt à coniunctione & vniōe spirituali cum eodem per gratiam.*

Non quasi sed planè Sophistam agit Gregorius. Quid enim hæc sibi volunt, nos effici quasi vnum corpus? & admixtio illa quasi realis & corporalis? nisi vt imperitis illudat? Efficiuntur Christiani vnum corpus cum Christo, non quasi vnum corpus. Vniuntur verè & admiscuntur cum Christo, nō quasi. Sed quomodo sint illud corpus, & quomodo membra cum capite vniantur, Gregorius manducationis oralis patro-

nus, non probat. Testimonia autem quæ ex Ireneo, Cyrillo, Tertulliano & aliis profert errorem Papisticum nullo modo iuuant. Quod ad Irenæum attinet, eius sententiam paulò antè expendimus. Sequitur Nyssenus à Iesuita citatus, sed mala fide, id est, mutatus & deprauatus. Quemadmodum parū fermenti, teste Apostolo, totam massam sibi similem reddit, sic corpus illud viuificum in corpus nostrum ingrediens, totum in se transfert & commutat, sibi que simile & immortale (futurum suo tempore, quæ addidit Iesuita, vim Nysseni verbis faciens) reddit. Necessarium enim est, quo ad fieri potest, vt natura nostra vim salutarem intra corpus admittat.

Nyssenus postquam renati hominis structuram ex corpore & anima coagmentatam esse, atque vtroque illo quidè saluandos aditum ad vitam apprehendere necessario oportere dixit: animam per fidem, vitam vnitam, vitam communionem habere, corpus verò etiam aliò in consociationem cum Salvatore transire subiungit: cuius deinde hanc addit explicationem.

» Quemadmodum qui per insidias venenum hauerunt,  
 » aliò medicamento vim illius mortiferam restinguunt (o-  
 » portet autem sicut venenum, sic quoque remedium homi-  
 » nis viscera penetrare, vt per illa in totum corpus virtus me-  
 » dicatrix diffundatur) ita nos etiam, qui venenum, quo natu-  
 » ra nostra infecta & corrupta est, degustauimus, vicissim ne-  
 » cessario indigemus remedio, quod corruptioni huic seu in-  
 » fectioni medeatur, inràque nos assumptum, damonū illud,  
 » quod corpori venenū prius intulit contraria operatione sua  
 » depellat. At quale hoc potest esse remedium? Nullum cer-  
 » tē, nisi corpus illud, quod morte potentius esse declaratum  
 » est & vitam nobis restituit atque reparauit. Nam, sicut Apo-  
 » stolus ait, modicum fermentum totam sibi massam consi-  
 » milem reddit. Sic & illud corpus, quod à Deo factum est  
 » immortale in nostrum corpus ingressum, totum hoc in se  
 » transmutat atque alterat. Nam vt venenum lethiferum sa-  
 » lutari medicinæ commixtum, totam mixturam corrup-  
 » tit: ita immortale corpus, eum, qui illud percipit in suam  
 » naturam omnino transmutat. Non potest autem eliter quic-  
 » quam in corpus nostrum peruenire, nisi per cibum & po-  
 » tum visceribus inseratur. Necessè est itaque, vt natura  
 » nostra,

» nostra, quoad eius fieri potest, viuificam illam virtutem in-  
 » tra corpus admittat.

Hæc Nyssenus de iis, quos animâ per fidem vnitos, etiam quo modo corpore in consociationem cum Christo per mysteria coniungantur, ostendere conatur: quæ si de substantiali symbolorû panis & vini in assumptum corpus & sanguinem Christi facta mutatione scisset, prorsus esse Capernaitica intelligere potuisset. At longè se aliter res habet. Voluit enim primò ostendere, corpus Christi esse verum & salutare illud antidotum, quo nostrum corpus à corruptione peccati ad vitam reformatur. Deinde, sicut remedium, vt veneno resistat, intra corpus assumi oportet: ita quoque immortale illud corpus intra nos recipi, nostròque corpori coniungi oportere. Quò pertinet duplex illud adductum simile de fermento & veneno, salutaris medicinæ admixto. Cui cõsentanea sunt, quæ in eandem ferè sententiâ Cyrillus (à Iesuita in medium productus) scribit, Si quis ceræ liquefactæ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commisceat: Sic necesse est, vt si quis carnem & sanguinem Domini recipit, cum Christo ita coniungatur, vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur. *Item*: Sicut parum, vt Paulus ait, fermenti totam massam fermentat, sic paruula benedictio totum hominem in seipsam attrahit, & sua gratia replet: & hoc modo Christus in nobis manet & nos in Christo. Quibus docet Cyrillus Christum in nobis per carnem esse, non substantiali ipsius in nobis existentia (alioqui & corpora nostra, & impiorû corpora in reale Christi corpus existerent & manerent) sed mysticæ benedictionis gratia. Porro quod hoc corpus Christi, & salutare illud antidotum, cuius immortalitate ad vitam à corruptione reparamur, intra nos assumi, & per cibum & potum in viscera nostra penetrare dicit Nyssenus, mystico sensu, & non de Capernaitica comestione, qua corporis Christi substantia, sicut venenum, quod haustum est, visceribus nostris inferatur (quod ne Iesuitæ alique Papatus patroni quidem concesserint) intelligi voluit. Sic igitur sentit, immortale Christi corpus in nostrum corpus ingredi, & intra viscera nostra recipi, quia panis Eucharistiæ, qui Sacramentali modo in corpus Christi transmutatur, intra nos assumitur, & substantiæ nostræ permisceatur.

Falissimum verò est, quod Iesuita subijcit, Ex hac corporali nostra vnione cum Christo, Patres docere quasi effectum quendam consequi (nisi impuritas conscientiae obstet) illam alteram nostri vnionem cum eodem Christo secundum gratiam, quia scilicet carnem Christi Dei & hominis viuificatorem sumamus, quæ sit instrumentum diuinitatis in efficienda gratia.

Cyrilli, & Tertulliani lib. de resurrect. carnis testimonia profert vt mendacium illud prober. Quandoquidem verò testimonia hæc iam antè sunt explicata, ad alia accedo. Quum enim Iesuita videret quæcunque protulit de manducatione orali absurda & impia dogmata inuehere, tandem proiecto pudore, Patribus tribuit quod sequitur.

*Affirmant (inquit) corpus ipsum & sanguinem etiam (reale & Sacramentale corpus imperitè vel potius astutè confundens) etiam a malis & indignis (iterum astutè omisit, impiis, id est canibus, porcis, Iudæ, & Iudæ sociis, qui idem corpus quod Petrus sumpsit percipiunt) ore sumi sacrilego: eam que adeò oralem tantum sumptionem distinguunt à sumptione spiritali & fructuosa, quam simul ab omnibus requirunt.*

Addit Augustini, Chrysostomi, Origenis, Theodoretæ & aliorum sententias, quibus confirmatur indignos accipere corpus & sanguinem Christi: quod fatemur de symbolis Sacris, quæ rerum nomina accipiunt, vt millies iam dictum est: De reali corpore & sanguine, fide sola apprehensis, negamus. Quoniam verò sub vnico Apostoli dicto, perperam intellecto, papisticæ blasphemix de impiorum manducatione (quas à Patribus se didicisse mentiuntur) latent, illius dicti vim ex orthodoxo antiquitatis consensu expendere liber. Sic ergo Iesuitæ argumentantur: Qui manducant indignè in mensa Domini, iudicium sibi manducant & rei fiunt corporis Christi. Impij indignè manducant. Ergo corpus Christi, cuius rei fiunt, verè manducant.

Vt huius argumenti ratio & consequentia valeret, hanc ei maio-

maiolem præponi, seu confirmationem addi oporteret: Indignè manducans panem Domini, non potest iudiciū sibi manducare, nec reus corporis Christi fieri, nisi etiam sub specie panis corporaliter præsens manducet corpus Christi.

Verūm, hæc propositio cum euidenter sit falsa, & Scripturæ autoritate destituatur, falsa quoque est istius argumenti consequentia. Duo quidem affirmat Paulus, primò, indignos etiam panem Domini manducare, hoc est, Sacramentorum communionē (vt ait Augustinus) habere. Secundò, quoniam in instituta hac panis Domini māducatione, mortis ipsius annuntiatio est, ideo indignè hunc panem, quasi alium quemuis communem cibum, manducantes, iudicium sibi manducare, & corporis Christi reos fieri. Quoniam enim symbola sacra sunt corporis Christi in mortem pro nobis traditi *συνέβουα*, (seu *ὑπομνήματα* mortis Christi, vt ait Basilus) qui hæc ita non percipiunt, corpus Domini non dijudicant. Tertium autem, quod eam præcipuè ob causam rei fiant, quia videlicet ipsum quoque sub panis specie Christi corpus latens & inuisibile, verè, hoc est corporaliter & ore, sed indignè accipiant & māducant: illud verò neque Paulus docet, neque causa afferri potest cur concedendum sit. Denique nec olim hoc ita in veteri Ecclesia intellectum & creditum fuisse testimonio esse possunt Patres, quorum dicta quædam ex Gratiano protulimus. Verba Pauli autem quam Iesuita expendere noluerit, haud miror eum perceptionem signorum & rerum significatarum confudisse, impulsque tribuisse quod solis Christianis datur, videlicet vt Christi fiant *κοινωνοὶ καὶ σὺνσώματοι*, hoc est, comparticipes & cōcorpores.

Est autem Orthodoxæ Antiquitatis (cuius fidelis interpres D. Augustinus, instar omnium, mihi est) firma & constans de  
 » Dominicæ Coenæ negotio sententia: Quod sicut aliter cor-  
 » pus Christi in Sacramento, & suo modo, aliter autem  
 » re vera esse & dici intelligit: sic etiam aliud visibiliter, ore,  
 » & foris in Sacramento, aliud verò spiritualiter, intus, & in  
 » veritate accipi tradit. Eos itaque qui in Christo non manēt,  
 » nec in quibus manet Christus, spiritualiter & in veritate car-  
 » nem ipsius non manducate, nec sanguinem bibere: sed visi-  
 » biliter & carnaliter Sacramentum corporis & sanguinis ore  
 » tantum & dentibus premere. Sic alios esse qui percipiunt  
 » tantum visibilem Sacramenti cibum: alios qui etiam virtu-



» rem Sacramenti. De his qui visibile Sacramentum tantum-  
 » modo percipiunt, ait Augustinus, tract. 26. in Ioann. Et nos  
 » hodie visibilem cibum accepimus, sed aliud est Sacramen-  
 » tum, aliud virtus Sacramenti. De his autem qui virtutem  
 » Sacramenti etiam percipiunt, ait, Qui manducat intus, non  
 » foris: qui manducat in corde, non qui premit dente. Et  
 » quemadmodum illud, quod est suo modo, opponit ei quod  
 » est reuera corpus Christi: cum inquit, Cælestis Eucharistiæ  
 » panis suo modo est corpus Christi, cum reuera sit Sacramen-  
 » tum corporis, sicut Baptismus, Sacramentum fidei, fides est:  
 » ita etiam Sacramento tenus & reuera carnem Christi mandu-  
 » care discernit. Omnino enim quod in vsu & communionem  
 » Sacramenti accipitur, aut foris & dente manducatur, aut intus  
 » & in corde.

Ac proinde ex his liquido constat, Antiquitati Orthodoxæ  
 » ignotum fuisse tertium illud manducationis in Cœna genus  
 » recenter à Papistis inuentum, quo vera Christi caro, quasi rea-  
 » liter sub specie panis existens, neque spiritualiter ad mansio-  
 » nem Christi in nobis efficiendam accipitur, neque visibiliter  
 » & carnaliter ore & dentibus prematur, sed tamen superna-  
 » turaliter & inuisibiliter sub specie panis externa oris percep-  
 » tione deglutitur. Quo nugatorio commento hæc verba,  
 » *Hoc est corpus meum*, propriè quidem & iuxta τοῦ σώματος: Sed illa,  
 » *Accipite & manducate*: item, *Bibite ex hoc omnes*, alio modo,  
 » hoc est, propriè de panis & vini specie, alio item modo & im-  
 » propriè, & tamen corporaliter, de ipso corpore & sanguine  
 » Christi intelligenda esse pertinaciter contendunt. Et tamen  
 » corpus, quod ita manducari fingitur, neque corporeum quic-  
 » quam in carne & ossibus habere, neque in os & ventrem in-  
 » gredi, nec dentibus premi, aut faucibus excipi & deglutiri,  
 » conceditur.

Absurda ista omnia quum Gregorius Valentianus præsen-  
 » tiret, & tamen tegere vellet, tandem, vt Capernaiticum dog-  
 » ma de orali carnis māducatione stabiliat, in hæc verba erūpit.

Illud etiam obseruatione dignissimū est, quod  
 » asseuerāt Patres, Christum ipsum in vltima Cœ-  
 » na comedisse in hoc Sacramento (*in hac Sacra-  
 » menti voce latent paralogismi Iesuitici*) suummet  
 » corpus, & bibisse propriū sanguinem. Quod certè  
 » intel-

intelligi non potest secundum gratiæ participationem Calvinianam. (*Quid dicat Gregorius, aut quid dicant Orthodoxi Theologi, quos vocat Calvinianos, omnino nescit.*) Nam neque gratiæ aliquid Christo post momentum incarnationis de nouo accessit, & inauditum est (*andabatissimū Iesuiticus*) quod caro ipsa & sanguis Christi fuerit causa instrumentalis & effectiua alicuius gratiæ, quæ vnquam animæ Christi daretur. Oportet igitur de orali sumptione intelligere quod Patres dicunt, Christum sumpsisse suum corpus. Ita expressè Chrysostomus, *Ne turbarentur, inquit, Apostoli, primus ipse suum sanguinem bibit.* Item, Hieronymus: *Ipse, inquit, conuiuia & cōuiuia, ipse comedens & qui comeditur.*

Quum Gregorius se Theologum profiteatur, satis mirari nequeo eum dicta Patrum nunquam distinguere velle: nā ad eam insaniam demum adigitur, vt de reali Christi corpore intelligat quod Chrysostomus & alij dicunt, Christi corpus in hoc Sacramēto, videri, tangi, intra nos sumi, dentes carni eius infigi, linguā sanguine cruentari, iacere corpus Domini in arca, contrectari manibus, concludi visceribus, &c.

Ista autem Augustinus distinxit, innumeris locis, Sacramentum corporis videlicet, solum in Sacramento corpus, & caro in Sacramēto. Vnde sic ait, Sacramentū corporis & sanguinis Christi accipere, & malus esse potes: corpus autem Christi re vera māducare dicēdus nō est, qui in corpore non est Christi.

Cæterum quia sacra symbola etiā ipsarū rerū nominibus, quarū sunt Symbola, ad eoque panis Eucharistiæ suo modo est & vocatur Christi corpus, quia videlicet tā magnæ rei est Sacramentū: & vt apud Theodoretū Orthodoxus ait, Symbola mystica earū rerū nomina suscipiunt, quarū symbola sunt: *Item: Christus in mysteriorum institutione panē corpus suū appellauit, & tymbolo corporis nomen dedit: Duplex est inde Augustino & Patribus, corpus Christi Sacramentale & reale. Sacramētale corpus nihil aliud est quàm ipsum veri corpo-*

ris sacramentum, eo loquendi modo, quo symbolū rei significata nomine appellatur. Quoniam enim ex Orthodoxa de mysteriis doctrina, in ipsorum actione & cōsecratione ipsa symbola mystica corporis & sanguinis nomē & appellationē suscipiunt: & Symbolū rei, nomine ipsius rei vocatur: necessariū & cōsequens est omnino aliud esse corpus reipsa & per naturā: aliud, quod propter spirituale mysterij virtutē nomine ipsius corporis vocatur. Hoc corpus Christi quotidie creari, benedici, cōsumi, frangi, diuidi, ipsi dētes insigi, in terrā cadere, in arca iacere, cōtractari manibus, visceribus concludi, &c. passim dicitur & legitur apud Patres. Sed hæc nō respectu cuiusdā inuisibilis existentiae corporis sub specie panis, sed de illō ipso, quod sic corpus esse dicūt, id est de sacramentali pane volunt intelligi. Alioqui nō ipsum Sacramentū corporis Christi secundum quendam modum esset Christi corpus, sed illud quod in Sacramento realiter existeret, reuera & propriè corpus Christi dicendum foret.

Quæ autem ex Chrysofomo & Hieronymo protulit Iesuita, cum sensum recipiunt quem Augustini locus in Psal. 33. » Serm. 1. & 2. Ferebatur Christus in manibus suis. Quomodo » ferebatur in manibus suis? Quia cū commendaret ipsum » corpus suum & sanguinem, accepit in manus suas quod nō » runt fideles, & ipse se portabat QVOD AM MODO (quodammodo, id est Sacramentali modo, sanguinem suum, seu vinum quod sanguis est Sacramentaliter videbat: quodammodo se ipsum, i. panē mysticū nomine Christi decoratū, comedebat) cū diceret. *Hoc est corpus meum.*

Superiora, ex Antiquitatis orthodoxo consensu, quāta breuitate à me fieri potuit, collecta, Iesuiticis paradoxis opponere visum est. Gregorium verò Valentianum, nouum Imaclitā, peculiari scripto aliis Theologiae candidatis coercendum relinquere præstat, quān repetitis verbis detinere lectorem.

De communionē sub vtraque specie, de reservatione, de sacrificio item & missæ Papisticæ erroribus, quum ex canonibus Gratiani cum Iesuiticæ sectæ magistris conferre instituissem, & posterior hæc pars integra à Typographo ante proximum mercatum absolui non posset, reliqua in aliud tēpus (si Deus voluerit) absolūenda reieci.

F I N I S.

*Errata præcipua in Io. Serrani responsionis parte  
posteriore emendanda.*

Pag. 2. lin. 16. Tirroniis. lege Turnoniis. p. 4 l. 17. nationes l. no-  
 tiones 5. 7. *ἰσχυροὺς* l. *ἰσχυράς*. 7. 4. quod l. quam. 8. 18. cir-  
 cumueniri possit l. circumuenire possis. 11. 31. Te tu ipsum l. Tu  
 teipsum. 12. 20. D. l. Dei. & 34. ædificatio l. ædificio. 13. 11. sollicitudo  
 Scripturam l. sollicitudo! Scripturam. 17. 23. antecedebat l. antecede-  
 dat. & 24. Aristotelis l. Aristoteli. 18. 2. Qui l. Qui & 4. metiatur:  
 l. metiatur? 19. 10. adhuc l. ad has. 20. 7. Tum l. Tuum. & 13. ost. no-  
 tum l. est notum. & 27. veritati. l. veritati? 22. 22. iuculenta l. lutu-  
 lenta. 25. 36. tributam l. tributum. 26. 18. Domini? l. Domini. & 26.  
 Nam l. Num 28. 5. sacram depositam l. sacrum depositum 37. 2. Qui  
 l. Qui. 41. 19. acceptum l. acceptam. 42. 17. Danielis l. Daudis. 43.  
 17. Aureum l. Auream. & 17. tria l. trita. græca item ead. pag. emēda  
 & distingue. & 23. excellit l. excellitis. & 25. eggglomeratis l. agglo-  
 meratis. 44. 3. disputata l. disparata. & 23. confluus l. cōflans. & 29.  
 idiotissimo l. idiotismo. 46. 10. quā l. quum. & 23. quæ l. meæ. 48. 35.  
 eum l. eam. 50. 5. auersaris l. auersatur & 19. Analogiam l. Analoga-  
 gia. & 36. perfectissimè contineri l. perfectissimè contineri. 55. 15  
 Christo l. in Christo 57. 16. institutæ huc satis l. instituto, plus satis  
 59. 19. Heralij l. Heraclij 61. 36. huc l. hunc. 62. 30. autoritate, de qua  
 iustitia l. autoritate, de qua instituta 63. 17. de re veritatis l. de  
 rei veritate 65. 6. commune l. communio 66. 2. pannosa l. pannosa  
 67. 11. Pontificiis l. Pontificis 68. 10. *ἰσχυροὺς* l. *ἰσχυράς* 74. 6.  
 expugnandis l. expugnandus & 12. imitatur l. innitatur 75. 10. Mu-  
 tatus l. Mutuatus & 18. sic l. sis 76. 20. Ecclesiæ l. Ecclesia 77. 25. cō-  
 cludere l. concludere 78. 24. genus l. genu. 79. 5. Dei l. Deo 80. 8.  
 persuaderis l. persuadearis 81. 33. raucim l. rauim 85. 24. iudicio l.  
 indicio 90. 13. Nam l. Num 94. 3. afflatu l. affatur 96. 2. retinueritis  
 l. retinueritis. & 22. generalis l. generales 97. 83. esse l. sunt & 29. ex-  
 ritisse l. excitasse 98. 2. orthodoxa suos l. orthodoxa: suos. & 3. pistrin-  
 nam l. pistrinum 99. 6. Si l. Sic & 13. Petre l. Petri & 17. incubentē  
 l. incubentem 102. 13. Buzæi l. Buzæi 103. 14. moderatione l. modera-  
 tionem vt si qui 108. 10. iure l. in re 114. 16. præsentat l. præsentat  
 116. 25. Sic l. Si 117. 4. qui l. qui & 24. in more l. More 118. 22. imus l.  
 viuis 119. 7. Non l. nunc & 18. notasse l. notasse 121. 21. iudicat l. iu-  
 dicat 129. 28. summa l. summam 131. 12. *ἰσχυροὺς* l. *ἰσχυράς*  
 139. 7. reprehendo l. reprehendendo & 18. incognitas l. incogni-  
 tas 142. 15. immensum l. immensam 143. 12. habuerant l. ha-  
 buerunt 144. 11. ito l. ita 148. 1. confundunt l. confundit & 30.  
 eum l. eam & 35. initatur l. innitatur & 36. innitentem l. inni-  
 tētem 149. 20. non l. rem 150. 8. quum l. cum 153. 21. neque possū-  
 mus vna l. neque possit non vna & 22. loqueris l. loquetis 156.  
 12. impendat l. impendit 157. 5. dispensatum l. dispensatā & 7. *ἰσχυ-*


208. 10. l. 208. 10. & 27. 208. 10. 208. 10. 158. 6. 208. 10. 1.  
 208. 10. & 24. essentiam l. esse enim & 25. coniugio l. in coniugio  
 & 31. Augustus l. Augustus 159. 10. 208. 10. 160. 33. matrimo-  
 nio l. matrimonium 162. 7. se l. te 163. 32. angustiori l. angustiori  
 195. 9. persequantur l. persequantur & 11. adolendum l. dolendum  
 169. 18. decretabo l. decertabo & 22. agnoscas l. agnoscis 170. 16. elab-  
 boraret l. elaborer 173. 21. caecutionem l. caecutionem 1. 9. 23. Vi-  
 deatur l. videar 187. 6. Hac l. Hoc. 189. 30. singulas l. singula 192. 28.  
 promisseram l. prauisurum 194. 11. pratermiserit l. pretermiserint  
 195. 25. fulgurem l. fulgorem 196. 29. num l. nam 197. 28. Augustino  
 figura l. Augustinus. figura 199. 3. diserte nos mandata l. diserto  
 nos mandata 200. 2. filii D. P. o. in carnateque l. de filii Dei, P. o. in-  
 carnatione & 13. iri. Idem l. iri: si idem 204. 30. iniurias l. iniurias  
 205. 9. Ecclesia l. Ecclesia & 10. cognoscantur l. cognoscantur  
 209. 24. insanam l. insana & 26. inuenit l. iuuerit & 31. euolutum l.  
 euolutam 210. 27. esse l. est. 35. pistrinam l. pistrinam 211. 27. fœderis  
 l. fœderis 213. 17. rerum l. reorum 215. 6. indicat l. indat & 28. inni-  
 tentur l. inuitentur 218. 12. agendum l. agedum & 29. induturum l.  
 inditurum 219. 18. illustri sese l. illustri ratione sese 220. 35. Tum  
 l. Tuum 221. 9. primo de l. primo. De 229. 24. Resurrectio l. resur-  
 rectionem & 26. autem l. aurem 233. 9. Contradictum l. contradi-  
 ctionem 240. 16. Nam l. Num 244. 4. nam l. num 248. 17. quam l.  
 quum 251. 10. in diuinum l. diuinum 255. 22. Si l. Sic 256. 9. moliente  
 l. molientem 258. 18. coenam l. coenam 261. 27. salfacia l. falla-  
 cia 264. 28. & 29. sine l. siue 267. 11. luculenta leuiculis l. Luculen-  
 ta. Cum leuiculis 268. dele lineam 13. 269. 29. ampulatus l. ampul-  
 latus 270. 28. vrget l. vrget. 273. 6. Basilia l. Bailio 278. 9. intelligen-  
 tiam & fidem l. intelligentia & fidei 282. 1. deducat l. deducit &  
 23. sententiam l. sentiendum 283. 1. ratione l. ratio 285. 36. substi-  
 tentiam l. substantentem 286. 27. 287. 34. cor-  
 pore l. corpus 289. 3. eum l. cum & 30. augere l. angere 294. 27. ad l.  
 ab 303. 27. Hecine l. Hecine 306. 7. tuum l. tum & 22. perfecte l.  
 perfide 307. 6. nuncupabit l. nuncupabat 310. 14. traditis l. traditio  
 311. 5. probatam l. probatum. ead. l. neque ne seuiticis l. neque se-  
 uiticis. & 24. amplectitur l. amplectimur & 35. continetur l. conti-  
 nentur 312. 6. autoritati l. autoritate 314. 23. his l. hic 316. 11. hoc  
 l. hos & 23. intricasti l. intristi 317. 13. distinguitur l. distinguuntur  
 318. 34. monarchiã l. monarchia 319. 4. consecrationem l. consecra-  
 toriorum. & 28. primum l. nimium & 29. Quare l. Quare 320. 6. ne-  
 mine l. nemine & 13. relinquuntur l. relinquuntur 321. 18. actã l. a-  
 ctu & 19. Primã l. Primum 323. 19. Apostolici l. Apostoli & 31. veram  
 l. verum 324. 29. versatis l. versantis 326. 23. ambo. lamabo 327. 8.  
 terebatur l. terebantur 329. 7. incerta partem l. inerte interro-  
 gationis partem 330. 28. Theologica l. Theologia 331. 20. demon-  
 strarem l. demonstrem 332. 18. tantum l. tanta 334. 16. ostensione  
 l. ostensione 336. 23. appellant quamquam l. appellant. Quamquam  
 46. 18. nota l. notã 348. 20. iudicato l. iudicato & 25. noxum l. ne-  
 xum

xum 349.7. oberrari l. oboriri 353.23. Prophetia l. Prophetica 354.  
 9. *ἡ ἐπιτομή* l. *ἡ ἐπιτομή* 355.26. Eurhynius l. Euthymius 356.25. *ἐν δὲ δόξῃ τοῦ*  
*ἰσθίου* l. *ἐν δὲ δόξῃ τοῦ* & 2. loquimur in doctis l. loquimur non in doctis  
 357.7. ē Deo l. à Deo 358.29. humana Sapientia l. Spiritus Sanctus  
 362.1. Testimoniorum l. Testimonium 369.1. doctrina l. doctrinā  
 374.4. præclarissimam l. præclarissimum 377.15. expertos l. exper-  
 tes 378.10. esset l. esses 380.23. garrulam l. garrulum & 27. modo  
 l. mundo 381.15. non e. p. c. n. autem l. nos e. p. c. n. auctoritatem & 17.  
 confessionem l. confessionem 382.14. refutendas l. refutandas &  
 19. Argumentum l. Argumenti 385.4. argumentario l. armamenta-  
 rio 387.3. Veritates l. veritate 392.10. Editis l. Editio 593.12. iudicata  
 l. iudicat 390.20. mendaciis l. mendacii 399.13. equonam l. ec-  
 quodnam 402.31. re l. rem 497.13. Iudæ l. Iudæi, 410.11. tuas l. tuis  
 411.9. appellat l. appellant 414.25. infirmiore l. infirmiorum 420  
 1. relinquamus l. relinquamus 421.2. locis l. loci 425.13. restatur l.  
 testamur & 16. Euniano l. Enniano & 19. cloachis l. cloacis 428.28.  
 quod l. quot 429.25. decent l. docent! 434.18. ut tu l. ut te 435.7. si-  
 ne l. sine & 15. penæ l. panē 436.1. Deiparæ l. Deiparæ 446.4. E-  
 rasinus l. Erasmus 447.11. singulare l. significare & 14. ceremoniis  
 l. sermonis 453.19. iure, Iacobi filia l. iure, Iacobi filii 456.14.  
 antecedentis debueras l. antecedentis. Debueras 465.24. natana  
 l. nato & 26. Calūnia ergo cur l. Calumniaris ergo. Cur & 32. pro  
 ba l. probra 468.8. fratris l. fratres & 13. mentis l. momentis 469.  
 10. constituta l. constituta & 28. tempore l. tantopere 471.20.  
 Impertissime l. Imperitissime 483.12. enim l. cum 484.21. Au-  
 gustini l. Augustinus 488.13. Tunc l. Tunc 491.5. verbi l. veteri  
 & 7. nonol. nouo & 11. confiteri l. conficere & 16 sic l. si & 19 po-  
 stea l. potest 492.5.8.15. & 23. *ἡ ἐπιτομή* l. *ἡ ἐπιτομή* 507.16. libine l. libi-  
 dine 510.12. hospitarum l. Sophistarum 512.10. se l. te & 23. no-  
 stri l. nostri 523.26. dicendi immensam l. dicendi genere immen-  
 sam 525.17. Quare speciosorum l. Quare speciosorem 526.23. Ie-  
 suitæ, sunt l. Iesuitæ sunt 527.23. expluauisse l. explicauisse 530.27.  
 lege quem l. quam 533.31. scriptoris antiqui l. scrip. verbis anti-  
 quis. 534.15. sententia l. sententiam 535.35. quod si quid l. quod si  
 quod 537.8. lux l. lex & 36. remissione l. remissionem

Literas inuertas, non satis expressas, interpunctiones falsas,  
 præcipue ad periodorum finem, aliaque correctoris Typographici  
 venialia (propter preli festinationem) errata, æquus lector feret  
 & emendabit.

Pag. 2. lin. 18. metaphora, l. metaphora 72. 34. constitutum  
l. constitui & 35. fatenter l. futiliter 16. 23. quantitativè. Vel, vt l.  
quantitativè: velur 20. 6. Panem Sacramentalem l. Panis Sacramē  
talis 21. 23. an si l. an sic & 24. Corpus, in pane, aut spec. l. corpus in  
pane aut sub spec. & 34. volunt, ad l. volunt accedere ad 23. 40. au-  
dit l. iudit 25. 15. translativè l. translaticivè 76. 8. veritate l. veritatem  
29. 3. hunc l. sine & 27. evanescat l. evanescent 30. 15. convenient  
l. conveniunt 31. 28. diuersis l. diuersa 32. 40. circuncisione l. cir-  
cuncisione 35. 7. binariam l. bifariam & 22. Patrem l. Patres 36.  
11. legi gratiam l. legi opponit gratiam 39. 2. quippeque l. quippe  
que 42. 19. carnem pro vino l. carnem pro pane 47. 33. Quod l.  
Quid 48. 15. conuectam l. inuectam 50. 11. tum ipsius Christi, tū  
omnium l. tum vt ipsius Christi, tum vt omnium 54. 25. suum  
ait l. suum porrigens, ait 55. 11. sic l. si & 20. synodi l. synodo &  
36. oralem, vt l. oralem confugit, vt 63. 13. animo l. omnino & 20.  
ex l. ab & 25. armamentaria l. armamentario & 31. oppugnauit l.  
pugnauit 67. 25. Sed l. De 69. 36. sanctimonij l. sanctimonia 70.  
16. sumendal sumendum 71. 10. sancti viuificantur l. sanctifican-  
tur 87. 11. vidit l. videt 86. 11. Telosphorum l. Telesphorum 87.  
26. agit l. ait 106. 20. emerso l. diuerso 117. 13. conditissimi l. eru-  
ditissimi 121. 21. quum l. quam

Reliqua quæ in paginis sequentibus occurrunt errata, æquus  
lector faciliè emendabit.







Ignorantibus. i. rebus que fi-  
unt apud nos. h. i. q. t. q. m. d. r. r. r.  
p. d. u. r. a. t. o. r. h. a. l. t. u. r. e. p. r. i. m. a. s.  
r. e. e. p. r. a. t. o. i. m. o. r. e. d. o. m. i. n. i. s.  
i. n. e. g. o. t. i. o. d. i. a. c. o. n. i. u. c. h. i. c. 7. 1. e.  
u. r. p. r. e. t. i. t. e. s. t. a. u. r. e. s. t. r. i. n. g. o. u. i.  
c. a. p. i. t. u. l. i. t. a. t. e. r. e. d. o. m. i. n. i. s. c. a. p. i. t. u. l. i. t. a. t. e.  
R. i. s. t. a. m. a. c. t. i. d. d. i. c. p. 10. a. n. d. i. c. i.  
c. u. p. i. e. n. t. e. s. h. e. v. i. t. a. m. v. a. h. g. l. o. s. i. a. d.

Quod dicitur in libro de rebus...

si peccidam confirmacione ipsius  
fuerit nuntius testina ad p. r. s.  
non durimus ad mittenda d. r. r.  
n. c. u. e. s. u. r. t. a. m. e. t. i. n. e. q. u. i. q. u. i. d.  
s. u. p. e. r. o. r. d. i. n. a. t. i. o. n. e. i. p. s. i. u. s. q. u. i. a. m. a.  
a. n. t. e. s. u. s. c. e. p. t. i. o. n. e. m. l. i. t. t. a. r. i. u. m. f. u. i. t.  
a. a. t. t. e. p. t. a. t. u. m. **Q**uod i. n. i. g. o. r. a. n. t. i. b.  
c. a. p. i. t. u. l. i. u. m. e. u. n. d. e. m. g. r. i. n. i. p. p. r. o. g. r.  
t. a. m. m. e. d. i. o. r. i. p. i. u. s. d. u. r. i. p. o. s. t. u.  
l. a. n. d. u. m. p. o. s. t. u. l. a. t. i. o. n. e. a. p. u. d. t. o. d. e.  
a. p. l. i. c. a. m. p. r. e. s. e. n. t. a. r. p. a. n. t. **D**em i. a.  
n. u. c. i. a. r. t. h. i. e. p. o. p. l. a. c. r. i. t. r. o. b. r. e. t. i. e. p. i. s.  
**Q**uoniam inter amicos  
Saouci sup diacone p. n. t. i. s.  
q. s. q. o. u. e. r. i. t. u. r. a. d. s. e. d. e. m. a. p. l. i. c. a. m.

1543

Quod dicitur in libro de rebus...

